15-1
1501

BREVES ARABICAE LINGVAE INSTITVTIONES.

REV. PATRIS
PHILIPPI GVADAGNOLI
CLERIC. REG. MINORVM
Procuratoris Generalis.

ROMAE.
Ex Typographia Sac. Congregationis de Propaganda Fide.
M. DC. XLII.
طبع هذا الكتاب المبارك على يد الحقير الشماس يوسف البسلوقيني
من عيلة بيت هلال المرحومين في جبل لبنان المبارك
Excudebat Ioseph Dauid Luna, Maronita.

SVPERIORVM PERMISSV.

INDEX TITVLORVM.

Alphabetum Arabicum. pag. 1
De Vocalibus. 2
De Essocun, seu nota priuationis Vocalis. 3
De Tanuino. ibid.
De Tesdido. ibid.
De Maddo. 4
De Vasli. ibid.
De Alhamzato. 5
De Correspondentia litterarum Arabicarum cum Syriacis & Hebræis: & valore earundem in numerando. 5
De quibusdam alijs notis, & abbreuiaturis. 6
De sono litterarum Arabicarum. 8

De Dictionibus, seu partibus Orationis.

DE Verbo. pag. 11
Præteritum primæ Coniugationis. 13
De Modsareo. ibid.
Modsareum primæ Coniugationis. 14
Modsareum Rafeatum, Nasbatum, & Gesmatum. 15
De Imperatiuo. ibid.
De Nun Confirmationis. 16
De Masdaro. 18
De Nomine Agentis, seu Participio Actiuo. ibid.
De Participio Passiuo. 22
De Nomine Temporis, Loci, & Instrumenti. 24
De Nomine Vicis. 26
De Nomine Speciei. ibid.
De Nomine Copiæ & Abundantiæ in loco. ibid.
De Verbo quattuor litterarum. 29
De Verbis Compositis. 33
De Verbo Duplicato. 41
De Verbo Infirmo. 48
De Verbo Infirmo ف, seu prima radicali. 49
De Verbo Concauo, seu Infirmo ع. 52
De Verbo Infirmo ل. 65
Coniugatio Verbi Infirmi ع & ل. 80
Coniugatio Verbi Infirmi ف & ل. 87
De Verbis Hamzatis. 89
De Verbo Hamzato ف. 91
Coniugatio Verbi Hamzati ع. 91
Coniugatio Verbi Hamzati ل. 94
Coniugatio Verbi Hamzati ف. & ل. & simul Infirmi ع. 98
Coniugatio Verbi Hamzati ف, & Infirmi pariter ع & ل. 100
Coniugatio Verbi Infirmi وف, Hamzati ع, & Infirmi ىل. 102
Coniugatio Verbi Hamzati ع, Infirmi ل, tertiæ Coniug. 104
Cõiugatio Verbi Infirmi ىف, & Hamzati ع, quartæ & 5 Coniug. 107
Coniugatio Verbi Quaternarij, Infirmi ف & ل primi ى, & Hamzati ع & ل secundi, insuper & Cõcordati. 119
DE NOMINE, eiusque proprietatibus. 112
De Quantitate & Qualitate Nominis. pag. 115
De Genere. 117
De Numero. 119
TABVLA Singularium & Pluraliũ Nominum Simplicium trium litterarum. 123
Simplicium quattuor litterarum. 126
Simplicium quinque litterarum. 127
Compositorum trium litterarum, cum ـه in fine. 128
Compositorum trium litterarum cum ـا breui & longa in fine: & cum ـى. addito etiam ـه. 130
Compositorum virtute Tesdid super secunda

cunda vel tertia, etiam cum ȣ̈. 131
Nominum trium litterarum compositorum additione ʃ in principio, & Tesdid super vltima, etiam cum ȣ̈ in fine. 132
Trium litterarum compositorum additione ʃ post primam, & etiam post secundam, & cum ȣ quoque. 133
Reliquorum Compositorũ, trium, quattuor, & quinque litterarum vsque ad pag. 144
De Casu Nominum. 145
Prima Declinatio. 146
Secunda Declinatio. 149
Irreuolubilia. 154
Tertia Declinatio. 157
Quarta Declinatio. 158
Quinta Declinatio. 160
Sexta Declinatio. 161
De Speciebus Nominis. 162
De Nomine Relato seu Deriuatiuo. 163
De Diminutiuo. 165
Indeclinabilia. 167
Personalia. ibid.
Pronomina Demonstratiua. 172
Relatiua. 174
Numeralia. 177
Numeri Cardinales. ibid.
Numeri Ordinales. 182
Distributiui. 185
De Quotiente. 186
Numeri Alternationis. 187
Localia. 188
Temporalia. 189
Substitutiones, seu Cognominationes. pag. 192
Interiectiones. 193
Composita. ibid.
Nomina Verborum. 194
De Particulis. 196
Particulæ Giarri. ibid.
Similes Verbo. 199
Coniunctionis. 201
Negatiuæ. 205
Excitationis. 207
Vocatiui. 208
Assertionis. 210
Abundantes. ibid.
Explicationis. 211
Masdari. ibid.
Accidentiæ. 212
Interrogationis. 213
Exceptionis. ibid.
Particulæ Nasbantes Verbum. 218
Gezmantes Verbum Modsareum. pag. 218
De reliquis Particularum generibus. pag. 221

De Connexione partium Orationis.

De Mobtadao, seu basi Orationis. 225
De Chabaro, seu Prædicato. ibid.
De Verbo, seu Actione. 226
De Agente. 227
De Patiente. 229
Dispositio, seu modus agendi. 231
De Specificatione, seu Distinctione. pag. 232
De Contracto. ibid.
Sequentia. 235
Confirmatio. ibid.
De Adiectiuo, seu Epithetho. 236
De Commutatione. ibid.
De Coniunctione, seu Reflexione. 237
De Concordatione Nominis cum Verbo. 238
De Concordatione Adiectiui cum Substantiuo. 440
De Concordatione Relatiui cum Antecedente. 245
De Connexione omnium partium Orationis adinuicem. 247

De Constructione Verborum:

De Constructione Verborum Intransitiuorum. 250
De Constructione Verborum Transitiuorum. 254
De Constructione Verborum Irregularium. 262
De Verbis Deficientibus. ibid.
Verba Propinquitatis. 265
Verba laudis, & improperij. 267
Verba Cordium. ibid.
Duæ formæ Verborum Admirationis. pag. 269
De Constructione Nominum. 271
De Constructione Masdari. 272
De Constructione Nominis Agentis. pag. 273
De Constructione Participij Passiui. pag. 274
De Constructione Adiectiui, seu Participij Intransitiui. 276

De

De Constructione Comparatiui, & Superlatiui. 277
De Nomine perfecto. 279
De Constructione Nominum Irregularium. 280
De Constructione Nominum Diminutorum. 280
De Nominibus indistinctis. 281
De Constructione Particularum. 282
De Arte Metrica. 283
Carmen Chazregiacum. 286
Denominationes Carminum. 300
Carmen Regis Poetarum Bader Aladini Damamiani. 301
De Abiectione litteræ, simplici. 302
De Abiectione litteræ, geminata. 304
Successio. Respectus. Supplementum. pag. 309
Defectus. 312
Quod sumitur ex Defectibus tamquam Prolapsus. 319
Carmen Alì filij Abi Taleb de Inuocationibus. 329

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO

PRINCIPI ANTONIO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI, CAMERARIO,

Sacræ Congregationis de Propaganda Fide

PRAEFECTO.

Philippus Guadagnolus Cler. Reg. Minorum Proc. Gen. F.

AVDET quandoque ſeruus Domino, ruſticus Principi offerre ruralia: audet dum offert ruſticano interpellare ſermone. En ad Purpuratum Eccleſiæ Principem accedit Arabs, exteras illi offerens notas: En dum offert Arabicis alloquitur, Eminentiam Tuam Arabicè interpellans انت عونى *ANTONI*. Quid autem excellens hoc tuum nomen Arabicè indicat, niſi *Adiutorium*? Sic Nomine etiam profers magnificentiam tuam. Infantulus igitur libellus ad ſuum meritò confugit *Antonium*, vt ſit ipſi *Antonius*: Agnoſcens, non ſibi metuenda obtrectantium non dum Ora, ſed nec Arma, Te ſibi *Antonio*; nouit enim Adiutoris ſui gratiam, nouit & opem. Suſcipe igitur ſereno vultu Infantulum protegendum: ſuſcipe & munuſculum grati animi monu-

انت عونى
Tu Adiutor meus.

mentum. Nec enim ab re paruulus ad Magnum, & Munuſculum ad Munificentiſsimum: Quia & humilia nequit extollere, niſi Excelſus; & modica non niſi Magnus potis eſt facere magna. Humilitas itaque mea Amplitudini Dignitatis, & Beneficentiæ tuæ, quamuis deuoto & grandi corde, offert tamen vilia, quia non valet grandia. Exinde Tua magis eluceat Amplitudo, hæc modica benignis aſpiciens oculis; nam ſi dignetur aſpicere, ſola ſua Magnitudine illa reddet excelſa. Vale.

AD LECTOREM.

COMPLVRES olim prodiere in lucem Arabicæ Linguæ Inſtitutiones, ſed non vniuerſa congruæ locutionis ſingulæ ſuſcepere docenda, ſed per partes: vt Taſrif Coniugationes Verborum dumtaxàt, Caphia compendioſam breuitatem obſcuritati coniunctam: ſuper omnes autem copioſiùs Noſter P. Franciſcus Martelottus omnia eſt complexus, ſed methodus philoſophica quamdam induxit prolixitatem. At nemo adhuc de Metro doctrinam tradiderat; Nec vſum quemdam non ſpernendum Orientalium, Grammaticæ regulis aduerſantem, annotauerat. Propterea has noſtras Inſtitutiones, quanta licuit breuitate, collegimus, vt ab alijs prætermiſſa recenſeremus: præcipuè rationem & vſum ſcribendi, cùm ſine Vocalibus ſolæ offeruntur obtutui Conſonantes, quod eſt frequentiſſimum. Et ſatis neceſſarium erat aduertere, cùm Sacra Biblia iam nunc Arabico idiomate hìc cudantur, ſub felicibus S. D. N. VRBANI Papæ VIII. imperijs & auſpicijs. Qui, vt vniuerſo Orbi ſacræ Doctrinæ alimenta paucis etiam paginis tribueret, excogitauit (Apis verè argumentoſa in eius gloriam, cuius vices feliciter gerit in terris) duplici pariter idiomate, Latino & Arabico, Sacra Biblia cudere; recogitans, nullam terrarum eſſe regionem, quæ vel Latinam vel Arabicam non percipiat loquelam; nam ſi nouit Septentrio & Occidens Latinam, Arabicam Auſter & Oriens non ignorat. At eiuſmodi Sacra Bibliorum Arabica portio, ſine Vocalibus, ad maiorem populi commoditatem, fuit neceſſariò cudenda: Talis

enim est vsus,& talia ipsi exegerunt. Sed regulis alijs in tali scriptione opus est, quas illi populi seruant, & nullus monet Grammaticus: scilicet de Abiectione litteræ in Verbis Defectiuis:quæ abijci quidem debent dum cum Vocalibus scribitur; at in scriptura sine Vocalibus eas abijcere esset pernicioſum, præsertim cùm de tanta re agitur, quanta est negotium Fidei, quod in Sacris Biblijs tractatur; facilè enim æquiuocatio intruderetur. Exempla apponuntur in Grammatica, vbi de Verbis Infirmis secunda & tertia radicali. Quando autem Vocales adsunt, æquiuocationem tollunt; prout ibi explicauimus. Et præter Numeralia cuiusque generis, Pluralia, & Verba,quæ maximam in declinando & coniugando faciunt difficultatem; insuper & de Metro regulas in fine, quantum nobis licuit, adiecimus, & exemplis roborauimus. Accipe igitur opusculum, si non satis vtile, saltem conatum ad illud; si non documenti effectum, certè mentis affectum; quo nonnisi vtilitas omnium, & præcipuè sanctæ Fidei expetitur propagatio. Vale.

Grammaticam hanc Arabicæ Linguæ à P. Philippo Guadagnolo, nostræ Religionis Procuratore Generali, elaboratam, quantum ad nos attinet, Typis mandari, præsentium tenore, concedimus. Datum Romæ in ædibus nostris S. Laurentij in Lucina, die 21. Septembris 1640.

Iacobus Romanus Cleric. Min. Præp. Gen.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Apostolici Palatij.

Io.Bapt. Alterius Episc. Camerin. Vicesg.

DE mandato Reuerendiſs. Patris Magiſtri Sacri Pal. Apoſtolici Fr. Nicolai Riccardij, vidi Grammaticam & Dictionarium linguæ Arabicæ, ſecundùm claſſes diſpoſitum, ſtudio & induſtria Admodum R. P. Philippi Guadagnoli Clericorum Minorum: & non ſolum nil in eis, quod contra Eidem, aut bonos mores ſit, inueni; verùm etiam cenſeo, ſummæ vtilitatis, & commoditatis eſſe illis, qui huic Linguæ dant operam, cùm hac methodo & facilitate antehac à nullo ſint tradita.

Sergius Riſius Archiepiſcopus Damaſcenus.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Lupus Magiſter, & Socius Reuerendiſs. Patris Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici.

BREVES

ARABICÆ LINGVÆ INSTITVTIONES.

ARABICAE linguæ ſtudioſis tria noſcenda ſunt: elementa, dictiones ſeu voces, Eorumq; connexio. Elementa ſunt, vel literæ vel vocales vel notæ aliæ quædam, ad ſcriptionem & lectionem.

Literæ omnes ſunt conſonantes apud Arabes, & ſunt viginti octo, earumq; hęc eſt.

	Figura cùm ſolæ	Figura in principio	Figura in medio	Figura in fine	Appellatio	Poteſtas.
1	ا	ا	ـا	ـا	Alif	A
2	ب	بـ	ـبـ	ـب	Be	B
3	ت	تـ	ـتـ	ـت	Te	T
4	ث	ثـ	ـثـ	ـث	The	Th
5	ج	جـ	ـجـ	ـج	Gim	G
6	ح	حـ	ـحـ	ـح	Hha	Hh
7	خ	خـ	ـخـ	ـخ	CHa	Ch
8	د	د	ـد	ـد	Dal	D
9	ذ	ذ	ـذ	ـذ	Dhal	Dh
10	ر	ر	ـر	ـر	Re	R
11	ز	ز	ـز	ـز	Zain	Z
12	س	سـ	ـسـ	ـس	Sin	S
13	ش	شـ	ـشـ	ـش	Scin	Sc
14	ص	صـ	ـصـ	ـص	Sfad	Sf
15	ض	ضـ	ـضـ	ـض	Dfad	Df
16	ط	طـ	ـطـ	ـط	Tda	Td
17	ظ	ظـ	ـظـ	ـظ	Tdha	Tdh
18	ع	عـ	ـعـ	ـع	Ain	Ae ع
19	غ	غـ	ـغـ	ـغ	Gain	Gh
20	ف	فـ	ـفـ	ـف	Fe	F
21	ق	قـ	ـقـ	ـق	Cof	QC
22	ك	كـ	ـكـ	ـك	Caf	C H
23	ل	لـ	ـلـ	ـل	Lam	L
24	م	مـ	ـمـ	ـم	Mim	M
25	ن	نـ	ـنـ	ـن	Nun	N
26	ه	هـ	ـهـ	ـه	He	H

27	و	و	و	و	Vau	V
	لا	لا	لا	لا	Lam Alif	L: & ﻻ
28	ى	ي	ي	ي	Ie	I

HAe sunt literæ quibus vtuntur Arabes, omnes consonantes. Omnes vtrinque nectuntur, exceptis ا ذ د ر ز و quæ præcedentibus dũtaxat necti possunt.

Præterea literæ 26. ه cùm est in fine nominum, solent superponi duo puncta sic ة ة estque vt plurimum nota feminini generis, & tunc valet T, & vertitur in ت in reuolutionibus, prout infra suo loco. Literas item 20. & 21. Africani sic scribunt, pro ف ف & pro ق ف. Item س subijciunt tria puncta sic ڛ

DE VOCALIBVS

Vocales sunt tantũmodo tres, quarũ hæc est infernè vel supernè applicata literæ ب

Figura		Appellatio	Potestas
بَ بَ	أَلْفَتْحُ	Alfathho. Idest Apertio, quia os aperitur dum pronuntiatur, nam sonat A, vel E clarum.	Ba
بِ	أَلْكَسْرُ	Alchesro. Idest Fractio, quia videntur frangi labia in prolatione; nam sonat E, vel I.	Be
بُ	أَلضَّمُّ	Aldsammo. Idest Collectio, quia colliguntur & constringuntur in eius prolatione labia, nam sonat O, vel V.	Bo

Sed notandum, quòd Alfath, cùm est ante literam Alif, clarè sonat A, præsertim cùm Alif est priuata vocali, estque A cum accentu longo tunc, vt بَا Bà.

Ita pariter Alchesro, cùm sequitur immediatè ى priuatum vocali, sonat i cum accentu longo, vt بِى Bì.

Similiter & Aldsammo, cùm immediatè sequitur و priuatum vocali, sonat u cum accentu longo, vt بُو Bù.

Præterea Alchesro in fine dictionis semper sonat i.

Itaque Alfathh semper valet A: sed clarè A sonat ante Alif. Alchesro semper sonat e: sed ante ى, & in fine dictionum sonat i.

Aldsammo vero semper sonat O, præterquam ante و quiescens, tunc enim sonat V.

Africani veluti iacentes collocant has vocalium notas super vel subtus literas sic بْ بِ بَ. Alij ex transuerso sic بُ بِ بَ. Sed Fathh, cùm pręcedit ante ا, & breuitatis causa, ipsa ا non scribitur vel scribitur per و vel ى, tunc ipsum Fathh debet perpendiculariter ipsi literæ imminere, in signum longitudinis Fath & syllabæ, vt رَحْمٰنُ Rahmàno. misericors. vel حَيٰوةٌ Haiàton. vita.

De

De Essocuno seu nota priuationis vocalis.

CVM verò acciderit, literam omni carere vocali, ad denotandam eiusmodi priuationem, superponitur literæ illi tale signum ْ, vel c, vel o, ad instar circelli vel semicircelli: diciturque hoc signum السُّكُونُ idest *quies*, quia scilicet vocales dicuntur الحركات i. *motiones*, quia literæ mediantibus vocalibus sonant, & sic dicuntur moueri, priuatæ igitur vocalibus dicentur quiescere. Litera autem quiescens contrahitur ad præcedentem syllabam, vt ثَوْرٌ Tauron: سَيْرٌ Sairon: & نُورٌ nuron: نَارٌ naron: نِيرٌ Niron. Quando verò sentitur consonantia literæ quiescentis, dicitur quiescere quiete prima, vt in ثَوْرٌ Tàuron لَيْلٌ làion سَيْرٌ sàiron: quando autem ita quiescit vt non sentiatur consonantia literæ quiescentis, dicitur quiescere etiam quiete secunda, vt in نَارٌ Naron نِيرٌ Niron: نُورٌ Nuron: & tunc illa ا و ى nil aliud faciunt, nisi inseruire vocalibus, ad illas producendas, earumque sonum exclarificandum. Ad significandã primam quietem, accuratè scripta essemplaria semper superponunt signum hoc literæ quiescenti: Ad quietem verò secundam non benè vsurpatur. Si quandoque acciderit quiescere tantùm quiete prima و post Dsammum & ى post Chesrum, tunc debet omnino apponi hæc nota super و illud vel ى, vt in Camus أُوْش òusc: nomen ciuitatis in Fargan. Et notandum hìc, quòd syllaba illa, quæ habet aliquam ex literis quiescentem, est longa; aliàs secus.

De Tanuino.

IN fine Nominum solent duplicari vocales, sic بٌ بٍ بًا & per hoc aliud non indicatur, nisi addendam sono illarum vocalium consonantiam literæ ن & ideo dicitur Tanuin تنوين idest Nunnatio seu additio literæ Nun. Quare بًا sonat Ban. بٍ Bin. بٌ Bon. ةً tan. ةٍ tin ةٌ ton. Circa hoc obseruandum, Tanuinum vocalis Fathh semper exigere in fine dictionis cui adijcitur, literam Alif, præterquam cùm vltima illius dictionis fuerit ة cum suis punctis, tunc enim sine ا scribitur ةً, aliàs secus. Reliqua duo Tanuina nil tale requirunt. Vide initio tractatus De Nomine vbi de Tanuin fusiùs.

De Tescdido

CVM verò acciderit, eandem literam immediatè esse replicandã, vt exempli gratia in hac dictione latina, bellum, replicatur l, & in hac, ferrum, repetitur R, non replicant, sed superponunt literæ hanc notam ّ quæ dicitur Tescdid تشديد idest roboratio, vt فَرَّ farra بَلَّ balla: sine verò فَرَ بَلَ sonarent, fara, bala.

De

De Maddo.

QVia verò litera Alif, propter ſonus tenuitatem, non videtur prędictæ roborationis & duplicationis capax, pro illa itaque hoc aliud ſignum adinuenerunt ~ quod dicitur اَلْمَدّ Almaddo i. productio, eoque ſic ſuperpoſito literæ Alif آ ſignificatur, ſonum eius eſſe producendum, æquè ac eſſent duæ Alif, vt آمَرَ Aamara قَرَأَ corraào. &c. idque fit ſemper dum poſt ا ſequitur Hamzat.

De Vaſli.

ALiud ſignum ſoli ا in principio dictionis ſuperimponitur: eſtque tale ~ ſic اٰ & dicitur اَلْوَصْلُ Aluaslo i. adiunctio: eo namque indicatur, literam immediatè ſequentem poſt illud Alif, contrahi ad componendam ſyllabam vltimam dictionis præcedentis, ipſa Alif excidente cum ſua vocali, & ita in prolatione vnit vtranque dictionem, vt رَمْلُ الْبَحْرِ RamloLbahri, ſine hac enim nota diceretur رَمْلُ اَلْبَحْرِ Ramlo Albahri. Vnde eſt ad inſtar Synalephæ in latinis carminibus; & in Italicis ſcripturis, cùm dicitur & ſcribitur l'Imperatore pro lo Imperatore, & l'amore pro lo amore: cum hac tamen diuerſitate, quòd ſynalepha tollit vocalem præcedentis, vt l'amore; Vaſli autem Arabum tollit vocalem ſubſequentis, vt pro رَمْلُ اَلْبَحْرِ Ramlo Albahri fiat رَمْلُ الْبَحْرِ Ramlo'lbahri.

Non omnes autem Alif, in principio dictionis exiſtentes, hanc notam admittunt, ſed illæ tantùm quæ ſunt in principio harum dictionum اِسْمٌ Nomen ابْنٌ Filius اِبْنٌ Filius اِبْنَةٌ filia اِمْرُءٌ vir اِمْرَأَةٌ mulier اِسْتٌ podex اَيْمُنٌ, & reiecto ن اَيْمٌ iuramentum. Item ا addita in principio Verborum compoſitorum, vt ſuo loco. Tandem Alif articularis: præfigere namque ſolent Arabes Nominibus articulum, vnicum tamtùm, eſtq. talis ال. Circa quod aduertendum: ſi litera poſt lam articulare immediatè ſequens fuerit ſolaris; tunc ſuperponendum eſſe illi ſolari ſignum Teſcdid, & illam literam virtute Teſcdid additam contrahendam ad præcedentem dictionem, excidentibus in prolatione omnimodis Alif et lam articular. vt شَمْسُ اَلسَّمَاءِ Sciamſos' Samài. Si enim س non eſſet ſolaris diceretur شَمْسُ اَلسَّمَاءِ Sciamso'lSamài. Sunt verò literæ ſolares hæ

ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ن

Cæteræ verò dicuntur Lunares, & non requirunt eiuſmodi Teſcdid.

DE ALHAM-

DE ALHAMZATO فى الهمزة

HAmzat dicitur eſſe altera figura literæ Alif, eſtque talis ء & ſemper comitari debet ipſam Alif, dum eſt radicalis, vel dum eſt mota: & ſubijcitur vel ſuperponitur, prout vocalis exigit vel eſſocun, vt أَ أُ إِ ſed interdum negligitur, & ſufficit alterutra, vt سَأَلَ vel سَئَلَ & يَسْأَلُ vel يَسْئَلُ. Quamuis autem communiter dicant, Hamzat eſſe alteram literæ Alif figuram, tamen ſi minutiùs inſpiciatur, aliud eſt Hamzat: quod vt percipiatur, obſeruandum eſt duplex munus literarum و & ى; vtraque enim habet & munus conſonandi, ſicut & reliquæ omnes literæ; habet & inſuper alterum peculiare munus, nempe inſeruiendi vocalibus, و ſcilicet vocali dſam, & ى vocali cheſro, ad illas exclarificandas, vt diximus, & ſonum ipſarum vocalium alterandum, vt cùm dicitur رَسُوْلٌ, vbi illud و conuertit illud dſam in v: vocale longum & profertur rasùlon, aliàs enim ſine و ſic رَسُلٌ proferretur, ràſolon: & كَرِيْمٌ profertur Carìmon, aliàs enim ſine ى ſic كَرِمٌ proferretur Càremon. His agnitis duobus harum literarum و & ى muneribus, nempe vel conſonandi ſicut & cæteræ literæ, vel alterandi ſonum vocalium, facile erit diſtinguere munus Hamzat à munere Alif, attributo tantùm munere exclarificandi ſeu alterandi ſonum vocalis Fatth ipſi Alif, & altero munere conſonandi huic notæ Hamzat. Eſt itaque Hamzat propriùs litera conſonans quàm Alif: & Alif ſi ſtrictè examinetur, eſt tantùm litera productionis deſeruiens vocali Fath. Idque magis patebit cùm de Verbis Hamzatis dicemus: vbi Hamzat ſemper immota, tamquam radicalis & præcipua, ſæpius ſibi ſubijcit, modò Alif, modò و, modò ى, tamquã notas deſeruientes vocalibus ad ſonum ipſarum alterandum, non verò tamquam conſonantes.

De correſpondentia literarum Arabicarum cum Syriacis & Hebræis, & valore earumdem in numerando.

SOlent frequentiſſimè characteribus ſcribere Syriacis Arabicos tractatus Orientales Chriſtiani, & etiam hebraicis Hebræi, talisque eſt ſubſtitutio, prout ſequitur in triplici Alphabeto, vbi correſpondentia per ſingula ſuppoſuimus.

ا ب ت ث ج ح خ د ذ

אבתהנחכד

ا ح ا ا ا ا ا ا ا ا ا

ر ز س ش ص ض ط ظ ع غ ف ق ك ل م ن ه و ى

רזסשצצטטענפקכלמנהוי

ا ا ا ا ا ا ا ا ا ا ا ا ا ا

&

Et ſcripturæ nexus ita ſe habent in omnibus.

ابجد هوز حطى كلمن سعفص قرشت ثخذ ضظغ

אבגד הון חטי כלמנ סעפצ קרשת תכר צטג

ܐܒܓܕ ܗܘܙ ܚܛܝ ܟܠܡܢ ܣܥܦܨ ܩܪܫܬ ܬܟܕ ܨܛܓ

Nec eſt prætereundum, quòd ſicut apud Syros ſyriacæ apud Hebræos hebraicæ, apud cęteros ſuæ quorumquæ literæ etiam numerorum ſunt notæ, ſic etiam apud Arabes valere.

ا ب ج د ه و ز ح ط ى يا يب يد يه يو يز يح يط ك كا كب كج

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

ت ث ش ر ق ص ف ع س ن م ل كط كح كز كو كه كد

5000 400 300 200 100 90 80 70 60 50 40 30 29 28 27 26 25 24

خ ذ ض ظ غ

600 700 800 900 1000

Vtuntur etiam numeralibus notis, quas quidam Indorum dicunt, & non admodum diſſimilibus Latini vtuntur: ſunt autem vtręque ſibi correſpondentes hæ.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

١ ٢ ٣ ٤ ٥ ٦ ٧ ٨ ٩ ١٠ ١١ ١٢ ١٣ ١٤ ١٥ ١٦ ١٧ ١٨ ١٩ ٢٠ ٢١ ٢٢ ٢٣ ٢٤

25 26 27 28 29 30

٢٥ ٢٦ ٢٧ ٢٨ ٢٩ ٣٠

40 50 60 70 80 90 100 200 300 400 500 600 &c.

٤٠ ٥٠ ٦٠ ٧٠ ٨٠ ٩٠ ١٠٠ ٢٠٠ ٣٠٠ ٤٠٠ ٥٠٠ ٦٠٠

De quibuſdam alijs notis in libris Arabum occurrentibus: & ſcriptorum ad compendium ſignis ſeu abbreuiaturis.

NEC prætereundæ ſunt quædam notæ quæ in libris Arabum apponuntur, non quòd ſit quidquam vtile, ſed ne tyronum mens ſuſpicione laceretur, dum ignorans quod cernit, grande myſterium ſuſpicetur & mures montium partus exiſtimet. Sunt autem notæ ſuper literam ن ſuperſcriptæ ad ſignificandum qualiter debeat proferri ante has vel illas literas; quod quidem ex ipſa natura ſonus diuerſi literarum prouenit, & propterea negliguntur communiter eiuſmodi notæ.

Nam cùm ن eſt quieſcens ante alterum ن vel ante ا ح خ ع غ ه quæ ſunt literæ gutturales, ſonat ſuo claro ſono ن & ad hoc denotandum ſuperponunt ipſi ن quædam exemplaria ن rubrum.

Ante ب ſonant vt م & propterea ſuperponunt ipſi ن م rubrum.

Ante لو يمر videtur ſuſcipere ſonum ipſarum ſequentium & ad hoc indicandum ſuperponunt ipſi ن غ rubrum; Inſuper & ipſi literæ ſequenti imponunt teſcdid.

Ante

Ante cæteras omnes videtur ſonare ſono veluti miſto ex N. & G. & ad hoc indicandum ſuperſcribunt ipſi ن خ rubrum, inſuper & ipſum punctum debitum ن rubro inſcribunt. Et quia ante ق & ك videtur magis admiſtus ſonus ن cum G. propterea tunc punctum ن rubro inſcriptum triplicare ſolent, & loco vnius nigri tria rubra ſubſtituunt.

Vtiliores notæ ſunt, quæ ad diſtinguendas conſimiles literas quandoque apponuntur, nempe ſuper literas quæ carent punctis, ſic ذ ر س ه ه vel ſubtus literas carentes punctis, ſic ع ط ص س خ vt à conſimilibus habentibus

ع ط ص س خ

puncta diſtinguantur, ita etiam in ſinu ك, vt à ل dignoſcatur, inſcribitur paruum ك ſic ك ك

Occurrit etiam quandoq. in ſcripturis Arabum ſignum Maddi impoſitum literis etiam alijs præpter ا و ى. Sed tunc indicium eſt, literam tali nota inſignitam ſtare loco integræ dictionis, non tantùm loco literæ, vt in Alcor c. 2. de familia Emrani الم quas literas volunt fucatores impoſturæ Mahomet ſignificare ſic: pro انا ا ego. pro الله ل Deus. pro الاعلم م ſapientiſſimus.

In quibuſdam etiam libris reperiuntur. breuitatis cauſa, quædam dicta vulgo Abreuiaturæ, vt ح pro حينيذ ideſt. Tunc, illo tempore.

Et pro حاصل proueniens: ſcripta tantùm, breuitatis cauſa حص

Et pro تسليل eductio extramiſſio extractio تس

Et pro الى اخره vſque ad finem eius. ſcriptum tantummodo اه

Et pro مصنف diſtinctum per ſpecies, مص

Et pro مقصود intentum, in mente habitum pro ſcopo. قص

Et pro عرقت cognoui عت

Et pro منطق loquela, logica, diſcurſus م

Et pro محال impoſſibile, contrarium مح

Et pro هذا خلف hoc eſt implicans contradictionem هف

Et pro مطلوب quæſitum مط

Et pro لايخلوا non euacuabitur, non diſſoluetur لايخ

Et اح pro احدها vnus eorum

Et بط pro باطل vanus, mendacium

Et فم pro فمسلّم & ſaluus

Et م pro مسلم ſaluus

Et لانم pro لانسلم non trademus

Et

Et ضع pro موضوع positum, subiectum
Et مع pro مرفوع eleuatum, ablatum
Et ممم pro ممنوع prohibitum, impeditum, negatum
Et ههن pro ههنا hic huc
Et ض pro ضرورة neceſsitas (يكن)
Et يك pro يذكر recordatur, mentionem facit. Alchoranus autem ponit pro
Et ك pro كذا hoc, ſic, hoc modò
Et ظ pro ظاهر patens, apparens, exterior pars.

Occurrunt etiam in manuſcriptis Arabicis ب cum tribus punctis ſic پ & valet P. Item ك & valet vt Gn. & چ cum tribus punctis, & valet vt c. ante e. vel i. Interdum etiam ز cum tribus punctis, & ſonat inter ج & ج ſono quodam infra ج & validiori quam ج eſtque hæc litera Perſis peculiaris; reliquæ tres Perſis & Turcis communes: & admiſtæ cernuntur Arabibus, quia mos eſt eis hos ſimul admiſcere ſermones.

De ſono literarum Arabicarum.

NEquit Arabicarum literarum ſonus latinis literis exprimi, & quatenus fieri potuit iam expreſſimus: ſed ne detur confuſioni locus, obſeruanda eſt differentia inter ت ث ط ظ د ذ ص Nam ت ſonat vt T. at ث ſonat vt ϑ Græcorum vel vt ת Hebræorum ſine daghes, & vtraque formatur extremitate linguæ.

At ط & ظ formantur tota planitie linguæ ad palatum eleuata: & ظ ad inſtar T. & ط ad inſtar ϑ, ita vt ſit ea proportio literæ ظ ad ط quæ eſt ث ad ت, hæ prolatę tantum extremitate linguæ; illæ autem tota vt diximus lingua.

د item ſonat vt D. aliquanto fortius; at ذ ſonat idem, ſed aliquanto lenius. ص autem vt Dſ, forti ictu linguæ extremitate anteriores ſuperioreſque dentes percutiente, quaſi cum ſibilo.

Obſeruanda etiam diuerſitas inter ج & غ nam ج ſonat ſemper vt G. ante e vel I. At غ ſemper ſonat vt G. ante a vel o. vel v. quare ج ج́ ج̀ ſonant Gia. Gi, vel Ge, Gio. ſed غ غ́ غ̀ ſonant Gha Ghi vel Ghe Go. Et hoc etiam cum cooperatione gutturis, nam غ eſt etiam litera cum ا خ ح ع ه gutturalibus computata, vnde & per hoc differt eius ſonus etiam à ſono G. latinorum.

Notanda etiam eſt diuerſitas inter س & ص, nam س vt S. ſonat ſibilo eius leniter extremitate linguæ formato: At ص ſibilat fortius, quia formatur tota plani-

planitie linguæ conante ad palatum aſcendere.

ش autem ſonat ſemper vt ſc. ante vocales e vel I. non vt ante A. o vel v.

Nec prætereunda eſt diuerſitas inter ح & ϑ د nam aſpiratio ϑ eſt lenis quaſi ex concauo oris proueniens; at aſpiratio ح eſt vehemens, tanquam ex profundo pectoris.

خ autem differt a ϑ & ح nam hæ duæ aſpirationem tantùm important & veluti flatum: at خ importat cum aſpiratione vehementi etiam quamdam vehementem aſperitatem.

Tandem differentia eſt inter ك & ق: nam ك vt c. latinorum ante a o vel v. quamuis aliqui proferant vt chia chiu chie &c. Et formatur in oris concauo ad extra vergente; at ق formatur in concauo oris ad intra, iuxta guttur.

ع autem eſt ſonus gutturis; at ا & ء important ſimplicem adiunctæ vocalis ſonum, ſine vlla admiſtione; nam ا́ ſonat A. ا̀ ſonat E, vel I. ا̂ ſonat O.

Et hæc ſufficiant de literis, vocalibus, elementis, & notis: modo agendum eſt de Dictionibus ſeu integris terminis, quæ ex literis componuntur.

DE DICTIONIBVS
SEV PARTIBVS ORATIONIS.

Dictio, seu pars Orationis dicitur الكلمة, & definitur sic هي لفظة دالة على معنى مفرد بالوضع *est vox articulata, seu prolatio, significãs ad placitũ aliquid simplex.*

Sunt autem apud Arabes partes Orationis tres: اسم *Nomen*. فعل *Verbum*. & حرف *Particula*. Et quia de Verbo priùs doctrina commodiùs traditur, idcirco.

DE VERBO. باب الفعل

VErbum aliud est integrum, aliud defectiuum. *Item vtrumque, vel est* simplex, vel compositum. *Simplex, vel est* trium, vel quatuor literarum: in 3.ª persona sing. masculina Præteriti temporis, quæ tamquam prima Verbi vox apud Arabes consideratur: in qua solæ sunt literæ radicales.

SIMPLEX TRIVM LITERARVM sex habet coniugationes, quarum distinctio est respectu Vocalis 2. literæ radicalis.

Si enim 2.ª litera radicalis habuerit in Præterito Fathh, & in Modsareo (quod dicitur المضارع & supponit modò pro Præsenti, modò pro Futuro) si habuerit secunda radicalis Dsamum, erit Verbum p.ª coniugationis: vt نَصُرَ Nasara *adiuuit* يَنْصُرُ iansoro *adiuuat* vel *adiuuabit*. in hoc Verbo illud ص est 2.ª litera radicalis, & vt patet, habet in Præterito Fathh, & in Modsareo Dsam: est igitur p.ª coniugationis.

Hìc adnotandum, quòd prima litera radicalis, compendij causa per cifram, dicitur ف Fe: 2.ª radicalis dicitur ع Ain: & 3.ª radicalis dicitur ل Lam. Et in Verbis 4.ʳ literarum, litera tertia radicalis dicitur ل Lam primum: & 4.ª litera radicalis dicitur ل Lam secundum. Sed iam telam prosequamur.

Si verò in Præterito habuerit Fathh, & in Modsareo Chesrum, erit secundæ cõiugationis, vt ضَرَبَ *percussit* يَضْرِبُ *percutit*, vel *percutiet*. hìc ر est 2.ª radicis, & in Præterito habet Fathh, & in Modsareo habet Chesrum, vt patet: est igitur 2.ª coniugationis.

Si verò habuerit in 2.ª radicali, tàm in Præterito quàm in Modsareo, Fathh, erit 3.ª coniugationis, vt مَنَعَ *prohibuit impediuit* يَمْنَعُ *prohibet* vel *prohibebit*.

Hìc autem aduertendum, huius tertiæ coniugationis non esse, nisi verba illa,

quorum 2.ª vel tertia radicalis fuerit litera gutturalis, ſcilicet vna ex his خ ح ع غ excipitur autem Verbum أَبَى *renuit noluit* يَأْبَى *nonuult*, quod quamuis in 2.° vel tertio loco non habeat gutturalem, eſſe etiam huius coniugationis poteſt.

Si verò in Præterito habuerit in 2.ª Cheſrum, & in Præſenti Fathhum, erit quartę coniugationis, vt عَلِمَ *Sciuit, nouit*, يَعْلَمُ *ſcit, noſcit*, vel *ſciet, noſcet*.

Si verò habuerit vtrobique Caſrum, erit quintæ coniugationis, vt حَسِبَ *exiſtimauit*. يَحْسِبُ *exiſtimat*, vel *exiſtimabit*. & huius ordinis pauca ſunt, quia excepta cenſentur ex coniugatione quarta.

Si tandem habuerit vtrobique Dſammum, erit ſextæ coniugationis. vt حَسُنَ *pulcher fuit* يَحْسُنُ *pulcher eſt*, vel *erit*.

Primæ, ſecundæ, & tertiæ coniugationis eſſe poſſunt Verba tam tranſitiua quam intranſitiua. quartæ & quintæ ſimiliter, ſed vt plurimum intranſitiua. ſextæ autem non ſunt niſi intranſitiua: vnum tantùm exceptum refert liber Camus in dictione الرحب dicens ورحيكم دخول طاعته ككرم وسعكيم شاذ لان فعل ليست متعدية الا ان ابا على حكا عن هذيل تعديته

Harum omnium coniugationum Paſſiua coniugatio vnica eſt, habens in p.ª radicali Dſam, in 2.ª Cheſr. in 3.ª Fathh, vt نُصِرَ *adiutus fuit*. & in Modſareo dicetur يُنْصَرُ *adiuuatur*, vel *adiuuabitur*.

Simplex autem 4.ʳ literarum vnicam tantùm habet coniugationem, & p.ª 3.ª & 4.ª habent Fathhum in Præterito, in Modſareo ſeu præſenti & futuro p.ª habet Fath, 3.ª Caſrum, vltima Dſammum, 2.ª vtrobique quieſcit, vt دَحْرَجَ *reuoluit* يُدَحْرِجُ *reuoluit*, ſeu *reuoluet*.

Maſdarum verò, quod & المصدر ideſt infinitiuum, ſeu Nomen Verbale, huic regulare eſt: vel adiecto ة nota generis Fem. ſic دَحْرَجَةٌ gen.fem. vel poſito Alif ante vltimam, cheſrata p.ª ſic دِحْرَاجٌ gen.maſc. *reuoluere, reuolutio*.

Et ex dictis patet, Arabes à Præterito Verbi incipere, quod dicitur الماضى *Præteritum*, & à tertia perſona Maſculina, vt نَصَرَ *adiuuit* ipſe homo: & hæc p.ª vox Verbi ſemper habet in vltima Fathhum, tam in Verbis formæ actiuæ, quam formæ paſſiuæ. & in formæ actiuæ ſemper habet etiam p.ᵐ fathhatam. Seruatis igitur proprijs vocalibus cuiuſque coniugationis, dices in Præterito.

الماضى من الصورة الاولى

Præteritum primæ coniugationis.

نَصَرَ	نَصَرَا	نَصَرُوا
adiuuit ille.	*adiuuerunt illi duo.*	*adiuuerunt illi plures.*
نَصَرَتْ	نَصَرَتَا	نَصَرْنَ
adiuuit illa.	*adiuuerunt illæ duæ.*	*adiuuerunt illæ plures.*
نَصَرْتَ	نَصَرْتُمَا	نَصَرْتُمْ
adiuuiſti tu vir.	*adiuuiſtis vos duo.*	*adiuuiſtis vos plures viri.*
نَصَرْتِ	نَصَرْتُمَا	نَصَرْتُنَّ
adiuuiſti tu mulier.	*adiuuiſtis vos duæ.*	*adiuuiſtis vos plures feminæ.*
نَصَرْتُ	نَصَرْنَا	
adiuui ego: vir, vel mulier.	*adiuuimus nos duo, vel duæ, vel plures.*	

Vnde patet, tres eſſe numeros, in 2.ª & 3.ª perſona; ſingularem, dualem, & pluralem: eſſe etiam in eiſdem diuerſitatem generis Maſculini & Feminini. Primam verò perſonam communis eſſe generis, & in ea numerum pluralem etiam pro duali inſeruire.

Complures Orientales, cum ſine vocalibus ſcribunt, addunt ى quieſcens in fine ſecundæ perſonæ fem. ſing. ad differentiam maſculinæ, & ſcribunt نصرتي pro نصرت.

Et ad inſtar huius Præteriti coniugantur & cætera: ſeruatis tamen proprietatibus cuiuſque, prout diſtinximus ſupra; nempe ſi habeat Cheſrum in 2.ª radicali, dicas cum Cheſro, vt عَلِمَ عَلِمَا عَلِمُوا عَلِمَتْ عَلِمَتَا عَلِمْنَ *nouit*. Et ſi habuerit Dſam, dices cum Dſam, vt حَسُنَ حَسُنَا حَسُنُوا حَسُنَتْ حَسُنَتَا

باب المضارع

De Modſareo.

AD formationem verò Modſarei (quod inſeruit Præſenti, & dicitur الحاضر vel الحال *Præſens*. inſeruit etiam Futuro, & dicitur المستقبل.) præfigitur radicalibus vna ex 4ʳ. his literis أنيت nempe ا pro p.ª perſona ſingulari. ن pro prima plurali. ت pro vniuerſis vocibus 2. perſon. Item pro ſingulari & duali tertiæ perſonæ femininæ. ى verò pro reliquis. Et dicuntur literæ Modſareæ حروف المضارع. Et in Verbis actiuis ſemper habent Fathh (exceptis Verbis 4.ʳ literarum dumtaxàt, ſiue ſint ſimplicia, ſiue euaſerint 4ʳ literarum per compoſitionem: in his enim habent ſemper Dſam, ſicut etiam in vniuerſis paſſiuis.) dices igitur in Modſareo primæ coniugationis.

المضارع من الباب الاول

Modfareum primæ coniugationis.

يَنْصُرُونَ	يَنْصُرَانِ	يَنْصُرُ
adiuuant illi plures.	*adiuuant illi duo.*	*adiuuat, vel adiuuabit ille.*
يَنْصُرْنَ	تَنْصُرَانِ	تَنْصُرُ
adiuuant illæ plures.	*adiuuant illæ duæ.*	*adiuuat illa.*
تَنْصُرُونَ	تَنْصُرَانِ	تَنْصُرُ
adiuuatis vos viri.	*adiuuatis vos duo.*	*adiuuas tu vir.*
تَنْصُرْنَ	تَنْصُرَانِ	تَنْصُرِينَ
adiuuatis vos mulieres.	*adiuuatis vos duæ.*	*adiuuas tu mulier.*
نَنْصُرُ		أَنْصُرُ
adiuuamus nos.		*adiuuo ego.*

Et similiter dices in Modfareis cæterarum coniugationum, feruatis in penultima radicali proprijs cuiusque vocalibus: vt in secunda & quinta cum suo Chesro vt يَضْرِبُ يَضْرِبَانِ *percutit*, vel *percutiet*.

Et in 3. & 4. coniugatione cum suo Fathh, vt يُمْنَعُ يُمْنَعَانِ *prohibet*.

Sexta coniugatio in Modfareo coincidit cum prima, cum Dfam in penult.

Et poteris in exemplis allatis obseruare, ا quiescentem cum ن chesrata in fine, deseruire ad formandum numerum dualem. و quiescens cum ن Fathato indicare numerum pluralem masculinum. Et ن Fathatum sine alio adiuncto indicare numerum pluralem femininum. ى vero quiescens ante Nun Fathatum deseruire ad indicandum numerum singularem secundæ personæ femininæ.

Et hoc dum Verbum Modfareum est Rafeatum seu stat in Rafeo, idest in suo casu seu modo recto: Præmittuntur enim ipsi Modfareo quædam quandòque particulæ, duplicis ordinis · Aliæ dicuntur الناصبة *Nasbantes*, & ponunt Verbū in casu seu modo Nasbo. Et sunt hæ لَنْ *numquam nequaquam*: أَنْ *vt quòd*: لِكَيْ *vt*: إِذَنْ *ergo, benè igitur*: حَتَّى *donec itaut*. Alię dicuntur الجازمة *Gezmantes* nempe لَمْ *non*: لَمَّا *nondù*: لَا *non* in prohibitiuo: لِ in imperatiuo: إِنْ si conditionalis: & ponunt Verbum in casu seu modo Gezmo. الرَّفْعُ Rafeus videtur quasi modus seu casus rectus: النَّصْبُ Nasbus & الجزم Gezmus quasi duo obliqui: dicuntur ex رَفَعَ idest *eleuauit*, نَصَبَ *posuit, statuit, plantauit*, & جَزَمَ *secuit, incidit*.

Vt autem percipias qualis nam sit inter hos modos seu casus differentia, obserua eos pariter.

المضارع المرفوع	المضارع المنصوب	المضارع المجزوم
Modf. Rafeatum	Modf. Nasbat.	Modf. Gezmat.
يَنْصُرُ *adiuuat ille.*	يَنْصُرَ	يَنْصُرْ
يَنْصُرَانِ *adiuuant illi duo.*	يَنْصُرَا	يَنْصُرَا
يَنْصُرُونَ *adiuuant illi plures.*	يَنْصُرُوا	يَنْصُرُوا
تَنْصُرُ *adiuuat illa.*	تَنْصُرَ	تَنْصُرْ
تَنْصُرَانِ *adiuuant illæ duæ.*	تَنْصُرَا	تَنْصُرَا
يَنْصُرْنَ *adiuuant illæ plur.*	يَنْصُرْنَ	يَنْصُرْنَ
تَنْصُرُ *adiuuas tu homo.*	تَنْصُرَ	تَنْصُرْ
تَنْصُرَانِ *adiuuatis vos duo*	تَنْصُرَا	تَنْصُرَا
تَنْصُرُونَ *adiuuatis vos plur. homines*	تَنْصُرُوا	تَنْصُرُوا
تَنْصُرِينَ *adiuuas tu mulier.*	تَنْصُرِي	تَنْصُرِي
تَنْصُرَانِ *adiuuatis vos duæ.*	تَنْصُرَا	تَنْصُرَا
تَنْصُرْنَ *adiuuatis vos plur. mulieres*	تَنْصُرْنَ	تَنْصُرْنَ
أَنْصُرُ *adiuuo ego, vel vir, vel mulier.*	أَنْصُرَ	أَنْصُرْ
نَنْصُرُ *adiuuamus nos, vel viri, vel mulieres.*	نَنْصُرَ	نَنْصُرْ

Vnde constat, Nasbum & Gezmum pariter reijcere omnes litteras ن additas in fine: exceptis ن pluralium femininorum, quę nullo modo mutantur. & in ـَـ hoc conueniunt Gezm. & Nasb. Diuersitas autem inter eos in hoc tantummodo est, quòd in vocibus illis, quę nullam habent additam in fine litteram, ac proinde habent Dfam in Rafeo; Nasbus illam vocalem mutat in Fath, Gezmus verò vocalem ـُـ omnino reijcit, vt exemplis patuit.

Gezmantium verò & Nasbantium regulas infra suo loco recensebimus.

De Imperatiuo. باب الامر

Ad formationem verò Imperatiui sumitur Modfareum Gezmatum; & præfigitur Lam Chesratum pro tertia persona, vt

لِيَنْصُرُوا *adiuuent illi plur.*	لِيَنْصُرَا *adiuuent illi duo*	لِيَنْصُرْ *adiuuet ille*
لِيَنْصُرْنَ *adiuuent illæ pl.*	لِتَنْصُرَا *adiuuent illę d.*	لِتَنْصُرْ *adiuuet illa*

Pro Imperatiuo ad secundam personam, quod propriè Imperatiuum est, sumpto etiam Modfareo Gezmato, reijcitur littera Modfarea cum sua vocali: & ea reiecta, si litera prima vocis illius truncatæ habeat vocalem, tunc nihil vltra faciendum, sed illud est Imperatiuum: si verò, post reiectionem literę Modfareę, prima litera vocalem non habeat, tunc (Quia non potest à consonante priuata vocali incipi) assumetur pro initio littera ا cum vocali Chesro semper; excepta coniugatione أَفْعَلَ de qua infra, vbi assumitur ا Fathhata: item quando sequitur

quitur vocalis Dſam, tunc & illud | erit conſimili vocali afficiendum: vt accidit in verbo يَنْصُرُ dices itaque in Imperatiuo ſecundę perſonę.

أُنْصُرُوا *adiuuate vos pl. viri* أُنْصُرَا *adiuuate vos duo* أُنْصُرْ *adiuua tu vir.*

أُنْصُرْنَ *adiuuate vos pl. mul.* أُنْصُرَا *adiuuate vos duæ* أُنْصُرِى *adiuua tu mul.*

Ad Prohibitiuum aſſumitur, pro omnibus perſonis pariter, Modſareum Geſmatum, præmiſſa particula negatiua لَا, & dices

لَا يَنْصُرُوا
Non adiuuent illi plures.

لَا يَنْصُرَا
Non adiuuent illi duo.

لَا يَنْصُرْ
Non adiuuet ille.

لَا يَنْصُرْنَ
Non adiuuent illæ pl.

لَا تَنْصُرَا
Non adiuuent illæ duæ.

لَا تَنْصُرْ
Non adiuuet illa.

لَا تَنْصُرُوا
Non adiuuetis vos pl. viri.

لَا تَنْصُرَا
Non adiuuetis vos duo.

لَا تَنْصُرِى
Non adiuues tu vir.

لَا تَنْصُرْنَ
Non adiuuetis vos pl. mul.

لَا تَنْصُرَا
Non adiuuetis vos duæ.

لَا تَنْصُرِى
Non adiuues tu mul.

باب نون التاكيد

De Nun Confirmationis.

Ad aſſerendum autem omnino actionem verbi complendam, quam vocãt Omnimodam Confirmationem, aſſumitur in fine ن grauatum Teſdid cum vocali Fath: at cum vocali Cheſro in dualibus tàm maſculinis quàm femininis, & ſimiliter in plu. femininis tantùm. Præterea quæ terminantur radicali, mutant vocalem Dſam in Fath. Reijcitur item و à pluralibus maſculinis & ى à ſingulari ſecundæ fem. (Præterquam in verbis infirmis ſeu defectiuis vltima radicali, quando ante illud و vel ى immediatè præcedit litera habens Fath; tunc enim non reijcitur و ſed Dſammo afficitur, nec reijcitur ى ſed afficitur Cheſro: hoc autem tantùm accidit in verbis infirmis vltima, in tertia quarta & paſſiua coniugatione, & in compoſitis ſimiliter infirmis vltima, quando Modſareum eſt ad inſtar 3 & 4. cum Fatho in penultima.) Item reijciuntur omnes نن additi in fine, exceptis نن pluralium fem. Et ſic reiectis illis aduenit hoc ن Confirmationis. Et pluralia feminina, quia non reijciunt prius ن, aſſumunt inter vtrunque ن Alif quieſcentem. Vnde dices cum Nun Confirmationis.

Futurum cum ن Confirmationis.

يَنْصُرُنَّ
adiuuabunt omnino illi plures.

يَنْصُرَانِّ
adiuuabunt omnino illi duo.

يَنْصُرَنَّ
adiuuabit ille omnino.

يَنْصُرْنَانِّ
adiuuabunt omnino illæ plur.

تَنْصُرَانِّ
adiuuabunt illa duæ

تَنْصُرَنَّ
adiuuabit illa omnino.

تَنْصُرُنَّ
adiuuabitis omnino vos plures viri.

تَنْصُرَانِّ
adiuuabitis omnino vos duo.

تَنْصُرُنَّ
adiuuabis tu homo om.

تَنْصُرْنَانِّ
adiuuabitis omnino vos plur. mul.

تَنْصُرَانِّ
adiuuabitis omnino vos duę.

تَنْصُرِنَّ
adiuuabis tu mul. omni.

نَنْصُرُنَّ
adiuuabimus nos omnino siue viri siue mul. aut duo aut plures.

أَنْصُرَنَّ
adiuuabo ego omnino.

& licebit reijcere Teſdid & vocalem ab illis نن confirmationis, quæ habent vocalem Fath: at non licet in his quæ ſunt Cheſrata. Dices igitur etiam cum Nun leui, in vniuerſis vocibus ſingularis numeri, & in Maſculinis numeri pluralis, & in omnibus primę perſonæ: hæ namq; ſunt quem habent ن cum Fath.

يَنْصُرُنْ *adiuuabunt illi omnino.*

يَنْصُرِنْ *adiuuabit ille omnino.*

تَنْصُرِنْ *adiuuabit illa omnino.*

تَنْصُرُنْ *adiuuabitis vos plur. viri om.*

تَنْصُرِنْ *adiuuabis tu vir omn.*

تَنْصُرِنْ *adiuuabis tu mul. omn.*

نَنْصُرُنْ *adiuuabimus nos omnino.*

أَنْصُرِنْ *adiuuabo ego omnino.*

Nulla vox dualis admittit Nun leue: Nec plurale aliquod femininum: quę cum ſint grauata Teſdid habent vocalem Cheſrum, vt in exemplis ſupra patet.

Ratio autem, cur illa non admittant ن leue, eſt: Quia darentur duę litteræ quieſcentes immediatè vna poſt alteram, quod ab Arabibus non admittitur, niſi quando prior eſt ex litteris mollibus, quæ ſunt وا & ى, & altera ſequens non eſt quieſcens per ſe, ſed tantùm immiſſa in aliam virtute Teſdid: aliàs autem nunquam admittitur; ſed ad hoc euitandum potiùs litteram omnino abiicijunt, vt infra patebit dum de verbis defectiuis agemus. Vnde ſi in Duali diceretur يَنْصُرَانِّ eſſet | quieſcens, deinde ن per ſe altera quieſcens, contra regulas.

Idem accideret in plurali Feminino, ſi diceretur يَنْصُرْنَانِّ. At hoc nulla ratione apud eos ſubſtinere poteſt.

Imperatiuum quoque admittit ن omnimodæ confirmationis cum eiſdem conditionibus, prout in Futuro. Dices igitur.

أُنْصُرُنْ
أُنْصُرْنَ
adiuuate vos plur. viri omnino.

أُنْصُرَانِّ
adiuuate vos duo omnino.

أُنْصُرِنَّ
أُنْصُرَنَّ
adiuua tu omnino homo.

أَنْصُرْنَانِ	أَنْصُرَانِ	أَنْصُرِينَ أَنْصُرِينَ
adiuuate vos plur. fem. omnino.	*adiuuate vos duæ omnino.*	*adiuua tu omnino mul.*

باب المصدر

De Masdaro.

المصدر Masdarum est nomen indicans actionem Verbi sine relatione ad tempus aliquod; regitq; casum sui Verbi, æquè ac si esset ipsum Verbum. Et quidem in Verbis plusquam ternarijs regulare est: Sed in simplicibus ternarijs vsu & praxi percipitur, & ex Dictionarijs ad hoc formatis: propterea Dictionarium plurium Verborum per classes distinctorum, ad Grammaticæ complementum, adieci in fine huius libelli; vt inde non solùm Verborum ordines & constructiones, sed etiã Masdara dignoscerentur: vt satis Grãmaticæ fieret. Vnde hic non aliud est de Masdaro addendum, quæ enim regularia sunt suis locis assignantur, irregularia verò ex Dictionario percipientur. Assumpti autem Verbi نَصَرَ primæ coniugationis. Masdarum est.

نَصَرَاتٌ	نَصْرَانِ	نَصْرٌ
plures iuuationes.	*duæ iuuationes.*	*iuuatio iuuare.*

Et quidem Masdara primæ, secundæ, & tertiæ coniugationis frequentiùs sunt ad instar فَعْلٌ vt نَصْرٌ dum sensus est transitiuus; at dum Verbum est intransitiuum, esse frequentiùs solent ad instar فُعُولٌ vt جُلُوسٌ *sedere, sessio.* Quartæ verò & quintæ ad instar فَعْلٌ. Sextæ verò ad instar فَعَالَةٌ vt حَسُنَ *pulchrum esse.* vel ad instar فُعْلٌ: & hoc frequentiùs; tamen certa regula nequit assignari: immo & frequenter accidit vnico Verbo plura esse Masdara, prout in nostro Dictionario licet inspicere.

Pluralia verò, quamuis possint, prout in exemplo allato, ad instar sani feminini efformari, nihilominus frequentiùs Masdara Verborum simplicium trium litterarum plurificantur fractè. Quare legibus infra tradendis De pluralibus fractis subiacent.

باب الفاعل

De Nomine Agentis, seu Participio actiuo.

FOrmæ Nominis Agentis, seu Participij actiui: quod dicitur الفاعل, ideſt *Agens*, dum est verbum transitiuum. Cùm autem Verbum est intransitiuum, dicitur الصفة المشبهه, ideſt *Adiectiuum qualificans*. Præcipuè & frequentiores sunt sex. Et primò ad instar فاعل. Vt

ناصِرُونَ

نَاصِرُونَ نُصَّارٌ	نَاصِرَانِ	نَاصِرٌ
adiuuantes pl.	*adiuuantes duo.*	*adiuuans.*
نَاصِرَاتٌ نَوَاصِرُ	نَاصِرَتَانِ	نَاصِرَةٌ
adiuuantes plur. fem.	*adiuuantes duæ.*	*adiuuans mulier.*

Præterea ex assumpto verbo نصر deriuantur hæc alia, quæ rarò occurrunt.

أَنْصَارٌ نُصَّرٌ	نَصَرَانِ	نَصْرٌ
vindices adiutores plures.	*vindices adiutores duo.*	*vindex adiutor.*

Dicitur etiam ex نصر رَجُلٌ نَصْرٌ *vir adiuuans, vindex, adiutor.*

قَوْمٌ نُصَرَاءُ *gens proficua, subueniens: viri vindices, subuenientes.*

Sed rara hæc sunt. At iuxta formam نَاصِرٌ frequenter formatur à Verbis 1. 2. & 3. coniug. item à Verbis transitiuis 4. & 5.

SECVNDO Participium frequenter etiam formatur ad instar فَعِيلٌ addita ى post secundam radicalem, vt مَرِيضٌ *infirmus.* عَظِيمٌ *magnus.* Et vt plurimum prouenit ex verbis 6. coniug. & ex intransitiuis quartæ & quintę. Dices.

نَصِيرُونَ نُصَرَاءُ	نَصِيرَانِ	نَصِيرٌ
adiutores plures masc.	*adiutores duo.*	*adiutor.*
نَصِيرَاتٌ نَصَائِرُ	نَصِيرَتَانِ	نَصِيرَةٌ
adiutrices pl.	*adiutrices duæ.*	*adiutrix.*
خَلِيُّونَ وَأَخْلِيَاءُ	خَلِيَّانِ	خَلِيٌّ
inanes plur.	*inanes duo.*	*vacuus inanis, viduus etiam*
خَلِيَّاتٌ خَلَايَا	خَلِيَّتَانِ	خَلِيَّةٌ
inanes, vacuæ plur.	*vacuæ, inanes duæ.*	*vacua, inanis.*
صَدِيقُونَ أَصْدِقَاءُ صُدَقَانُ	صَدِيقَانِ	صَدِيقٌ
dilecti amici.	*dilecti duo.*	*amicus.* Est etiã fem. & plur.
صَدِيقَاتٌ صَدَائِقُ	صَدِيقَتَانِ	صَدِيقَةٌ
dilectæ plur.	*dilectæ duo.*	*amica dilecta.*

TERTIO formatur participium actiuum ad instar فَعُلٌ vt حَسُنَ *pulcher*, & fit regulariter ex verbis 6. coniugationis. Dices.

حَسُنُونَ حِسَانٌ	حَسَنَانِ	حَسَنٌ
pulchri plures.	*pulchri duo.*	*pulcher.*
حَسَنَاتٌ حِسَانٌ	حَسَنَتَانِ	حَسَنَةٌ
pulchræ plures.	*pulchræ duæ.*	*pulchra.*

QVARTO formatur participium actiuum ad instar فَعِـلٌ ac prouenit ex verbis intransitiuis 4. coniugationis, vt ex فـرح fit.

فَرِحُونَ *læti plures.* فَرِحَانِ *læti duo.* فَرِحٌ *lætus.*

فَرِحَاتٌ *lætæ plures.* فَرِحَتَانِ *lætæ duæ.* فَرِحَةٌ *læta.*

QVINTO participium actiuum est ad instar فَعْلَانٌ addita ا & ن in fine. vt:

فَرْحَانُونَ *hilares viri* فَرْحَانَانِ *hilares duo.* فَرْحَانٌ *hilaris vir.*

فَرْحَانَاتٌ *hilares fem.* فَرْحَانَتَانِ *hilares duæ.* فَرْحَانَةٌ *hilaris mul.*

Vel sic, & غير متصرف Nō reuolubile, quod non admittit Tanuin, nec plur. sanū.

فَرْحَى *vel* فَرَاحَى *læti plur.* فَرْحَانَانِ *læti duo.* فَرْحَانُ *gaudens hilaris lætus.*

فَرَاحَى *lætæ plur.* فَرْحَيَانِ *lætæ duæ.* فَرْحَى *læta, gaudens.*

Ita etiam dices ex ندم *penituit*, dupliciter: vel reuolubiliter. vt:

نَدْمَانُونَ *pœnitētes pl.* نَدْمَانَانِ *pœnitētes duo.* نَدْمَانٌ *pœnitēs, habitū habēs pœnitētiæ.*

نَدْمَانَاتٌ *pœnitētes pl. fem.* نَدْمَانَتَانِ *pœnitentes duæ.* نَدْمَانَةٌ *pœnitens fem.*

Vel cùm significat actum pœnitentiæ, irreuolubiliter, sic: sine Tanuin, & plur. sano.

نَدَامَى *pœnitētiā agentes* نَدْمَانَانِ *pœnitentiā agētes duo.* نَدْمَانٌ *pœnitentiam agens.*

نَدَامَى *pœnitentes plur.* نَدْمَيَانِ *pœnitentes duæ* نَدْمَى *pœnitens mulier.*

Verùm hæc differentia inter actum & habitum confunditur.

SEXTO formatur participium actiuum, quod adiectiuum est: quia ex Verbo intransitiuo: sicut etiam adiectiua sunt omnia participia Verborum intransitiuorum: quæ non propriè participia actiua dicuntur, sed potius adiectiua dici debēt, cùm nō indicent actionē qua in subiectū agant, sed potius qualitatem seu formam explicant quā obtinent. Sextò itaque formatur ad instar أَفْعَلُ addita ا in principio, vt

أَحَامِرُ *vel* حُمْرٌ *rubri plur.* أَحْمَرَانِ *rubri duo.* أَحْمَرُ *ruber.*

حُمْرٌ *rubræ & rubri.* حَمْرَاوَانِ *rubræ duæ.* حَمْرَاءُ *rubra:*

Et hoc ex radice حمر. Et ex حدب dices.

أَحَادِبُ *vel* حُدْبٌ *gibbosi plur.* أَحْدَبَانِ *gibbosi duo.* أَحْدَبُ *gibbosus.*

حُدْبٌ *gibbosæ & gibbosi.* حَدْبَوَانِ *gibbosæ duæ.* حَدْبَاءُ *gibbosa.*

Et iuxta hanc formam dicitur.

غِلْمَانٌ مُرْدٌ *imberbes pl* غُلَامَانِ أَمْرَدَانِ *imberbes duo.* غُلَامٌ أَمْرَدُ *adolescēs imberbis.*

Et non habet femininum correspondens, non enim dicitur. جارية مرداء. Et dicitur iuxta hanc formam in feminino اِمْرَاةٌ حَسْنَاءُ *mulier pulchra.* Et non dicitur correlatiuè iuxta hanc formam, in masculino رَجُلٌ أَحْسَنُ. Sed dum dicitur أَحْسَنُ est iuxta formam Superlatiui & Comparatiui, de qua mox dicemus; non autem est positiuum huius formæ. Sic habet Camus in dict. حسن.

Et

Et huius formæ positiui illa tantùm sunt, quæ exprimunt formam aliquam vel coloris vel affectionis seu defectus corporis, vt in exemplis allatis. Suntq; irreuolubilia, in singulari & plurali, non admittentia Tanuin: excipe tamen plurale iuxta فُعْلٌ quod est reuolubile. & eiusmodi non habent plurale sanum, sed tantùm pluralia fracta.

Prædictæ autem formæ similis est forma Comparatiui & Superlatiui, quam vocant افعل التفضيل ideſt *Nomen* seu forma أفعل addendo ا in principio, *pertinens ad excessum seu superationem*; Sed diuerso modo inflectitur: dices enim in Comparatiuo seu Superlatiuo.

أَكْبَرُ *maior maximus.* أَكْبَرَانِ *maiores duo.* أَكْبَرُونَ *vel* أَكَابِرُ *maximi pl.*

كُبْرَى *maxima maior.* كُبْرَيَانِ *maiores duæ* كُبْرَيَاتٌ *vel* كُبَرٌ *maximæ pl.*

Et ex حسن *pulcher fuit*, dices similiter

أَحْسَنُ *pulcherrimus.* أَحْسَنَانِ *pulchriores duo.* أَحْسَنُونَ *vel* أَحَاسِنُ *pulcherrimi pl.*

حُسْنَى *pulchrior* حُسْنَيَانِ *pulcherrimæ duæ.* حُسْنَيَاتٌ *vel* حُسَنٌ *pucherrimæ pl.*

Et eiusmodi Comparatiua, seu Superlatiua (apud Arabes enim idem sunt) formantur ex positiuis trium literarum: at non ex illis verbis, quæ significant deformitatem ad corpus pertinentem, aut colorem. Cùm verò circa eiusmodi significata occurrit comparatio, sumitur Comparatiuum seu Superlatiuum أَشَدُّ *magis*, vel أَكْثَرُ *plus*, vel simile; & copulatur nomini coloris vel defectus, & dicitur ex. gr. أَشَدُّ حُمْرَةً *magis ruber.* أَقْبَحُ حَدْبَةً *deformior gibbus.* أَكْثَرُ عُوجَةً *magis tortuosus.*

Ad significandum vero Magistrum vel Artificem, cui ex professo incumbat Verbi actio, Nomen ex Verbo fit ad instar فَعَّالٌ, addita ا ante vltimam & roborata secunda radicali virtute Teſcdid, vt ضَرَّابٌ *percussor.* خَيَّاطٌ *sarcinator.* حَدَّادٌ *faber ferrarius.* Et dicitur in reuolutionibus, vt

نَجَّارٌ *faber lignarius.* نَجَّارَانِ *fabri lignarij duo.* نَجَّارُونَ *fabri lignarij pl.*

Femininum eius est.

نَجَّارَةٌ نَجَّارَتَانِ نَجَّارَاتٌ

Sed non est in vsu hoc femininum; sicut & pluralia fracta, quæ sunt

نَجَّارَةٌ vel نَجَّارٌ vel نَجَاجِيرُ

fabri lignarij.

Sic etiam dices in similibus: vt,

قَصَّارٌ *fullo.* قَصَّارَانِ *fullones duo.* قَصَّارُونَ *fullones.*

قَصَّارَةٌ *lauatrix.* قَصَّارَتَانِ *lauatrices duæ.* قَصَّارَاتٌ *ablutrices*

Ad

Ad denotandum verò frequentiam, vel habitum actionis, assumitur nomen deriuatum à verbo ad instar فَعُوْل estque communis generis, & non formatur ex eo plurale sanum, vt

صَبُوْر	صَبُوْرَانِ	صُبُرٌ
patiens, perseuerans vir, vel mulier.	*patientes duo, vel duæ.*	*patientes pl. viri vel mul.*
قَتُوْلٌ	قَتُوْلَانِ	قُتُلٌ قُتَّلٌ
occisor.	*occisores duo, vel duæ.*	*occisores plures.*

Est generis communis, diciturque pariter اِمْرَأَةٌ قَتُوْلٌ *mulier interfectrix.* رَجُلٌ قَتُوْلٌ *vir occisor.* Idem plerumque est posito ى loco و, iuxta فعيل, vt

صَبِيْر	صَبِيْرَانِ	صُبَرَاءُ صُبَّرٌ
patiens, constans, intrepidus.	*duo, vel duæ patientes.*	*patientes plures.*
رَسُوْلٌ	رَسُوْلَانِ / رَسِيْلَانِ *Nuncij duo.*	رُسُلٌ أَرْسُلٌ رُسَلَاءُ
Nuncius, & epistola etiã.	*Missi duo.*	*Nuncij, Apostoli.*

Sed hæc duo magis videntur participia formæ passiuæ, cùm eorum significatio sit passiua.

Cuius nam formæ participium sit in vsu, vel non sit in vsu; annotabimus in Dictionario, vbi peculiaris erit causa, præter regulas assignatas.

Nec prætereundum est, quod testatur Camus in dictione رسل: nempe in his participijs, iuxta duas formas فعول & فعيل non esse differentiam generis masc. & fem. nec singularis aut pluralis: dicens لانّ فعولاً وفعيلاً يستوى فيهما المذكر والمونث والواحد والجمع

Quandoq; formatur nomen participij ad instar مِفْعَالٌ, vel مِفْعِيلٌ. vt ex كثر *multiplicatus est*, fit مِكْثَارٌ مِكْثِيرٌ *verbosus*, مِكْثَارَانِ vel مِكْثِيرَانِ *verbosi duo*, مِكْثَارَةٌ مَكَاثِرُ مَكَاثِيرُ *verbosi*. Sunt etiam pleræque aliæ formæ Adiectiuorum, & Participiorum Actiuorum; sed frequentiores sunt supra numeratæ.

De Participio passiuo.

PArticipij autem Passiui ex Verbo Trium litterarum simplici duplex est forma: frequentior est ad instar مَفْعُوْلٌ, vt ex نصر dices

مَنْصُوْر	مَنْصُوْرَانِ	مَنْصُوْرُوْنَ مَنَاصِرُ
adiutus. منصورات	*adiuti duo.*	*adiuti plur.*

مَنْصُوْرَةٌ	مَنْصُوْرَتَانِ	مَنْصُوْرَاتٌ مَنَاصِرُ
adiuta.	*adiutæ duæ.*	*adiutæ plur.*

Altera est ad instar فَعِيْل, vt

جَرِيْح	جَرِيْحَانِ	جَرِيْحُوْنَ جَرْحَى
vulneratus.	*vulnerati duo.*	*vulnerati pl.*
جَرِيْحَةٌ	جَرِيْحَتَانِ	جَرِيْحَاتٌ جَرَائِحُ
vulnerata.	*vulneratæ duæ.*	*vulneratæ pl.*

At dum fit mentio Substantiui, est generis communis, & non formatur ex eo plurale aliquod sanum, & dices

رَجُلٌ جَرِيْحٌ	رَجُلَانِ جَرِيْحَانِ	جَرْحَى: رِجَالٌ *viri vulnerati.*
homo vulneratus.	*viri duo vulnerati.*	
اِمْرَأَةٌ جَرِيْحٌ	اِمْرَأَتَانِ جَرِيْحَانِ	نِسَاءٌ *mulieres vulneratæ.*
mulier vulnerata.	*mulieres duæ vulneratæ.*	
عَبْدٌ حَلِيْبٌ	عَبْدَانِ حَلِيْبَانِ	عِبَادٌ حَلْبَى وَحُلَّبٌ
seruus adductus.	*duo serui adducti.*	*serui adducti.*
اِمْرَأَةٌ حَلِيْبٌ	أَمَتَانِ حَلِيْبَانِ	إِمَاءٌ حَلْبَى وَحُلَّبٌ
mulier adducta.	*duæ ancillæ adductæ.*	*ancillæ adductæ.*

Hic autem notandum, Participia passiua non formari nisi ex Verbis transitiuis. & quia alia Verba immediatè in patiens transeunt; alia verò mediantibus particulis: exempli gratia نَصَرَهُ *adiuuit eum:* hoc transit immediatè: At خَرَجَ مِنَ الدَّارِ *egressus est de palatio.* دَخَلَ اِلَى الْمَدِيْنَةِ *ingressus est in Ciuitatem:* hæc non transeunt immediatè, sed mediantibus particulis مِن *ex*, & اِلَى *in*. Ex illis igitur Verbis, quæ immediatè transeunt, formantur Participia passiua absolutè, & declinantur prout supra. At ex Verbis, quæ transeunt mediantibus particulis, formatur Participium passiuum, additis post ipsum particulis, quibus medijs transit Verbum in passum, cum pronominalibus affixis particulæ: estq; vox Participij declinabilis tantùm secundùm casus, non ratione numeri, nec generis, sed omnis variatio affixæ Particulæ tribuitur, vt

اَلْمَخْرُوْجُ مِنْهُ	اَلْمَخْرُوْجُ مِنْهَا	اَلْمَخْرُوْجُ مِنْهُمْ
id quod egressũ est de eo vnde egressum est.	*duo illa vnde egressum est.*	*plura illa vnde egressum est.*
اَلْمَخْرُوْجُ مِنْهَا	اَلْمَخْرُوْجُ مِنْهُمَا	اَلْمَخْرُوْجُ مِنْهُنَّ
illa de qua egressum est.	*illæ duæ de quibus egressum est.*	*illæ plures de quibus egressum est.*

Dices

أَلْمَدْخُوْلُ إِلَيْهِ *ingressum in illud.*

Dices similiter cum suis particulis in cæteris, vt أَلْمَذْهُوْبُ إِلَيْهِ *quò itum est.*

أَلْمَمْرُوْرُ بِهِ *per quod trãsitum est.*

Et ita etiam de verbis cuiuscumque ordinis, etiam de additis, vt ex

إِحْتَاجَ *indigere*, quod constituitur cum اِلَى fit اَلْمُحْتَاجُ إِلَيْهِ *id quo quis indiguit.*

Et hoc Arabes dicunt المفعول غير صريح *Patiens non clarum*, & possunt ex eodem Verbo (si regere potuit duo patientia, nempe clarum & non clarum, siue mediatum & immediatum) formari patientia vtroque modo, prout dictum est: exempli gratia نَسَبَهُ اِلَى أَبِيْهِ *retulit eum ad patrem suum*, hoc Verbum duo patientia regit, vnum mediatè, alterum mediante particula اِلَى: Dices ergo ad significandum immediatè rectum.

مَنْسُوْبٌ مَنْسُوْبَانِ مَنْسُوْبُوْنَ مَنْسُوْبَةٌ *relatus*; &c.

Et pro altero recto mediante particula اِلَى dices

اَلْمَنْسُوْبُ إِلَيْهِ اَلْمَنْسُوْبُ إِلَيْهِمَا اَلْمَنْسُوْبُ إِلَيْهِمْ *ad quem relatum est.* &c.

باب اسم الزمان والمكان والالة

De Nomine Temporis, Loci, & Instrumenti.

EX verbo ternario non infirmo ف vel ل de quibus infra, formatur Nomen Temporis, seu Loci, præposita م fathhata, & si Modsareum Verbi habet in secunda radicali Chesrum erit etiam Chesranda: si verò habuerit Fath, vel Dsam erit fathanda. Et licet etiam fathare in omnibus secundùm aliquos. Dices igitur

مَنْصَرٌ مَنْصَرَانِ مَنَاصِرُ

locus, seu etiam tempus adiuuandi. duo loca adiuuandi. plura loca adiuuandi.

Excepta sunt quæ sequuntur, quæ vsurpantur cum Chesro in secunda radicis, quamuis in Modsareo habeant Dsam.

مَسْجِدٌ *Templum.* مَطْلِعٌ *Specula.* مَشْرِقٌ *Oriens.* مَسْقِطٌ *Locus, aut Tempus cadendi.* مَفْرِقٌ *discrimen capitis.* مَجْزِرٌ *Locus, aut tempus iugulandi.* مَسْكِنٌ *Domus, Diuersorium.* مَرْفِقٌ *Cubitus* مَنْبِتٌ *Viridarium, pratum.* مَنْسِكٌ *Ara, locus, seu tempus sacrificandi.* مَغْرِبٌ *Occidens, seu tempus occasus.*

Quæ-

Quædam suscipiunt ö in fine, vt مَرْقَاةٌ *Scala, locus, seu tempus ascendendi.* مَظَنَّةٌ *Existimandi, seu cogitandi tempus, vel locus.* مَشْرُقَةٌ *Nascendi locus, & tempus.* مَقْبَرَةٌ *Cœmeterium.* Et dicitur cum Dsammo etiam in secunda radicali: مَشْرُقَةٌ *Oriens.* مَقْبُرَةٌ *Cœmeterium.*

SI verò fuerit Verbum defectiuũ prima radicali, quod Arabes vocãt infirmũ ف, tunc semper secunda radicalis in nomine temporis & loci habebit Casrum, vt ex وَضَعَ *posuit*, fit مَوْضِعٌ *locus, & tempus ponendi.* Ex وعد *promisit*, fit مَوْعِدٌ *locus & tempus promittendi.*

SI verò fuerit defectiuum vltima, seu infirmum ل, ideſt habens و vel ى pro vltima radicis, tunc semper habebit Fath secunda radicalis, vt ex أَوَى *recepit se, confugit*, fiat مَأْوًى *confugium, refugium, locus, & tempus se recipiendi*, ex رَمَى *iecit, proiecit, iaculatus est*, fit اَلْمَرْمَى مَرْمًى *locus & tempus iaculandi.*

Et hoc in verbis simplicibus, quæ non excedunt tres litteras.

EX verbis quatuor literarum & supra, siue compositis, siue simplicibus, nomen loci & temporis non differt à Participio passiuo, & plurale erit fractum.

NOMEN instrumenti formatur ad instar مِفْعَلٌ, vel مِفْعَالٌ, vel مِفْعَلَةٌ, præmissa radicalibus م Chesrata, vt مِفْتَحٌ, & مِفْتَاحٌ, *clauis.* مِرْقَاةٌ *scala.* مِصْفَاةٌ *colum.* مِخْلَبٌ *vnguis cuiuslibet animalis dilacerantis.* مِضْرَبٌ *flagellum, scutica.* مِكْنَسَةٌ *scopa.* مِدَقَّةٌ, vel مِدَقٌّ *pistillum.* مِنْجَلٌ *falx.*

Excipiuntur مُدَقٌّ *pistillum.* مُسْعُطٌ *vas, in quo seruatur herba sternutationem commouens.* Dicitur etiam cum Chesro مِسْعَطٌ. Item مُكْحُلَةٌ *instrumentum ad depingendos oculos stibio.* Dicitur etiam مِكْحَلٌ, & مِكْحَالٌ. Item اَلْمِنْخَلُ *subcerniculum.* Item مُحْرُضَةٌ *clauæ theca.* Et dicitur etiam cum Chesro, iuxta regulam مِحْرَضَةٌ. Item مُدْهُنٌ *vas olei, seu vnguenti.*

Pluralia horum omnium fracta sunt, ad instar مَفَاعِلُ: & quandoque ad instar مَفَاعِيلُ. Suntque pluralia irreuolubilia, vt مَفَاتِحُ, & مَفَاتِيحُ *claues*, &c.

باب اسم المرة

De Nomine Vicis.

EFformatur præterea à Maſdaro Verbi, non habente in fine ŏ, nomen vicis: ad ſignificandam actionem illam ſemel, vel pluries factam; adiecta ŏ in fine, & Fathata prima litera, vt ex نَصْرٌ *adiuuatio, victoria*. fiat نَصْرَةٌ *victoria vna*, *adiuuatio ſemel præſtita*. Et hoc videlicet ex quocumque Maſdaro, tam Verbi ſimplicis, quàm Verbi compoſiti, non habente ŏ in fine. Si autem habeat ŏ oportet addere explicitè ŏ واحدة *vna*, vt دَحْرَجَةٌ وَاحِدَةٌ *reuolutione vna*. Dices igitur ex نصر: نَصَرْتُهُ نَصْرَةً *adiuui eum vna vice*. نَصَرْتُهُ نَصْرَتَيْنِ *adiuui eum bis*. نَصَرْتُهُ نَصَرَاتٍ *adiuui eum pluries*. Et ſic de ſingulis Maſdaris, ſeu verbalibus non habentibus ŏ in fine, ſine vlla exceptione.

باب اسم النوع

De Nomine Speciei.

SI verò in prima litera ponatur vocalis Cheſrum, erit explicatio ſpeciei, quæ æquiualet ſupino in u, vel gerundio in dum, vt cum dicitur *aptum ad faciendum. pulchrum viſu*, &c. & ad hoc formatur Nomen ex Verbo, ſuppoſito Cheſro primæ radicali, & adiecto ŏ in fine, vt ex نصر fiat نِصْرَةٌ, & dices هٰذَا مُسْتَعَدٌّ لِلنِّصْرَةِ *Hoc promptum, aptum eſt ad vindicandum, ad iuuandum:*

هٰذَا حَسَنُ النَّظْرَةِ *hoc pulchrum viſu.*

حَسَنُ الطَّعْمَةِ *bonum ad comedendum, bonum guſtatu.*

حَسَنُ الْجِلْسَةِ *commodum ad ſedendum.* &c.

باب اسم الكثرة

De Nomine Copiæ, & Abundantiæ in loco.

PRæterea formatur Nomen multiplicatæ actionis, vel multitudinis & abundantiæ cuiuſcumque rei, præfixa Nomini vel Verbo م cum Fatho, & in fine addita ŏ, vt ex أَسَدٌ *leo*, fiat مَأْسَدَةٌ *locus vbi multi ſunt leones*. & dicitur أَرْضٌ مَأْسَدَةٌ *terra leonibus plena*. ex سبع *beſtia*, fiat مَسْبَعَةٌ *locus vbi multæ ſunt beſtiæ*: & أَرْضٌ مَسْبَعَةٌ *terra beſtijs abundans*. ex بطيخ *pepo*, fit مَبْطَخَةٌ *vbi multi ſunt pepones*. ex ذِئْبٌ *lupus*, fit مَذْأَبَةٌ *vbi multi ſunt lupi*. ex قِثَّاءٌ *cucumer*, fit مَقْثَاةٌ *locus multorum cucumerorum*. ex وَرْدٌ *roſa*, fit مَوْرَدَةٌ *roſetum*. ex شَوْكٌ *ſpina*, fit مَشْأَكَةٌ *ſpinetum*. ex ضَرْبٌ *percuſsit*, fit مَضْرَبَةٌ *locus multarum percuſſionum*. ex نَصْرٌ *victoria*, fit مَنْصَرَةٌ *vbi multæ partæ ſunt victoriæ*. & ſic de ſingulis.

Memoratis omnibus ſimilis eſt formatio Nominis Vaſis, ſeu Continentis; nam præfixa م Cheſrata nomini cuicumque, fit Nomen Vaſis continentis ipſius, vt ex قَلَمٌ *calamus*, fit مِقْلَمٌ *calamarium*, ſeu *vas, in quo ſeruantur calami*. ex بَوْلٌ *lotium*, fit مِبْوَلٌ *vas in quo excipitur lotium*. ex إِبْرَةٌ *acus*, fit مِئْبَرٌ *acorarium*, *vas in quo ſeruantur acus*. & ſic de cæteris.

ET ex his conſtat, quàm fœcunda & abundans ſit Arabum lingua, cùm tot ſint Nominum formæ, quæ ex Verbis deriuantur, ad varias rerum ſignificationes circa eandem radicem. Et quamuis videatur carere quorumdam temporum diuerſitatibus, quibus Latina vtitur lingua, nihilominus obſeruandus eſt modus, quo ſupleat eiuſmodi carentiam Arabicus ſermo. Nam ad ſuppiendum

Pro Præterito imperfecto aſſumitur Præteritum كَانَ *fuit*, vel conſimilis Verbi, quod ad rem faciat, & adiungitur Præſenti illius Verbi, cuius actio intenditur, vt كَانَ يَنْصُرُ *adiuuabat*. quod ad Verbum ſonat: *fuit adiuuat*. & كَانُوا يَنْصُرُونَ, vel كَانَ يَنْصُرُونَ *adiuuabant illi plures*.

Pro Præterito pluſquam perfecto, adiungitur Præteritum كَانَ *fuit*, vel ſimile alteri Præterito Verbi intenti, vt كَانَ نَصَرَ *fuit adiuuit*, ideſt, *adiuuerat*. vel præmittitur Præterito particula قَدْ *iam*, vt قَدْ نَصَرَ *iampridem adiuuit*. &c.

Ad Optatiuum, aſſumitur particula لَيْتَ *vtinam*, quæ eſt vna ex particulis ſimilibus Verbo, regens Subiectum in Caſu Nasbo, ſeu Accuſatiuo; & Prædicatum in Rafeo, ſeu Nominatiuo, prout ſuo loco infra, & dicitur لَيْتَنِي عَالِمٌ *vtinam ego eſſem doctus*. & لَيْتَ زَيْدًا جَالِسٌ *vtinam Zaidus eſſet ſedens*. vel cum Verbo, ſic لَيْتَ زَيْدًا أَنْ يَجْلِسَ *vtinam Zaidus ſederet*. & لَيْتَكَ نَاصِرٌ لِي *vtinam tu adiuuares me*. Si quis autem vellet explicitè per tempus Præteriti, vel Perfecti, vel Pluſquam perfecti, vel Futuri optatiuum proferre, aſſumenda eſſet illi eadem particula, & cum Verbo ſui temporis dicendum ex. gr. لَيْتَنِي أَنْ أَخْلُصَ *vtinam ego ſaluer*. & hoc pro fut. & præſ. & لَيْتَ سُلَيْمَانَ أَنْ كَانَ خَلَصَ *vtinam Salomon ſaluatus fuiſſet*. & ſic de cæteris, præmiſſa Verbo ſemper particula أَنْ.

Pro Subiunctiuo, ſecundùm diuerſos vſus Subiunctiui diuerſæ præmittuntur particulæ Verbis, quæ vel Nasbant, vt لِيَنْصُرَ *vt adiuuet*. حَتَّى أَنْ يَنْصُرَ *quoadusque adiuuet*. Vel Gezmant, vt إِنْ تَنْصُرْنِي أَنْصُرْكَ *ſi adiueris me, adiuuabo te*.

Pro Infinitiuo eſt Nomen, quod dicitur المصدر *Maſdarum* in ſingulis Verbis. Præterea præmiſſæ Verbo Modfareo particulæ quædam dictæ Maſdarales, operantur æquiualentiam Infinitiui, vt أُرِيدُ أَنْ تَنْصُرَ *volo te adiuuari*. & أُحِبُّ أَنْ تُخَلِّصَ *cupio te ſaluari*.

Pro Gerundijs in Di, & in Dum, aſſumuntur particulæ لِكَيْ, vel كَيْ ante Verbum Modfareum, vel لِ etiam ante Maſdarum, vt لِكَيْ أَنْصُرَ *adiuuandi cauſa*. & لِأَنْصُرَكَ, vel لِنَصْرِكَ *ſtudio te adiuuandi*. vel, *ad adiuuandum te*.

Et pro alio vſu diuerſo Gerundij in Di, dices per Maſdara, vt إِجْتِهَادُ النَّصْرِ *ſtudium adiuuandi*. & مَحَبَّةُ الرِّبْحِ *deſiderium lucrandi*.

Pro Gerundio in Do, etiam aſſumitur Maſdarum, vt بِالْعَمَلِ نَرْبَحُ *operando lucramur*. & بِالرُّقَادِ نَتَمَسْكَنُ *dormiendo efficimur pauperes*.

Pro Supino in Vm, dices exempli gratia أَنْطَلِقُ إِلَى أَنْ أَرْقُدَ *eo dormitum*.

Pro Supino in V, aſſumitur Maſdarum, & formatur ex ipſo nomen Speciei cum Cheſro in prima radicali, & ŏ in fine, prout ſupra dictum eſt, & dicitur حُلْوُ الطَّعْمَةِ *dulce guſtatu*. & حَسَنُ النَّظْرَةِ *pulchrum viſu*.

Participia adſunt ex Verbis Arabicis, tam Actiua, quam Paſſiua, pro Participijs in Ens, & in Tus. Quæ ſolent Arabes vſurpare pro vniuerſis, ita vt نَاصِرٌ e.g. ſumant pro *adiuuans*; & pro *adiuturus*. Et مَنْصُورٌ ſumant pro *adiutus*, & pro *adiuuandus*, & pro *adiuuabilis*. Et hoc modo plerique vſurpant: ſed apud Grammaticos, Participia tam Actiua quam Paſſiua in rigore dicuntur ſignificare iuxta ſignificationem Modſarei, quod ſupponit modò pro Præſenti, modò pro Futuro: & ita Participium vtrumque tempus poterit importare. Sed iam habet vſus, quòd Participium Paſſiuum ſumatur in ſenſu Præteriti pro Participio in Tus, & Participium Actiuum pro Participio in Ens.

Si quis autem velit ambiguitatẽ effugere, pro Participio in Rus, dicat exempli gratia أَنَا مُزْمِعٌ أَنْ أَنْصُرَكَ, vel أَنَا سَوْفَ أَنْصُرُكَ, vel أَنَا سَأَنْصُرُكَ *ego adiuturus ſum te*. & ſi quis velit cum Futuro mixto dicere, poterit, præmiſſo Præterito Verbi كَانَ *fuit*. Sic أَنَا كُنْتُ مُزْمِعًا أَنْ أَنْصُرَكَ *ego eram adiuturus te*.

Conſimili modo ſuppletur Participium in Dus, ſola mutatione formæ Verbi de Actiua in Paſsiuam, præmiſſa ipſi Verbo Modareo, vel Particula سوف, vel litera س, vel dictione مزمع *futurus*, vt أَنَا سَأَنْصَرُ, vel أَنَا سَوْفَ أَنْصَرُ; vel أَنَا مُزْمَعٌ أَنْ أَنْصَرَ *ego adiuuandus ſum*. & cum futuritione mixta أَنَا كُنْتُ مُزْمَعًا أَنْ أَنْصَرَ *ego adiuuandus eram*.

Par-

Participium in Lis, deſcribendum eſt præmiſſo Verbo يَسْتَوْجِبُ *dignus eſt*, vel ſimili, vt pro *Amabilis*, dicatur مُسْتَوْجِبُ الْحُبِّ *Dignus amore*, &c.

باب الفعل الرباعى

De Verbo quattuor Literarum.

VERBVM quattuor Literarum, iuxta Formam Actiuam, habet Phathh in prima, Sokun in ſecunda, & Phathh in tertia, quarta verò eodem pacto diſponitur ac vltima ternarij.

Modzhareum aſſumit Dſamm in littera Modſarea, Phathh in prima truncali, Sochun in ſecunda, & Cheſr. in tertia, quarta verò imitatur Ternarium quoad omnia.

Imperatiuum formatur à Modſareo Gezmato, reiecta quidem litera Modſarea, nulla tamen alia eius loco ſubſtituta, quia prima radicis non quieſcit.

Maſdarum eſt regulare dupliciter, vel generis Maſculini, iuxta فِعْلَالٌ, vel generis Feminini, iuxta فِعْلَلَةٌ.

Nomen Agentis formatur à Modſareo, mutata tantum litera modſarea in م.

Nomen Patientis non differt à Nomine Agentis, niſi in Vocali penultimæ literæ. Nam Agens habet Cheſrum, Patiens verò habet Fathhum.

Nomen autem Loci, Temporis, & Inſtrumenti non differt à nomine Patientis.

Dices itaque de Verbo quaternario in reuolutionibus. Et primò

الماضى Præteritum.

دَحْرَجَ	دَحْرَجَا	دَحْرَجُوا
reuoluit ille.	*reuoluerunt illi duo*	*reuoluerunt illi plur.*
دَحْرَجَتْ	دَحْرَجَتَا	دَحْرَجْنَ
reuoluit illa.	*reuoluerunt illæ duæ.*	*reuoluerunt illæ pl.*
دَحْرَجْتَ	دَحْرَجْتُمَا	دَحْرَجْتُمْ
reuoluiſti tu vir.	*reuoluiſtis vos duo.*	*reuoluiſtis vos pl.*
دَحْرَجْتِ	دَحْرَجْتُمَا	دَحْرَجْتُنَّ
reuoluiſti tu mulier.	*reuoluiſtis vos duæ.*	*reuoluiſtis vos pl.*
دَحْرَجْتُ		دَحْرَجْنَا
reuolui ego.		*reuoluimus nos.*

المضارع Modſareum.

يُدَحْرِجُ	يُدَحْرِجَانِ	يُدَحْرِجُونَ
reuoluit ille.	*reuoluunt illi duo.*	*reuoluunt illi pl.*

تدحرج

يُدَحْرِجْنَ	تُدَحْرِجَانِ	تُدَحْرِجُ
reuoluunt illæ pl.	*reuoluunt illæ duæ.*	*reuoluit illa.*
تُدَحْرِجُونَ	تُدَحْرِجَانِ	تُدَحْرِجُ
reuoluitis vos pl.	*reuoluitis vos duo.*	*reuoluis tu.*
تُدَحْرِجْنَ	تُدَحْرِجَانِ	تُدَحْرِجِينَ
reuoluitis vos pl. fem.	*reuoluitis vos duæ.*	*reuoluis tu fem.*
نُدَحْرِجُ		أُدَحْرِجُ
reuoluimus nos.		*reuoluo ego.*

Modſareum Nasbatum. المضارع المنصوب

لِيُدَحْرِجُوا	لِيُدَحْرِجَا	لِيُدَحْرِجَ
vt reuoluant illi pl.	*vt reuoluant illi duo.*	*vt reuoluat ille.*
لِيُدَحْرِجْنَ	لِتُدَحْرِجَا	لِتُدَحْرِجَ
vt reuoluant illæ pl.	*vt reuoluant illæ duæ.*	*vt reuoluat illa.*
لِتُدَحْرِجُوا	لِتُدَحْرِجَا	لِتُدَحْرِجَ
vt reuoluatis vos pl.	*vt reuoluatis vos duo.*	*vt reuoluas tu vir.*
لِتُدَحْرِجْنَ	لِتُدَحْرِجَا	لِتُدَحْرِجِي
vt reuoluatis vos pl. mul.	*vt reuoluatis vos duæ.*	*vt reuoluas tu mul.*
لِنُدَحْرِجَ		لِأُدَحْرِجَ
vt reuoluamus nos.		*vt reuoluam ego.*

Modſareum Gezmatum. المضارع المجزوم

Particulas locantes Modſareum in Caſu ſeu modo Gezmo infra ſuo loco recenſebimus: modo verò aſſumimus vnam ex ipſis لَمْ *non*, ad exemplum. Quæ Particula non ſolum operatur Gezmum in Modſareo, verùm etiam & vertit ſignificationem ipſius Modſarij, vt intelligatur de Præterito, quæ aliàs erat de Præſenti, vel Futuro. Dices igitur

لَمْ يُدَحْرِجُوا	لَمْ يُدَحْرِجَا	لَمْ يُدَحْرِجَ
non reuoluerunt illi pl.	*non reuoluerunt illi duo.*	*non reuoluit ille.*
لَمْ يُدَحْرِجْنَ	لَمْ تُدَحْرِجَا	لَمْ تُدَحْرِجَ
non reuoluerunt illæ pl.	*non reuoluerunt illæ duæ.*	*non reuoluit illa.*

لَمْ تُدَحْرِجُوا	لَمْ تُدَحْرِجَا	لَمْ تُدَحْرِجْ
non reuoluiſtis vos pl. viri.	*non reuoluiſtis vos duo.*	*non reuoluiſti tu vir.*
لَمْ تُدَحْرِجْنَ	لَمْ تُدَحْرِجَا	لَمْ تُدَحْرِجِي
non reuoluiſtis vos pl. mul.	*non reuoluiſtis vos duæ.*	*non reuoluiſti tu mul.*
لَمْ نُدَحْرِجْ		لَمْ أُدَحْرِجْ
non reuoluimus nos.		*non reuolui ego.*

Imperatiuum الامر

Sicut ſupra dictum eſt de Verbo Ternario ſimplici, ita de Verbo quattuor literarum, immò de vniuerſis etiam Compoſitis dicendum. Imperatiuum tertiæ perſonæ non eſſe niſi ipſum Modareum Geſmatum, prefixa ipſi Lam Cheſrato, vt لِيُدَحْرِجْ *reuoluat*: Ita etiam & Imperatiuum primæ perſonæ, vt لِنُدَحْرِجْ *reuoluamus*. Sed elegantiùs & frequentiùs, pro huiuſmodi Imperatiuo ad primam perſonam, aſſumunt Imperatiuum ſecundæ perſonæ, cum pronominali primæ affixo particulæ بِ, & dicunt دَحْرِجْ بِنَا *reuoluamus*, quod propriè ad Verbum ſonat *reuolue nobiſcum*.

Imperatiuum autem ſecundæ perſonæ eſt Modſareum Gezmatum, reiecta تِ, quæ eſt littera Modſarea: quare dices in Imperatiuo ſecundæ perſonæ

دَحْرِجُوا	دَحْرِجَا	دَحْرِجْ
reuoluite vos plures.	*reuoluite vos duo.*	*reuolue tu vir.*
دَحْرِجْنَ	دَحْرِجَا	دَحْرِجِي
reuoluite vos pl. fem.	*reuoluite vos duæ.*	*reuolue tu mul.*

Modſareum cum Nun Confirmationis المضارع بنون التاكيد

يُدَحْرِجُنَّ / يُدَحْرِجْنَ	يُدَحْرِجَانِّ	يُدَحْرِجَنَّ / يُدَحْرِجَنْ
reuoluent omnino illi pl.	*reuoluent omnino illi duo.*	*reuoluet ille omnino.*
يُدَحْرِجْنَانِّ	تُدَحْرِجَانِّ	تُدَحْرِجَنَّ vel تُدَحْرِجَنْ
reuoluent omnino illæ pl.	*reuoluēt omnino illæ duæ.*	*reuoluet illa omnino.*
تُدَحْرِجُنَّ / تُدَحْرِجْنَ	تُدَحْرِجَانِّ	تُدَحْرِجِينَّ / تُدَحْرِجِينْ
reuoluetis omnino pl. viri.	*reuoluetis omnino vos duo.*	*reuolues omnino tu vir.*
تُدَحْرِجْنَانِّ	تُدَحْرِجَانِّ	تُدَحْرِجِنَّ vel تُدَحْرِجِنْ
reuoluetis omnino pl. fem.	*reuoluetis omnino vos duæ.*	*reuolues omnino tu mulier.*

أدحرجن

أُدَحْرِجَنَّ
أُدَحْرِجَنْ
reuoluam ego omnino.

نُدَحْرِجَنَّ
نُدَحْرِجَنْ
reuoluemus nos omnino.

Consimili modo terminatur cum Nun confirmationis Imperatiuum, seruata forma ipsius Imperatiui in principio, nempe reiecta littera Modarea pro Imperatiuo secundæ personæ, vt دَحْرِجَنَّ *reuolue omnino tu*, &c. Et præfixo Lam Chesrato pro Imperatiuo ad cæteras personas, vt لِيُدَحْرِجَنْ *reuoluat ille omnino*, &c.

Masdarum est المصدر

دَحْرَجَةٌ *reuoluere, reuolutio g.m.*
دَحْرَجَانِ *reuolutiones duæ.*
دَحَارِجُ vel دَحْرَجَاتٌ *reuolutiones plur.*

Vel alio modo, sic:

دَحْرَجَةٌ *volutatio, reuoluere g.f.*
دَحْرَجَتَانِ *volutationes duæ.*
دَحَارِجُ vel دَحْرَجَاتٌ *volutationes plures.*

Et vtrumque Masdarũ obtinet omne Verbum quaternariũ simplex: & coniugatur per omnia, prout hoc verbum دحرج *reuoluit*. Estque vnica forma omnium Verborum simplicium quatuor litterarum.

Nomen Agentis, seu Participij actiui اسم الفاعل

مُدَحْرِجٌ *reuoluens vir.*
مُدَحْرِجَانِ *reuoluentes duo.*
مُدَحْرِجُونَ *reuoluentes pl. viri.*
مُدَحْرِجَةٌ *reuoluens fem.*
مُدَحْرِجَتَانِ *reuoluentes duæ.*
مُدَحْرِجَاتٌ *reuoluentes pl. fem.*

Nomen Patientis, quod dicitur المفعول fit ex Nomine mox dicto Agentis; sola mutatione Chesri penultimæ radicalis in Fathhum, vt fiat مُدَحْرَجٌ *reuolutus.*

Nomen Loci, Temporis, & Instrumenti. اسم المكان والزمان والالة

Nomen Loci, Temporis, & Instrumenti idem sunt, in Verbis plusquam ternarijs, & non differunt à nomine Patientis, seu Participij passiui; nisi quoad Plurale sanum, quod nomen Patientis admittit, hæc autem alia nomina non admittunt, solo plurali fracto contenta. vnde dices

مُدَحْرَجٌ
Locus, Tempus, Instrumentum reuoluendi.
مُدَحْرَجَانِ
Loca, Tempora, Instrumenta reuoluendi duo.
دَحَارِجُ
Loca, Tempora, Instrumenta reuoluendi plur.

De

فى الافعال المزيد فيها

De Verbis Compositis.

EX prædictis Verborum formis, tam trium quàm quattuor literarum, fiunt verba composita. Verba trium literarum componuntur, vel additione vnius literæ, vel duarum literarum, vel trium. Verba autem quattuor literarum fiunt composita, vel additione vnius, vel alterius literæ: ita vt compositum Verbum, siue ternarium siue quaternarium sit, in tertia persona singulari masculina præteriti numquam excedat sex literas.

Et quoad Verbum ternarium. Componitur primò additione vnius literæ tripliciter modo.

PRIMO additione ا in principio, ita vt ex كَرَمَ fiat أَكْرَمَ *honorauit*, cuius Modsareum est يُكْرِمُ *honorat*, reiecta litera ا. At in Imperatiuo secundæ personæ reuertitur ا reiecta in Modsareo, & Fathhatur, diciturque أَكْرِمْ *honora*. Masdarum est addita ا ante vltimam, sic إِكْرَامٌ *honorare, honoratio*. Duale secundum regulam est إِكْرَامَانِ *honorationes duæ*. Plurale est, vel iuxta formam sanam femininam, sic إِكْرَامَاتٌ, vel fractè, sic أَكَارِمُ *honorationes*.

Nomen Agentis, seu Participium actiuum fit ex Modsareo, mutata litera formatiua Modsarei in م, ita vt ex يُكْرِمُ *honorat*, fiat مُكْرِمٌ *honorans*. Et Participium Passiuum formatur ex Actiuo, mutato Chesro penultimæ in Fathhum, vt مُكْرَمٌ *honoratus*. Dices ergo

مُكْرَمٌ
honoratus.
مُكْرَمَانِ
honorati duo.
مُكْرَمُونَ مَكَارِمُ
honorati pl.
مُكْرَمَةٌ
honorata.
مُكْرَمَتَانِ
honoratæ duæ.
مُكْرَمَاتٌ مَكَارِمُ
honoratæ pl.

Hoc idem est Participium actiuum, mutata tantùm in Chesrum Fathh, quæ est in penultima radicali, nempe in ر.

In Nomine etiam Loci, Temporis, & Instrumenti pariter dices

مَكْرَمٌ
locus, tẽpus, instrumentũ honorãdi.
مَكْرَمَانِ
duo loca, tempora, & instrumenta honorandi.
مَكَارِمُ
Loca, tempora, & instrumenta honorandi.

Et huiusmodi additio ا in principio, vt plurimum reddit verbum transitiuum.

ex intransitiuo, vt كَرُمَ significat *honorabilis fuit*, at أَكْرَمَ *honorabilem fecit*, *honorauit*.

SECVNDO componitur Verbum ternarium additione vnius literæ, virtute Teſdid ſuper ſecundam radicalem, vt ex فَرِحَ *lætatus eſt*, fiat فَرَّحَ *lætificauit*. Cuius Modſareum eſt يُفَرِّحُ *lætificat*. Et Imperatiuum فَرِّحْ *lætifica*. Et Maſdarum, præmiſſa ت ante primam & ى ante vltimam, vt تَفْرِيحًا *lætificare, lætificatio*. Dices itaque

تَفْرِيحٌ *lætificatio*. تَفْرِيحَانِ *lætificationes duæ*. تَفْرِيحَاتٌ تَفَارِيحُ *lætificationes pl.*

Participium actiuum eſt مُفَرِّحٌ *lætificans*, & Paſſiuum مُفَرَّحٌ *exhilaratus*. Ex Modſareo iuxta regulas traditas, ſola variatione literæ Modſareæ in م.

Nomen Inſtrumenti, Loci, & Temporis eſt iuxta ſuperiùs dicta.

مُفْرَحٌ *inſtrumentum, locus, tẽpus lætificãdi.* مُفْرَحَانِ *duo inſtrumẽta, loca, tẽpora lætificandi.* مَفَارِحُ *inſtrumenta, loca, tempora lætificandi.*

Et hic modus compoſitionis, vt plurimum reddit ſenſum Verbi tranſitiuum de intranſitiuo, prout precedens. Sæpè etiam formatur ex quocumque Nomine ad ſignificandam actionem relatam ad illud, vt ex جِلْدٌ *pellis, corium*, fit جَلَّدَ *decoriauit*, ſeu *flagellauit*: nempe pellem inuaſit. Ita etiam ex زَبِيبٌ *vua paſſa*, fit زَبَّبَ اَلْعِنَبَ *vuam paſſam fecit*. Ex كَبِيرٌ *magnus*, fit كَبَّرَ *magnum eſſe dixit*, & Maſdarum eius eſt تَكْبِيرًا, quod eſt ſecundum regulam, & كِبَارًا, quod rariùs accidit.

TERTIO componitur Verbum ternarium additione vnius literæ, nempe ا poſt primam radicalem, vt ex قَتَلَ *occidit*, fiat قَاتَلَ *pugnauit*, eius Modſareum eſt يُقَاتِلُ *pugnat*. Imperatiuum قَاتِلْ *pugna*. Maſdarum eſt vel قِتَالٌ gen. maſc. vel مُقَاتَلَةٌ gen. fem. *pugna, pugnare*. Eorum pluralia ſunt ad inſtar ſani fem. قِتَالَاتٌ أَفْعِلَةٌ مُقَاتَلَاتٌ *pugnæ*. vel fractè: prius quod eſt gen. maſc. plurificatur ad inſtar أَفْعِلَةٌ vel فُعُلٌ, vel أَفَاعِلُ. Poſteriùs verò quod eſt gen. fem. habet plurale fractum iuxta مَفَاعِلُ.

Participia, tam paſsiua quàm actiua, formantur ex Modſareo, mutata litera Modſarea in Mim, vt ſupra dictum eſt.

Nomen Inſtrumenti, Loci, & Temporis non differt à nomine Patientis, & dices

مُقَاتَلٌ *inſtr. loca, temp. pugn.* مُقَاتَلَانِ *duo*, &c. مُقَاتَلٌ *inſtr. loc tẽp pugn.*

Et hic

Et hic modus compoſitionis ſignificat cooperationem, vt per particulam Con, ſeu Cum apud Latinos, vt ex *venire*, fit *conuenire*, ideſt ſimul venire, ita ex قَتَلَ *occidit*, fit قَاتَلَ *pugnauit*, quaſi dicat *cooccidit, ſimul occidit*, &c.

ADDITIONE AVTEM DVARVM LITERARVM fit compoſitum Verbum ternarium quinque præcipuè modis.

PRIMO additione ت in principio, & impoſitione Teſdid ſuper ſecundam radicalem, vt ex كَسَرَ *fregit*, fiat تَكَسَّرَ *fractus eſt, fregit ſe*. Eius Modſareum eſt يَتَكَسَّرُ *frangitur, vel frangetur*. Imperatiuum ſecundæ perſonæ تَكَسَّرْ *frangere, frange teipſum*. Maſdarum verò eſt تَكَسُّرٌ *frangere ſe*. eius plurale eſt ad inſtar ſani feminini تَكَسُّرَاتٌ *effractiones ſuimet*. Participium eſt مُتَكَسِّرٌ *frangens ſe*. Nomen Temporis, Loci, & Inſtrumenti مُتَكَسَّرٌ, cuius Plurale eſt مَكَاسِرُ *Inſtrumenta, Loca, & Tempora ſe frangendi*.

Et modus huius compoſitionis vt plurimum reddit ſenſum Verbi intranſitiuum ex tranſitiuo, vt in exemplo allato patet.

Sæpè etiam importat ſimulationem actionis, ſeu affectationem, vt ex فَقَرَ *pauper fuit*, fit تَفَقَّرَ *pauperem ſe finxit*. Et ex نَظُفَ *mundus fuit*, fit تَنَظَّفَ *munditiam affectauit*, ſeu *mundum ſe eſſe ſimulauit*.

Aliquando etiam habet ſenſum tranſitiuum, & conſtruitur cum Nasbo, & alias habet ſignificationes, prout patet in noſtro Dictionario, quod ad calcem huius Libri adiunximus, in quo plura verba collegimus, & in ſuas claſſes diſtinximus, ſecundùm diuerſas Coniugationes Verborum omnium, tam Simplicium, quàm Compoſitorum: immò & Perfectorum & Deficientium. Ibi igitur vnico aſpectu facilius percipietur ſignificatio diuerſa, & vis cuiuſlibet Coniugationis, tamquam ex praxi: quod Theorica regularum multiplicatione vix attingit.

SECVNDO componitur Verbum ternarium additione ا, & ن in principio, vt ex قَطَعَ *ſecuit, cecidit*, fit اِنْقَطَعَ *ſectus eſt, amputatus eſt*, eius Modſareum eſt يَنْقَطِعُ *cæditur*, vel *cædetur*. Imperatiuum اِنْقَطِعْ *amputare, ſecare*. Maſdarum eſt اِنْقِطَاعٌ *ſecari, ſectio*. Plurale eius اِنْقِطَاعَاتٌ *ſectiones*. Participium eſt مُنْقَطِعٌ *ſectus*. Habens tantùm ſignificationem Paſſiuam: nam hic ordo eſt proprius ſignificationis Paſsiuæ apud grauiores auctores, Auicennam, qui tam in Medicina quam in Philoſophia, ad ſignificationem paſsiuam frequentiùs vtitur Participio vel Verbo huius Coniugationis, quàm ex ipſa forma Paſſiua: ita & quamplures alij.

Nomen Inſtrumenti, Temporis, & Loci eſt.

مُنْقَطَعٌ *inſtrumentum, locus, tẽpus ſe incidẽdi.* مُنْقَطَعَانِ *inſtrumenta, loca, tempora ſe incidendi.* مَقَاطِعُ *inſtrumenta, loca, tempora ſe incidendi.*

TERTIO componitur Verbum ternarium additione ت in principio, & ا post primam radicalem, vt ex بَعُدَ *distauit*, fit تَبَاعَدَ *elongatus est*. Et quidem in singulari hic ordo compositus intransitiuam facit significationem; sed proprior eius vis habetur in duali, & plurali. Nam propriè significat mutuam actionem, & reactionem, ita vt non minùs vnus quàm alter operetur & patiatur: vnde in duali تَبَاعَدَا *elongati sunt duo*. vel in Plurali تَبَاعَدُوا *elongati sunt*. Est sensus integer, quo mutua elongatio significatur, qua non solũ alter discedit ab altero remanente, sed ita vt vterque in diuersa abeat. Hoc clariùs percipietur ex sensu Verbi ضَرَبَ *percussit*. Nam in forma huius ordinis sensus est in duali, sic تَضَارَبَا *duo se mutuo percusserunt*. Eius Modsareum est cum Fathho in penultima: omnia enim verba quæ habent ت additum in principio, siue trium siue quattuor literarum, habent Fathhum in penultima, vt يَتَبَاعَدُ *elongatur*. Imperatiuum est تَبَاعَدْ *elongare, recede*. Masdarum est تَبَاعُدٌ *elongare se, elongatio*, eiusque plurale est ad instar pluralis sani feminini, تَبَاعُدَاتٌ *elongationes*. Participium est, مُتَبَاعِدٌ *elongans se*.

Nomen Instrumenti, Temporis, & Loci se elongandi, est مُتَبَاعَدٌ مُتَبَاعَدَانِ مُبَاعَدٌ

QVARTO componitur Verbum ternarium additione ا in principio, & ت post primam radicalem, vt ex جَمَعَ *collegit* fiat اِجْتَمَعَ *collectus est, conuenit, congregatus est*. Modsareum est يَجْتَمِعُ *congregatur*. Imperatiuum اِجْتَمِعْ *conueni, congregare*. Masdarum autem est اِجْتِمَاعٌ *conuenire, congregari*. Plurale eius est اِجْتِمَاعَاتٌ *conuentus, congregationes*. Participium autem مُجْتَمِعٌ *conueniens, congregans se, se colligens*. Nomen Instrumenti, Loci, & Temporis مُجْتَمَعٌ *conuentus, congregationis locus, tempus, instrumentum*. Plurale est مَجَامِعُ *congregationes, conuentus, synodi, concilia: tempora, loca, instrumenta conueniendi*.

Animaduertendum autem est, quòd si fuerit prima radicalis aliqua ex his literis ط ظ ض ص, tunc pro litera ت debet addi ط, vt ex صَلُحَ non fit اِصْتَلَحَ, sed اِصْطَلَحَ *bonus euasit, aptatus est*. Potest etiam dici اِصْلَحَ cum Tesdid in prima radicali sine ط. Ita etiam ex ضَرَبَ *percussit*, non fit اِضْتَرَبَ, sed اِضْطَرَبَ *conturbatus est*. Potest etiam dici اِضَّرَبَ cum Tesdid in prima radicali. Hæc autem substitutio Tesdid in prima radicali pro ت plerumque fit vt ex مَحَا *deleuit*, non solum dicunt secundum hunc ordinem اِمْتَحَي, sed etiam cum Tesdid in prima اِمَّحَي *deletus est*. Ita etiam ex سَمِعَ *audiuit*, formant non solum اِسْتَمَعَ, sed etiam اِسَّمَعَ *auscultauit*. Ita ex مَلَسَ componunt اِمَّلَسَ, sic etiam in pluribus.

Cùm

Cùm verò fuerit prima radicalis aliqua ex his دذزد, loco ت ponetur د: quare ex زَجَرَ *cõminatus est, redarguit*, fit اِزْدَجَرَ *redargutus est*. Et ex ذَكَرَ *mentionẽ fecit*, fit اِدَّكَرَ *recordatus est*. Immisso ذ in alterum virtute Tesdid: sicut etiam immisso ز, licebit dicere اِزَّجَرَ *redargutus est*.

QVINTO componitur Verbum ternarium additione ا in principio, & impositione Tesdid super vltimam, vt ex حَمَرَ *ruber fuit*, fit اِحْمَرَّ *valde ruber factus est*. Eius Modsareum est يَحْمَرُّ *valde ruber est*. Imperatiuum est اِحْمَرَّ *esto valde ruber*. Masdarum verò est اِحْمِرَارٌ *valde rubescere*, cuius plurale est اِحْمِرَارَاتٌ.

Participium est مُحْمَرٌّ *valde rubescens*. Nomen Instrumenti, Loci, & Temporis est مُحْمَرٌّ, cuius plurale est مَحَامِرُ. Verùm Coniugatio huius ordinis, sicut & cuiuscumque habentis in vltima Tesdid, pendet quoad sui reuolutionem ex dicendis infra De Verbo surdo.

ADDITIONE VERO TRIVM LITERARVM componitur Verbum ternarium quinque etiam præcipuè modis.

PRIMO additione ا س ت in principio, vt ex خَرَجَ *egressus est*, fit اِسْتَخْرَجَ *extraxit*: cuius Modsareum est يَسْتَخْرِجُ *extrahit*. Imperatiuum est اِسْتَخْرِجْ *extrahe*. Masdarum verò est اِسْتِخْرَاجٌ *educere, eductio*: cuius plurale اِسْتِخْرَاجَاتٌ *extractiones*. Dices autem in Participio actiuo, seu nomine Agentis.

مُسْتَخْرِجٌ	مُسْتَخْرِجَانِ	مُسْتَخْرِجُونَ, vel مَخَارِجُ
extrahens vir.	*extrahentes duo.*	*extrahentes plures,*
مُسْتَخْرِجَةٌ	مُسْتَخْرِجَتَانِ	مُسْتَخْرِجَاتٌ, vel مَخَارِجُ
educens mulier.	*educentes duæ.*	*educentes plures.*

Participium passiuum est cum suo Fathh in penultima, vt مُسْتَخْرَجٌ *extractus, eductus*.

Nomen Instrumenti, Loci, & Temporis similiter cum Fathh in penultima, sic:

مُسْتَخْرَجٌ	مُسْتَخْرَجَانِ	مَخَارِجُ
Instrumentum, Locus, Tẽpus extrahẽdi.	*duo Instrumenta, Loca, Tẽpora extrahendi.*	*Instrumenta, Loca, Tempora extrahendi.*

Hic autem modus compositionis importat vehementiam quandam, & violentiam, vt patet in exemplo allato. Sic ex أَصْلٌ *radix*, fit اِسْتَأْصَلَ *eradicauit, euulsit*. Denotat etiam conatum quendam, desiderium, quæsitionem actionis, quæ importatur per simplex, ex quo deriuatur, vt ex عَوْنٌ *auxilium*, fit اِسْتَعَانَ *adiutorium*

iutorium petijt. Et ex أَجِيرٌ *mercenarius*, fit اِسْتَأْجَرَ *mercede conduxit operarios*.

SECVNDO componitur ternarium Verbum, additione ا ante primam & ante vltimam, duplicata ipsa vltima virtute Tesdid, vt ex حمر *ruber fuit*, fit اِحْمَارَّ *summopere, satis valde rubuit*. Eius Modsareum يَحْمَارُّ *satis valde ruber est*. Imperatiuum est اِحْمَارِرْ *valde satis rubesce*. Masdarum verò اِحْمِيرَارٌ *valde satis rubrum esse*. Et mutatur ا in ى propter Chesrum literæ præcedentis. Participium est مُحْمَارٌّ *valde satis rubescens*. Nomen Loci, Temporis, & Instrumenti est مُحْمَارٌّ Plurale est مَحَامِيرُ *Loca, Tempora valde rubescendi*.

TERTIO componitur Verbum ternarium additione trium literarum: nempe ا in principio, & و post secundam radicalem, deinde post ipsum و replicata eadem secunda radicali, ita vt و sit inter duas consimiles literas. vt ex عشب *herba*, fit اِعْشَوْشَبَ *herbescere*. cuius Modsareum يَعْشَوْشِبُ *inherbescit*. Imperatiuum اِعْشَوْشِبْ *inherbesce*. Masdarum verò اِعْشِيشَابٌ *inherbescere*. Participium مُعْشَوْشِبٌ *inherbescens*. Instrumentum, Locus, Tempus herbescendi, si placet, est مُعْشَوْشَبٌ: cuius plurale est مَعَاشِبُ.

QVARTO componitur Verbum ternarium additione trium literarum, nempe additione ا in principio, ن post secundam radicalem, & replicatione vltimæ vt ex قعس fiat اِقْعَنْسَسَ *gibbum pectoris habuit*, ideſt *pectus extra porrectum*. Modsareum يَقْعَنْسِسُ *gibbum habet pectoris*. Imperatiuum اِقْعَنْسِسْ *extra porrige pectus*. Masdarum autem اِقْعِنْسَاسٌ *gibbosum pectus habere*. Participium مُقْعَنْسِسٌ *gibbosus pectore*. Locus, Tempus, & Instrumentum, si quadret, est مُقْعَنْسَسٌ, eiusque plurale مَقَاعِسُ.

QVINTO componitur Verbum ternarium additione trium literarum, nempe ا in principio, ن in medio seu post secundam radicalem, & ى in fine: vt ex سلق fiat اِسْلَنْقَى *resupinatus est*. Eius Modsareum يَسْلَنْقِي *supinus cubat*. Imperatiuum اِسْلَنْقِ *resupinare*. Dicitur sic in Imperatiuo reiecta litera ى, quia est litera debilis & infirma, ac proinde in Modsareo non sustinens Dsamum in Rapheo, sed quiescens; ac propterea operatio Gezmi non valens auferre vocalem, quia non adest, aufert literam ad Gezmandum Modsareum. Imperatiuum autem est, vt diximus, ex Modsareo Gezmato. Hoc autem clariùs patet infra de Verbis infirmis vltima.

Masda-

Masdarum est اِسْلِنْقَاءٌ *resupinari*, mutata ى in ء, quod semper fit dum vltima est و, vel ى, & immediatè præcedit ا. Eius plurale est اِسْلِنْقَاءَاتٌ *resupinationes*. Participium est اَلْمُسْلَنْقِي *resupinus*: si verò scribatur sine articulo, dicitur مُسْلَنْقٍ, reiecto ى cum Tanuino Chesri in casibus Giarro & Rapheo: in Nasbo autem dicitur مُسْلَنْقِيًا, quia litera ى roboratur virtute Chesri præcedentis ad sustinendum Fathhum, non autem ad suscipiendas cæteras vocales.

Nomen Instrumenti, Temporis, & Loci resupinandi se مُسْلَنْقَىً, eiusque duale est مُسْلَنْقَيَانِ, vbi litera Ie habet virtutem sustinendi Fathhum propter Alif immediatè sequentem, quamuis non præcedat Chesrum. Plur. autem est مَسَالِقُ.

Aliqui addunt SEXTVM modum componendi Verbum ternarium additione trium literarum, nempe ا ante primam, & و duplicatæ virtute Tesdid ante vltimam, vt ex جلذ fiat اِجْلَوَّذَ *accelerauit*. Modsareum est يَجْلَوِّذُ *accelerat*. Imperatiuum اِجْلَوِّذْ *accelera*. Masdarum اِجْلِوَّاذٌ *acceleratio*. Eiusque plurale est اِجْلِوَّاذَاتٌ *acceleraciones*. Participium مُجْلَوِّذٌ *accelerans*. Locus, & tempus accelerandi, & etiam instrumentum si placet مُجْلَوَّذٌ: eiusque plurale مَجَالِذُ.

VERBVM AVTEM QVATTVOR LITERARVM componitur PRIMO additione solius ت in principio, vt ex دَحْرَجَ *reuoluit*, fiat تَدَحْرَجَ *reuolutus est*. Huius Modsareum يَتَدَحْرَجُ *reuoluitur*, vel *reuoluetur*. Imperatiuum تَدَحْرَجْ *reuoluere*. Eiusque Masdarum تَدَحْرُجٌ *reuoluere se*. Huius plurale تَدَحْرُجَاتٌ. Participium est مُتَدَحْرِجٌ *reuoluens se*. Instrumentum, Locus, & Tempus se reuoluendi مُتَدَحْرَجٌ. Eiusq. plurale دَجَارِجُ.

SECVNDO componitur verbum quattuor literarum additione ا in principio, & ن in medio, vt ex حَرْجَمَ *impulit*, fit اِحْرَنْجَمَ *retractauit opus*. Modsareū يَحْرَنْجِمُ *tumultum facit*. Imperatiuum اِحْرَنْجِمْ *fac tumultum*. Masdarum اِحْرِنْجَامٌ *tumultuari*. Plurale eius اِحْرِنْجَامَاتٌ *tumultus*. Participium مُحْرَنْجِمٌ *tumultuans*. Instrumentum, Locus, & Tempus tumultuandi مُحْرَنْجَمٌ. Eiusq. plurale مَحَارِجُ.

TERTIO componitur Verbum quattuor literarum additione ا in principio, & impositione Tesdid super vltimam, vt ex قشعر, fiat اِقْشَعَرَّ *horrore contractus est*. Modsareum est يَقْشَعِرُّ *horripilatur*. Imperatiuum اِقْشَعِرَّ *horripilare*. Masdarū اِقْشِعْرَارٌ *arrectio pilorum, pellis corrugatio præ timore*. Plurale eius est اِقْشِعْرَارَاتٌ. Participium مُقْشَعِرٌّ *horripilatus, cui præ timore arrectæ sunt comæ*. Instrumentum, Locus, & Tempus مُقْشَعَرٌّ. Eiusq. plurale قَشَاعِرُ.

Et

Et omnia ſuperius enumerata verba cuiuſcumque ordinis, coniugantur prout ſupra dictum eſt de نصر, quoad deſinentias diuerſarum Perſonarum, Modorum, & Numerorum: ſeruatis ſemper ſuis cuiuſcumque Coniugationis proprietatibus, prout ſingillatim adnotauimus.

Solum hìc animaduertendum eſt in vniuerſum De litera formatiua Modſarei, quod ſemper in forma Paſſiua habet Dſam ſine vlla exceptione. At in Modſareo formæ Actiuæ habet ſemper Fathhum: exceptis Verbis quattuor literarum, in quibus ſemper litera Modſarea habet Dſam: hoc autem intelligendum eſt, non ſolùm de Verbis ſimplicibus habentibus quattuor literas, ſed etiam de ternarijs, quæ per additionem vnius literæ, quattuor literarum euaſerunt. Si autem ternario duæ vel plures literæ, & quaternario vna vel duæ addantur, iam exceſſerunt numerum quattuor literarum, & propterea non amplius in litera Modſarea habebunt Dſam, ſed, ſicut ternaria ſimplicia, in forma Actiua litera eorum Modſarea habet Fathhum. Quattuor tantum Coniugationes formæ Actiuæ exigunt Dſam in litera Modſarea, nempe Coniug. دَحْرَجَ, & أَكْرَمَ, & فَرِحَ; & قَاتَلَ.

Notandum eſt etiam, quod Mim additum in principio ad formandum Participium Verborum quattuor, quinque, vel ſex literarum, ſemper exigit Dſam.

Nec prætereundum quòd notat Auctor libri Taſriph; omnia Verba cuiuſcumque ordinis, ſi intranſitiua ſint, poſſe fieri tranſitiua per Particulam Giarri ب, vt ذهب *abìjt*, eſt Verbum intranſitiuum, & pot eſt haberi per ipſum ſenſus tranſitiuus ſic ذَهَبَ بِهِ *abire fecit eum*. Sic etiam اِنْطَلَقْتُ بِهِ *abire feci eum*.

Omnes autem Coniugationes, quamuis diuerſæ & tam multæ, vno tamen modo induunt formam paſſiuam, nempe in Præterito cum Dſamo in prima, & Cheſro in penultima, vt نُصِرَ *adiutus eſt*. دُحْرِجَ *reuolutus eſt*. اُسْتُخْرِجَ *extractus eſt*. أُكْرِمَ *honoratus eſt*. قُوتِلَ *pugnatum eſt*: & mutatur ا in و propter Dſammum præcedens. & ſic in cæteris.

Modſareum paſſiuum omnium requirit in litera formatiua Modſarei Dſam, & in penultima Fathh, vt يُنْصَرُ *adiuuatur*. يُدَحْرَجُ *reuoluitur*. يُكْرَمُ *honoratur*. يُسْتَخْرَجُ *extrahitur*. يُقَاتَلُ *pugnatur*. &c.

Imperatiuum paſſiuum, ſiue primæ, ſiue ſecundæ, ſiue tertiæ perſonæ, vno tantùm modo formatur: nempe præfixo ل Cheſrato, ipſi Modſareo Gezmato, vt لِيُنْصَرْ, *adiuuetur ille*. لِتُكْرَمْ, *honoreris tu*. لِنُسْتَخْرَجْ, *extrahamur nos*.

Participium paſsiuum iam ſupra præſcriptum eſt poſt Actiuum in ſingulis Coniugationibus. Et hæc de Verbis perfectis.

Sunt autem complura Verba minus perfecta, ſeu defectiua: vel ratione duplicationis literæ, & dicitur الْمُضَاعَفُ *duplicatum*, & الْأَصَمُّ *ſurdum*. Vel ratione literarum debilium, quæ ſunt و & ى, & dicitur الْمُعْتَلُّ *infirmum*. Vel ratione ء, & dicitur الْمَهْمُوزُ *hamzatum*. De his ſingillatim mox per ordinē diſſerendum.

DE

بَابُ الْفِعْلِ الْمُضَاعَفِ

DE VERBO DVPLICATO.

VERBVM duplicatum dicitur illud, quod ex Ternarijs habet ع, & ل, ideſt ſecundam & tertiam radicalem eiuſdem generis, exempl gratia مَدَّ duo Dal ſunt radicales in ſecundo & tertio loco, vt patet: hoc autem Verbum dicitur الْأَصَمُّ *ſurdum*, quia duæ literæ illæ conſimiles immittuntur vna intra aliam virtute Teſdid, & pro مَدَّ dicitur مَدَ, & alterum Dal ſupprimitur.

Ex Quaternarijs autem Duplicatum dicitur illud, cuius prima & tertia, item ſecunda & quarta ſunt eiuſdem generis: exempl gratia زَلْزَلَ: & hoc dicitur etiam مُطَابِقٌ *concordatum*, ratione correſpondentiæ literarum. Hoc autem omnino coniugatur ſicut & Verbum quatuor literarum دَحْرَجَ, de quo ſupra, & non eſt de illo alia regula peculiaris.

Surdum autem, quod eſt duplicatum trium literarum, diuerſo modo à cæteris coniugatur: & diuerſitas in hoc ſita eſt, nempe in immiſſione vel ſeparatione illarum literarum conſimilium. Aliquando enim immiſsio illa eſt *impoſsibilis*, aliquando neceſſaria, aliquando ad libitum.

Eſt libera immiſsio vel ſeparatio, in illis locis ſeu vocibus, in quibus (habito reſpectu ad verba ternaria perfecta, de quibus iam diximus) deberet vltima radicalis quieſcere, & non ſequitur litera aliqua addita poſt ipſam radicalem, vt in locis Modſarei Gezmati. يَنْصُرُ تَنْصُرُ أَنْصُرُ نَنْصُرُ, & in vocibus Imperatiui اُنْصُرْ لِيَنْصُرْ & prohibitiui لَا تَنْصُرْ, &c.

In his igitur locis Verbi مُدَّ (cuius Modſareum eſt ad inſtar يَنْصُرُ primæ coniugationis يَمُدُّ pro يَمْدُدُ) ad libitum dicere licebit, vel cum ſeparatione literarum يَمْدُدُ تَمْدُدُ أَمْدُدُ نَمْدُدُ, & in Imperatiuo لِيَمْدُدْ اُمْدُدْ, & ſic in ſimilibus. Item licebit & dicere cum immiſsione يَمُدُّ تَمُدُّ أَمُدُّ نَمُدُّ. Et notandum hic, quòd vocalis vltimæ literæ poterit eſſe Fathhum & Cheſrum ad libitum in omnibus coniugationibus; & in quibus præcedit Dſam immediatè, eſſe poterit etiam Dſam: vt in Verbo noſtro مُدَّ. Igitur in Modſareo Gezmato licebit dicere vel يَمْدُدْ, vel يَمُدْ, vel يَمِدْ, vel يَمُدَّ. Et in Imperatiuo licebit dicere اُمْدُدْ, vel مُدْ, vel مِدْ, vel مُدَّ & hæc eſt immiſsio ad libitum.

Aliquando autem immiſsio eſt impoſsibilis, & hoc in illis vocibus, in quibus vltima radicalis quieſcit, & poſt ipſam ſequitur aliqua litera addita, vt in vocibus correſpondentibus his, nempe نَصَرْنَا نَصَرْتَ نَصَرْتُمْ نَصَرْتُمَا نَصَرَتْ نَصَرْنَ

vsque in finem Præteriti. In his enim vocibus, vt patet, vltima radicalis quieſcit, & ſequitur deinde vna vel plures literæ additæ ad denotandas perſonas vel numeros, vt eſt illud ن, illud ت, & تما, & تم, &c. Impoſsibilitas autem exinde eſt, quia immiſſio facit priorem quieſcere, & poſteriorem moueri; In his autem vocibus oppoſitum requiritur, dum poſterior quieſcit, & prior mouetur. Dices igitur in his vocibus omnino ad inſtar perfectorum مَدَدْتُ & مَدَدْتَ, &c.

Hic autem adnotandum, quòd ſolent Arabes in quibuſdam Verbis, ad vitandam aſperitatem prolationis propter concurſum illarum duarum literarum conſimilium, reijcere alteram, vt in Verbo مَسَّ pro مَسِسْتُ dicunt مَسْتُ, vel مِسْتُ. Et in Verbo ظَلَّ pro ظَلِلْتُ, dicunt ظَلْتُ, vel ظِلْتُ. & ſic in quibuſdam alijs.

Notandum etiam ſolere immutare poſteriorem in ى, vt in أَمَلَّ ordinis أَكْرَمَ pro أَمْلَلْتُ dicunt أَمْلَيْتُ. Sed non eſt hoc regulare in omnibus, quamuis in pleriſque ſeruetur.

In cæteris vocibus immiſsio ſemper eſt neceſſaria. Quare ex his dices in Præterito Verbi ſurdi primæ coniugationis.

الماضى من الفعل الاصم

Præteritum Verbi Surdi.

مَدَّ	مَدَّا	مَدُّوا
extendit ille.	*extenderunt illi duo.*	*extenderunt illi pl.*
مَدَّتْ	مَدَّتَا	مَدَدْنَ
extendit illa.	*extenderunt illæ duæ.*	*extenderunt illæ pl.*
مَدَدْتَ	مَدَدْتُمَا	مَدَدْتُمْ
extendiſti tu vir.	*extendiſtis vos duo.*	*extendiſtis vos pl.*
مَدَدْتِ	مَدَدْتُمَا	مَدَدْتُنَّ
extendiſti tu mul.	*extendiſtis vos duæ.*	*extendiſtis vos pl. fem.*
مَدَدْتُ		مَدَدْنَا
extendi ego: vir, vel mulier.		*extendimus nos duo, vel duæ, vel pl.*

المضارع المرفوع من الاصم

Modſareum Rafeatum Verbi Surdi.

يَمُدُّ	يَمُدَّانِ	يَمُدُّونَ
extendit ille.	*extendunt illi duo.*	*extendunt illi pl.*
تَمُدُّ	تَمُدَّانِ	يَمْدُدْنَ
extendit illa.	*extendunt illæ duæ.*	*extendunt illæ pl.*
تَمُدُّ	تَمُدَّانِ	تَمُدُّونَ
extendis tu vir.	*extenditis vos duo.*	*extenditis vos pl.*
تَمُدِّينَ	تَمُدَّانِ	تَمْدُدْنَ
extendis tu mul.	*extenditis vos duæ.*	*extenditis vos pl.*
أَمُدُّ		نَمُدُّ
extendo ego com.		*extendimus nos com.*

المضارع المجزوم

Modſareum Gezmatum.

لَمْ يَمُدَّ vel لَمْ يَمْدُدْ	لَمْ يَمُدَّا	لَمْ يَمُدُّوا
non extendit ille.	*non extenderunt illi duo.*	*non extenderunt illi pl.*
لَمْ تَمُدَّ vel لَمْ تَمْدُدْ	لَمْ تَمُدَّا	لَمْ يَمْدُدْنَ
non extendit illa.	*non extenderunt illæ duæ.*	*non extenderunt illæ pl.*
لَمْ تَمُدَّ vel لَمْ تَمْدُدْ	لَمْ تَمُدَّا	لَمْ تَمُدُّوا
non extendiſti tu vir.	*non extendiſtis vos duo.*	*non extendiſtis vos viri.*
لَمْ تَمُدِّي		لَمْ تَمْدُدْنَ
non extendiſti tu mul.	*non extendiſtis vos duæ.*	*non extendiſtis vos pl. fem.*
لَمْ أَمُدَّ vel لَمْ أَمْدُدْ		لَمْ تَمُدَّ vel لَمْ تَمْدُدْ
non extendi ego.		لَمْ تَمُدِّ vel لَمْ تَمُدَّ
		non extendimus nos.

المضارع المنصوب

Modſareum cum Nasbo.

لَنْ يَمُدَّ	لَنْ يَمُدَّا	لَنْ يَمُدُّوا
nequaquã extendet ille.	*nequaquã extendent illi duo.*	*nequaquam extendent illi pl.*

لَنْ تَمُدَّ — لَنْ تَمُدَّا — لَنْ تَمُدُّوا — لَنْ تَمُدِّى — لَنْ تَمُدَّا — لَنْ تَمُدُّدْنَ — لَنْ تَمُدَّ — لَنْ تَمُدَّا — لَنْ تَمُدُّدْنَ — لَنْ نَمُدَّ — لَنْ أَمُدَّ

nequaquã extendet illa. nequaquã extendent illæ duæ. nequaquã extendent illæ pl. nequaquã extendetis vos duo. nequaquã extendetis vos pl.viri. nequaquã extẽdes tu. nequaquã extendetis vos duæ. nequaquã extẽdetis vos pl.mul. nequaquã extẽdes tu m. nequaquam extendemus nos: nequaquam extendam ego.

الامـر

Imperatiuum.

مُدَّ vel أُمْدُدْ — مُـدَّا — مُدُّوا

مُدِّ vel مُدَّ — مُدَّا — مُدُّدْنَ

extende tu vir. extendite vos duo. extendite vos pl. viri. extende tu mul. extendite vos duæ. extendite vos pl.mul.

In Imperatiuo autem tertiæ personæ cum suo ل Chesrato.

لِيَمُدَّ vel لِيُمْدُدْ — لِيَمُدَّا — لِيَمُدُّوا

لِيَمُدَّ vel لِيُمْدُدْ — لِيَمُدَّا — لِيَمُدُّدْنَ

extendat ille. extendant illi duo. extendant illi pl.

extendat illa. extendant illæ duæ. extendant illæ pl.

ET consimiliter dices in omnibus Coniugationibus, seruatis proprietatibus singularum, ratione Chesri, Fathhi, vel Dsammi.

In Participio, & cæteris deriuatis semper erit immissio necessaria secundum traditas regulas.

اسم الفاعل

Participium actiuum.

مُمِدٌّ — مُمِدَّانِ — مُمِدُّونَ vel مُوَادٌّ

extendẽs vir. extendentes duo. extendentes plures.

مادة

مُمِدَّةٌ — مُمِدَّتَانِ — مُمِدَّاتٌ vel مُوَادٌّ

extendens fem. extendentes duæ. extendentes pl.mul.

In Participio passiuo, quia و interiacet inter vtrumque د, propterea dices ad instar مَفْعُولٌ & المَنْصُورُ

اسم المفعول

Participium passiuum.

مَمْدُودٌ — مَمْدُودَانِ — مَمْدُودُونَ

extensus. extensi duo: extensi pl.

مَمْدُودَةٌ — مَمْدُودَتَانِ — مَمْدُودَاتٌ vel مَمَادٌّ

extensa. extensæ duæ. extensæ.

المصدر

Masdarum.

مَدٌّ — مَدَّانِ — مَدَّاتٌ vel أَمْدَادٌ vel مُدُودٌ

extendere, extensio. extensiones duæ. extensiones pl.

اسم الزمان والمكان

Nomen Temporis, & Loci.

مَمَدٌّ — مَمَدَّانِ — مَمَادٌّ

locus, & temp.extend. duo loca, & temp.extend. loca, & tempora extendendi.

اسم الالة

Nomen Instrumenti.

مِمَدٌّ — مِمَدَّانِ — مَمَادٌّ

instrumentum extend. duo instrumenta ext. instrumenta extendendi.

Et consimiliter dices in omnibus Coniugationibus, seruatis tamen proprietatibus singularum, ratione Chesri, Fathhi, vel Dsammi.

In Coniugationibus Compositorum dicitur etiam cum immissione, sicut in Simplicibus, vt أَمَدَّ *extendere fecit*, cuius Modsareum est يُمِدُّ, *extendere facit*. Imperatiuum أَمْدِدْ, vel أَمِدَّ, vel أَمِدِّ, *extendere fac*. Masdarum إِمْدَادٌ, *extendere facere*. Participium actiuum مُمِدٌّ, *extendere faciens*. & Passiuum, quòd etiam est

est nomen Loci, Temporis, & Instrumenti مَمَدٌّ, *extensus, Locus, Tempus, Instrumentum extendendi, seu facere extendere.*

In Coniugatione فَاعَلَ duplici modo dici potest, vel cum immissione, vel sine. Aliqui enim dicunt مَادَّ *coextendit*; alij autem مَادَدَ: & in Modsareo quidem elegantiùs dicitur cum separatione يُمَادِدُ *coextendet*. Imper. مَادَّ, vel مَادِّ, vel مَادِدْ *coextende*. Masdarum verò مُدَادٌ, vel مُمَادَدَةٌ, vel cum immissione مُمَادَّةٌ *coextendere, coextensio*. Pluralia sunt ad instar feminini sani, additione ا & ت in fine, & Masdarum gen. masc. habet etiam hoc plur. fract. أَمْدِدَةٌ *coextensiones*.

Ratio autem cur in hac Coniugatione non seruetur regula immissionis rigorosè est ex præsentia ا, quæ reddit syllabam longam per se, propterea effugiunt Tesdid, ex quo prouenit maior elongatio, ratione alterius litteræ quiescentis. Quare aliqui idem volunt in ordine تفاعل, quia adest etiam ا. De cæteris autem ordinibus nihil peculiare occurrit, sed regula vniuersalis circa immissionem seruanda est.

Forma Passiuæ Coniugationis est, in Præterito cum Dsammo in prima, & Chesro in penultima, vbi est seiuncta: si autem non adsit, sufficit Dsammum in prima. Quare dices in Præterito Formæ Passiuæ.

الماضى على صيغة المجهول من الفعل الاصم

Præteritum iuxta formam Passiuam Verbi Surdi.

مُدُّوا	مُدَّا	مُدَّ
extensi sunt pl.	*extensi sunt duo.*	*extensus est ille.*
مُدِدْنَ	مُدَّتَا	مُدَّتْ
extensæ sunt pl.	*extensæ sunt duæ.*	*extensa est illa.*
مُدِدْتُمْ	مُدِدْتُمَا	مُدِدْتَ
extensi estis vos pl.	*extensi estis vos duo.*	*extensus es.*
مُدِدْتُنَّ	مُدِدْتُمَا	مُدِدْتِ
extensæ estis vos pl.	*extensæ estis vos duæ.*	*extensa es.*
مُدِدْنَا		مُدِدْتُ
extensi sumus pl. com.		*extensus sum com.*

المضارع

Modsareum.

يَمُدُّونَ	يَمُدَّانِ	يَمُدُّ
extenduntur illi pl.	*extenduntur illi duo.*	*extenditur ille.*
يَمْدُدْنَ		

يَمْدُدْنَ	تَمُدَّانِ	تَمُدُّ
extenduntur illæ pl.	*extenduntur illæ duæ.*	*extenditur illa.*
تَمُدُّونَ	تَمُدَّانِ	تَمُدُّ
extendimini vos pl.	*extendimini vos duo.*	*extenderis tu vir.*
تَمْدُدْنَ	تَمُدَّانِ	تَمُدِّينَ
extendimini vos pl. fem.	*extendimini vos duæ.*	*extenderis tu mul.*
نَمُدُّ		أَمُدُّ
extendimur nos.		*extendor ego.*

المضارع المجزوم

Modsareum Gezmatum.

لَمْ يَمُدُّوا	لَمْ يَمُدَّا	لَمْ يَمُدَّ vel لَمْ يَمُدْ vel لَمْ يَمْدُدْ
non sunt extensi pl.	*non sunt extensi duo.*	*non est extensus.*
لَمْ يَمْدُدْنَ	لَمْ تَمُدَّا	لَمْ تَمُدَّ vel لَمْ تَمُدْ vel لَمْ تَمْدُدْ
non sunt extensæ pl.	*non sunt extensæ duæ.*	*non est extensa mul.*
لَمْ تَمُدُّوا	لَمْ تَمُدَّا	لَمْ تَمُدَّ vel لَمْ تَمُدْ vel لَمْ تَمْدُدْ
non extensi estis vos pl.	*non extensi estis vos duo.*	*non extensus es.*
لَمْ تَمْدُدْنَ	لَمْ تَمُدَّا	لَمْ تَمُدِّي
non extensæ estis vos pl.	*non extensæ estis vos duæ.*	*non extensa es tu.*
لَمْ نَمُدَّ vel لَمْ نَمُدْ vel	لَمْ نَمْدُدْ	لَمْ أَمُدَّ vel لَمْ أَمُدْ vel لَمْ أَمْدُدْ
non extensi, siue non extensæ sumus.		*non sum extensus, seu non extensa.*

Imperatiuum est Modsareum Gezmatum, præfixa Lam Chesrata, in omnibus personis, vt لِيَمُدَّ & لِيَمُدْ *extendatur ille*. لِتَمْدُدْ لِتَمُدْ *extendaris tu*.

Et cum Nun Confirmationis يَمُدَّنْ *extendetur omnino ille*. يَمْدُدْنَّ *extendentur omnino illi*. تَمُدِّنَّ *extenderis omnino tu mulier*. أَمُدَّنْ *extendar omnino ego*.

Cætera omnia de Verbis Surdis, ex dictis facile conijcies.

باب

باب الفعل المعتل

De Verbo infirmo.

VErbum Infirmum eſt illud, cuius aliqua litera ex radicalibus eſt و, vel ى. Et poteſt hoc ſeptem modis accipi: vel enim eſt prima radicalis, vel ſecunda, vel tertia, per ſe ſingillatim. Vel ſimul prima & ſecunda. Vel ſecunda ſimul & tertia. Vel prima & tertia. Vel omnes pariter, prima, ſecunda, & tertia. Et ſic ſeptem in Verbis eſſent ſpecies infirmitatis. Quia verò vix Verbum reperitur, quod omnes pariter literas habeat infirmas: nec reperitur aliquod infirmum prima ſimul & ſecunda: idcircò relinquuntur quinque tantùm ſpecies infirmorum. Nempe

Prima habens infirmum ف tantummodo, ideſt primam radicalem, ſiue و fuerit, ſiue ى. Et dicitur اَلْمِثَالُ *ſimile*, eo quòd ad inſtar perfectorum habeat tres motiones ſeu vocales in prima voce Præteriti, vt وَعَدَ *promiſit*, يَسَرَ *luſit*.

Secunda habens infirmum ع, ideſt ſecundam radicalem, ſiue و fuerit, ſiue ى. Et dicitur اَلْأَجْوَفُ *vacuum*, eo quòd litera infirma in medio, vel reijciatur omninò, vel certè careat vocali, vt صَانَ, pro صَوَنَ *cuſtodiuit*, & بَاعَ, pro بَيَعَ *vendidit*.

Tertia habens infirmum ل, ideſt tertiam radicalem, ſiue و fuerit, ſiue ى, & dicitur اَلنَّاقِصُ, ideſt *deficiens*, quia vltima ſæpè vel reijcitur, vel priuatur vocali, vt يَغْزُو غَزَا *pugnat*, & يَرْمِي رَمَى *iaculatur*.

Quarta habens infirmum ع & ل, ideſt ſecundam & tertiam radicalem, dicitur اَللَّفِيفُ اَلْمَقْرُونُ; ideſt, *inuolutum, coniunctum*, quia ſcilicet inuoluit ſimul duas infirmas immediatè vna poſt aliam, vt يَشْوِي شَوَى *aſſat*.

Quinta habens infirmum ف & ل, ideſt primam & vltimam radicalem, dicitur اَللَّفِيفُ اَلْمَفْرُوقُ, ideſt, *inuolutum, ſeiunctum*; quia ſcilicet inuoluit duas infirmas pariter, ſed non immediatè, cùm intermediet ſecunda, vt يَقِي وَقَى *cuſtodit*.

Sexta ſpecies habens infirmum ف & ع, ideſt primam & ſecundam, non habet Verbum, ſed tantùm tria nomina, nempe يَمِنَ, quod eſt nomen proprium loci *Iain*: & يَوْمٌ *dies*: & وَيْلٌ *væ*.

Septima habens infirmas pariter omnes, nec habet Verbum, ſed tantùm duo nomina litterarum و, & ى, nempe وَاوٌ, & يَاءٌ. Vnicum tantùm Verbum habens omnes pariter infirmas, ordinis فَعْلَلَ, refert Camus, formatum ex nomine literæ ى, vnde dicitur, prout ipſe teſtatur يَيَّيْتُ يَاءً حَسَنَةً, ideſt, *ſcripſi literam Iod elegantem*.

Igitur de quinque tantùm ſpeciebus infirmorum erit nobis per ordinem diſſerendum.

باب

باب الفعل المعتل بالفاء

De Verbo infirmo ف, ſeu prima radicali.

VErbum infirmum ف: ſi fuerit و prima radicalis, & fuerit Verbum ſecundæ Coniugationis, tunc in Præterito coniugabitur ad inſtar perfectorum. At in Modſareo reijcitur و, vt وَعَدَ *promiſit*. in Modſareo verò reiecta و, dices يَعِدُ, & non يَوْعِدُ, & ſic in his quæ ex Modſareo formantur, vt eſt Imperatiuum. Seruatis enim ſuis regulis, de quibus ſupra, dices عِدْ. Inſuper & in Maſdaro illius formæ, quæ habet in prima radicali Cheſrum, iuxta فِعْلَةٌ, reijcitur etiam و, & non dicitur, وِعْدَةٌ, ſed dicitur عِدَةٌ. Maſdara verò, quæ non habent Cheſrum eiuſmodi in prima radicali, non reijciunt و, ſed iuxta فَعْلٌ dices وَعْدٌ, *promittere, promiſſio*. Vnde patet, cauſam reiectionis eſſe Cheſrum, quod veluti quandam inimicitiam cum و exercet. Idcirco non reijcitur ى, ſed ſemper infirmum prima radicali ratione ى, erit ad inſtar perfectorum quoad reiectionem, quamuis non quoad commutationem, vt inferiùs videbimus. Dices igitur in Verbo infirmo ratione و in Præterito.

وَعَدُوا	وَعَدَا	وَعَدَ
promiſerunt illi pl.	*promiſerunt illi duo.*	*promiſit ille.*
وَعَدْنَ	وَعَدَتَا	وَعَدَتْ
promiſerunt illæ pl.	*promiſerunt illæ duæ.*	*promiſit illa.*
وَعَدْتُمْ	وَعَدْتُمَا	وَعَدْتَ
promiſiſtis vos pl.	*promiſiſtis vos duo.*	*promiſiſti tu vir.*
وَعَدْتُنَّ	وَعَدْتُمَا	وَعَدْتِ
promiſiſtis vos pl. fem.	*promiſiſtis vos duæ.*	*promiſiſti tu mul.*
وَعَدْنَا		وَعَدْتُ
promiſimus nos.		*promiſi ego.*

In Modſareo autem dices.

يَعِدُونَ	يَعِدَانِ	يَعِدُ
promittunt illi pl.	*promittunt illi duo.*	*promittit ille.*
يَعِدْنَ	تَعِدَانِ	تَعِدُ
promittunt illæ pl.	*promittunt illæ duæ.*	*promittit illa.*

تَعِدُونَ	تَعِدَانِ	تَعِدُ
promittitis vos pl.	*promittitis vos duo.*	*promittis tu.*
تَعِدْنَ	تَعِدَانِ	تَعِدِينَ
promittitis vos pl.	*promittitis vos duæ.*	*promittis tu mul.*
نَعِدُ		أَعِدُ
nos promittimus.		*ego promitto.*

In Imperatiuo item dices.

الامر

عِدُوا	عِدَا	عِدْ
promittite vos pl.	*promittite vos duo.*	*promitte tu vir.*
عِدْنَ	عِدَا	عِدِى
promittite vos pl.mul.	*promittite vos duæ.*	*promitte tu mul.*

Sic dicitur in Imperatiuo, reiecto و, quia formatur à Modsareo Gezmato: ita etiam dicitur sine و in omnibus quæ ex Modsareo formantur.

Reijcitur etiam و a Modsareo verborum tertiæ Coniugationis, quia verba tertiæ Coniugationis pertinent ad secundam, & exigerent Chesrum in penultima Modsarei; sed litera gutturalis facit vt pro Chesro habeant Fathhum.

Vnde ex وَطَأَ *substrauit*, fiet in Modsareo يَطَأُ *supponit*. Ex وَسُعَ *capax fuit*, dicetur يَسَعُ *capit*. Ex وَضُعَ *posuit*, fit يَضَعُ *ponit*. Et dicunt in Modsareo يَذَرُ, pro يَوْذَرُ, quamuis non habeat literam gutturalem, quia dicitur pro يَدَعُ *sinit*.

Similiter dicitur in omnibus verbis tertiæ Coniugationis, reiecto و in Modsareo, & in omnibus quæ ex Modsareo formantur. Nec dubium est de quinta Coniugatione, quia eius Modsareum est cum Chesro in penultima sicut in secunda: vnde dices ex وَرِثَ *hereditauit*, يَرِثُ *heres est*. & ex وَمِقَ *concupiuit*, dices يَمِقُ *concupiscit*.

In quarta autem Coniugatione dices وَجِلَ *timuit*, & cum suo و in Modsareo, يَوْجَلُ *timet*. At in Imperatiuo, quia secundum regulas traditas, reiecta litera Modsarea, addenda est Alif cum Chesro, propterea و mutatur in ى, & pro أَوْجَلْ dicitur إِيجَلْ *time*. Et animaduertendum est, quòd si in oratione immediatè præcedat ante إِيجَلْ dictio aliqua habens Dsammum in vltima, tunc scribitur quidem per ى, sed profertur tanquam si esset و post Dsammum, vt يَا زَيْدُ إِيجَلْ *Ia Zaido Vgial: ò Zaide time.*

In

In Prima & Sexta Coniugatione de huiusmodi Verbis infirmis و ف non est regula peculiaris de و.

Sed in vniuersum de و simul & ى hoc tantùm obseruandum est; quòd si præcedat immediatè ante و quiescens, Chesrum seu litera habens Chesrum, tunc illud و mutari debet in ى. Et è contra, si præcedat immediatè ante ى quiescens litera habens vocalem Dsam, tunc illud ى vertendum erit in و. Et hoc est regulare in omnibus Verbis infirmis. Est enim quædam conuenientia inter و & Dsammum: inter ى & Chesrum: sic inter ا & Fathhum, ita vt mutuò se exigant, vt clariùs exemplis infra patebit.

In ordine أَفْعَلَ ex compositis additione soliùs ا in principio, dices in infirmis و, in Præterito أَوْعَدَ *comminatus est*. In Modsareo يُوعِدُ *comminatur*. In Imperatiuo أَوْعِدْ *comminare*. In Masdaro conuersa و in ى propter Chesrum præcedens, dicitur إِيعَادٌ *comminari*, *comminatio*: & in Participio مُوعِدٌ *comminans*.

In Verbis item infirmis ى ف dices in Præterito أَيْسَرَ *facilem reddidit*. Et in Modsareo mutata ى in و propter Dsammum præcedens, dicitur يُوسِرُ *facilem reddit*. At in Imperatiuo, quia non adest ampliùs Dsam, propterea dicitur cum sua litera radicali أَيْسِرْ *facilem redde*. Masdarum est إِيسَارٌ *facilem reddere*. Participium مُوسِرٌ *facilem reddens*. Mutata ى in و propter Dsammum præcedens. Vnde colligere potes vim vocalium, quæ faciunt mutationem vicissim de و in ى & rursum de ى in و.

Vnum tantummodò supereſt notandum, in ordine إِفْتَعَلَ posse duplici modo proferri Verbum infirmum prima radicali: Vel cum litera quam exigit vocalis præcedens, siue sit و, siue ى, siue ا: Vel immissa litera infirma virtute Tesdid in ت, sic أَتَّعَدَ, vel إِيتَعَدَ *acceptauit*. Et sic dicitur pro أَوْتَعَدَ. Et in Modsareo dices يَتَّعِدُ, vel يَاتَعِدُ *acceptat*, sed radix est يُوتَعِدُ. Et in Imperatiuo إِيتَعِدْ, vel أَتَّعِدْ, pro أَوْتَعِدْ *accepta*. Masdarum est إِيتِعَادٌ, vel أَتِّعَادٌ, pro أَوْتِعَادٌ *acceptare*, *acceptatio*. Participium مُتَّعِدٌ, vel مُوتَعِدٌ *acceptans*.

Similiter dicendum in infirmis ى ف: in Præterito إِيتَسَرَ, vel أَتَّسَرَ *conuenit ad ludendum*. Et in Modsareo يَاتَسِرُ, vel يَتَّسِرُ, pro يَيْتَسِرُ *facilis euadit*. Et in Imperatiuo sic إِيتَسِرْ, vel أَتَّسِرْ *facilis esto*. Masdarum est إِيتِسَارٌ, vel أَتِّسَارٌ *facilem euadere*. Participium est مُوتَسِرٌ, vel مُتَّسِرٌ, pro مُيْتَسِرٌ *facilis*, & *ludens*.

In forma Passiua eadem regula seruanda est de mutatione literarum, vt وُعِدَ *promissum est*. يُوعَدُ *promittitur*, & يُسِرَ *lusum est*. يُوسَرُ *luditur*, mutata ى in و ratione Dsammi præcedentis.

باب الفعل الاجواف

De Verbo concauo, seu infirmo ع, ideſt ſecunda radicali.

VErbum habens ſecundam radicalem و vel ى, dicitur infirmum ع, & concauum, & eſt ſecunda ſpecies infirmorum: infirmum autem و non poteſt eſſe ſecundæ coniugationis, ſed primæ, quartæ, vel ſextæ. Infirmum verò ى non eſt primæ nec ſextæ, ſed ſecundæ, quartæ, & quintæ.

Vtrumque autem infirmum, tam و quam ى, in Præterito conuertit ſuam literam infirmam in ا quieſcentem, vt pro صَوُنَ fiat صَانَ *cuſtodiuit*: & ex بَيَعَ fiat بَاعَ *vendidit*.

Quando autem vltima radicalis quieſcit; tunc, ne concurrant duæ quieſcentes immediatè vna poſt alteram, reijcitur illud ا, & prima radicalis mouebitur vocali Dſammo, in prima & ſexta Coniugatione, in illis vocibus in quibus reijcitur ا, in ſignum radicalis و. In ſecunda autem & quarta Coniugatione mouebitur prima radicalis motione Cheſri. Eſt igitur

الماضى من الفعل المعتل ع وفى الصورة الاولى

Præteritum Verbi infirmi ع و primæ Coniugationis.

صَانُوا	صَانَا	صَانَ
cuſtodierunt illi.	*cuſtodierunt illi duo.*	*cuſtodiuit ille.*
صُنَّ	صَانَتَا	صَانَتْ
cuſtodierunt illæ.	*cuſtodierunt illæ duæ.*	*cuſtodiuit illa.*
صُنْتُمْ	صُنْتُمَا	صُنْتَ
cuſtodiſtis vos viri.	*cuſtodiſtis vos duo.*	*cuſtodiſti tu vir.*
صُنْتُنَّ	صُنْتُمَا	صُنْتِ
cuſtodiſtis vos fem.	*cuſtodiſtis vos duæ.*	*cuſtodiſti tu mul.*
صُنَّا		صُنْتُ
cuſtodiuimus nos.		*cuſtodiui ego.*

Sic etiam coniungatur præteritum ſextæ Coniugationis:

Præ-

الماضى من المعتل ع ى فى الصورة الثانى

Præteritum ſecundæ Coniugationis infirm. ع ى

بَاعُوا	بَاعَا	بَاعَ
vendiderunt illi pl.	*vendiderunt illi duo.*	*vendidit ille.*
بِعْنَ	بَاعَتَا	بَاعَتْ
vendiderunt illæ pl.	*vendiderunt illæ duæ.*	*vendidit illa.*
بِعْتُمْ	بِعْتُمَا	بِعْتَ
vendidiſtis vos pl.	*vendidiſtis vos duo,*	*vendidiſti tu vir.*
بِعْتُنَّ	بِعْتُمَا	بِعْتِ
vendidiſtis vos pl. mul.	*vendidiſtis vos duæ.*	*vendidiſti tu mul.*
بِعْنَا		بِعْتُ
vendidimus nos.		*vendidi ego.*

Similiter coniugatur Præteritum infirmum ع tam quartæ quam quintæ Coniugationis.

الماضى من الفعل المعتل ع وفى الصورة الرابع

Præteritum quartæ Coniugationir infir. وع

خَافُوا	خَافَا	خَافَ
timuerunt illi pl.	*timuerunt illi duo.*	*timuit ille.*
خِفْنَ	خَافَتَا	خَافَتْ
timuerunt illæ pl.	*timuerunt illæ duæ.*	*timuit illa.*
خِفْتُمْ	خِفْتُمَا	خِفْتَ
timuiſtis vos pl.	*timuiſtis vos duo.*	*timuiſti tu vir.*
خِفْتُنَّ	خِفْتُمَا	خِفْتِ
timuiſtis vos pl. fem.	*timuiſtis vos duæ.*	*timuiſti tu mul.*
خِفْنَا		خِفْتُ
timuimus nos.		*timui ego.*

الماضي

الماضى من الفعل المعتل عى فى الصورة الرابع

Præteritum Verbi infirmi عى quartæ Coniugationis.

هَابُوا	هَابَا	هَابَ
pauerunt illi pl.	*pauerunt illi duo.*	*pauit ille.*
هِبْنَ	هَابَتَا	هَابَتْ
pauerunt illæ pl.	*pauerunt illæ duæ.*	*pauit illa.*
هِبْتُمْ	هِبْتُمَا	هِبْتَ
pauistis vos pl.	*pauistis vos duo.*	*pauisti tu vir.*
هِبْتُنَّ	هِبْتُمَا	هِبْتِ
pauistis vos pl. fem.	*pauistis vos duæ.*	*pauisti tu mul.*
هِبْنَا		هِبْتُ
pauimus com.d.pl.		*paui com.*

IN MODSAREIS autem transfertur vocalis debita, de secunda in primam radicalem, vt pro يَضْرِبُونَ in prima Coniugatione, dices يَضْرُبُونَ, similiter in sexta.

Et in Secunda pro يَبْيِعُ, dices يَبِيعُ, & similiter in quinta Coniugatione, si aliquod extet.

In Quarta autem Coniugatione dicitur cum Fathho, ac propterea tam و quàm ى cõuertitur in ا, vt pro خَوِفَ يَخْوَفُ dices خَافَ يَخَافُ *timet*, & pro هَيِبَ يَهْيَبُ dices هَابَ يَهَابُ *pauet*.

Dices igitur in Modsareis.

المضارع فى الصورة الاولى

Modsareum primæ Coniugationis, ad cuius instar procedit & Modsareum sextæ.

المضارع المرفوع		المضارع المنصوب	المضارع المجزوم
Modf. Rafeatum.		Modf. Nasbat.	Modf. Gezmat.
يَضْرِبُ	*custodit ille.*	يَضْرِبَ	يَضْرِبْ
يَضْرِبَانِ	*custodiunt illi duo.*	يَضْرِبَا	يَضْرِبَا
			يضربون

يَضْرِبُونَ	*custodiunt illi pl.*	يَضْرِبُوا	يَضْرِبُوا
تَضْرِبُ	*custodit illa fem.*	تَضْرِبَ	تَضْرِبْ
تَضْرِبَانِ	*custodiunt illæ duæ.*	تَضْرِبَا	تَضْرِبَا
يَضْرِبْنَ	*custodiunt illæ pl.*	يَضْرِبْنَ	يَضْرِبْنَ
تَضْرِبُ	*custodis tu vir.*	تَضْرِبَ	تَضْرِبْ
تَضْرِبَانِ	*custodaitis vos duo.*	تَضْرِبَا	تَضْرِبَا
تَضْرِبُونَ	*custoditis vos pl.*	تَضْرِبُوا	تَضْرِبُوا
تَضْرِبِينَ	*custodis tu mul.*	تَضْرِبِي	تَضْرِبِي
تَضْرِبَانِ	*custoditis vos duæ.*	تَضْرِبَا	تَضْرِبَا
تَضْرِبْنَ	*custoditis vos pl.*	تَضْرِبْنَ	تَضْرِبْنَ
أَضْرِبُ	*custodio com.*	أَضْرِبَ	أَضْرِبْ
نَضْرِبُ	*custodimus com.*	نَضْرِبَ	نَضْرِبْ

المضارع فى الصورة الثانية من المعتل عى

Modsareum secundæ Coniugationis Verbi infirmi ع ى

المضارع المرفوع		المضارع المنصوب	المضارع المجزوم
Modf. Rafeatum.		Modf. Nasbat.	Modf. Gezmat.
يَبِيعُ	*vendit ille.*	يَبِيعَ	يَبِعْ
يَبِيعَانِ	*vendunt illi duo.*	يَبِيعَا	يَبِيعَا
يَبِيعُونَ	*vendunt illi pl.*	يَبِيعُوا	يَبِيعُوا
تَبِيعُ	*vendit illa fem.*	تَبِيعَ	تَبِعْ
تَبِيعَانِ	*vendunt illæ duæ.*	تَبِيعَا	تَبِيعَا
يَبِعْنَ	*vendunt illæ pl. fem.*	يَبِعْنَ	يَبِعْنَ
تَبِيعُ	*vendis tu vir.*	تَبِيعَ	تَبِعْ
تَبِيعَانِ	*venditis vos duo.*	تَبِيعَا	تَبِيعَا
			تبيعوا

تَبِيعُونَ	*venditis vos pl. viri.*	تَبِيعُوا	تَبِيعُوا
تَبِيعِينَ	*vendis tu mul.*	تَبِيعِي	تَبِيعِي
تَبِيعَانِ	*venditis vos duæ.*	تَبِيعَا	تَبِيعَا
تَبِعْنَ	*venditis vos pl. fem.*	تَبِعْنَ	تَبِعْنَ
أَبِيعُ	*vendo ego.*	أَبِيعَ	أَبِعْ
نَبِيعُ	*vendimus nos.*	نَبِيعَ	نَبِعْ

المضارع من الفعل المعتل ع فى الصورة الرابعة

Modsareum quartæ Coniugationis Verbi infirmi ع.

المضارع المرفوع	المضارع المنصوب	المضارع المجزوم
Modf. Rafeatum.	Modf. Nasbat.	Modf. Gezmat.
يَخَافُ	لِيَخَافَ	لَمْ يَخَفْ
timet ille.	*vt timeat ille.*	*non timuit ille.*
يَخَافَانِ	لِيَخَافَا	لَمْ يَخَافَا
timent illi duo.	*vt timeant illi duo.*	*non timuerunt illi duo.*
يَخَافُونَ	لِيَخَافُوا	لَمْ يَخَافُوا
timent illi pl.	*vt timeant illi pl.*	*non timuerunt illi pl.*
تَخَافُ	لِتَخَافَ	لَمْ تَخَفْ
timet illa.	*vt timeat illa.*	*non timuit illa.*
تَخَافَانِ	لِتَخَافَا	لَمْ تَخَافَا
timent illæ duæ.	*vt timeant illæ duæ.*	*non timuerunt illæ duæ.*
يَخَفْنَ	لِيَخَفْنَ	لَمْ يَخَفْنَ
timent illæ pl.	*vt timeant illæ pl.*	*non timuerunt illæ pl.*
تَخَافُ	لِتَخَافَ	لَمْ تَخَفْ
times tu vir.	*vt timeas tu.*	*non timuisti tu.*
تَخَافَانِ	لِتَخَافَا	لَمْ تَخَافَا
timetis vos duo.	*vt timeatis vos duo.*	*non timuistis vos duo.*

تَخَافُونَ	لِتَخَافُوا	لَمْ تَخَافُوا
timetis vos pl.	*vt timeatis vos pl.*	*non timuistis vos pl.*
تَخَافِينَ	لِتَخَافِي	لَمْ تَخَافِي
times tu mul.	*vt timeas tu mul.*	*non timuisti tu mul.*
تَخَافَانِ	لِتَخَافَا	لَمْ تَخَافَا
timetis vos duæ.	*vt timeatis vos duæ.*	*non timuistis vos duæ.*
تَخَفْنَ	لِتَخَفْنَ	لَمْ تَخَفْنَ
timetis vos pl. fem.	*vt timeatis vos pl.*	*non timuistis vos pl. fem.*
أَخَافُ	لِأَخَافَ	لَمْ أَخَفْ
timeo ego.	*vt timeam ego.*	*non timui ego.*
نَخَافُ	لِنَخَافَ	لَمْ نَخَفْ
timemus nos.	*vt timeamus nos.*	*non timuimus nos.*

Et hoc est Modsareum quartæ Coniugationis Verbi infirmi وع, nam radix est خوف: & infirmum ى ع eodem prorsus modo procedit in Modsareo, & in Præterito. Vnde pro هَيَبَ, dicitur هَابَ *expauit*. In Præterito. & in Modsareo cum Rafeo يَهَابُ *pauet*. Et cum Nasbo لِيَهَابَ *vt paueat*. Et cum Gezmo لَمْ يَهَبْ *non expauit*.

Habemus itaque, tam Præteritum quàm Modsareum Verborum infirmorum secunda radicali; in prima, secunda, & quarta Coniugatione. Nec apud Grammaticos est regula de tertia Coniugatione, quia tertia Coniugatio pertinet ad secundam, sed propter literam gutturalem, Chesrum debitum secundæ Coniugationi mutatur in Fathhum; infirmitas autē secundæ radicalis impedit eiusmodi mutationem. Si verò accidat aliquod Verbum exceptum tertiæ Coniugationis infirmum secunda radicali, tunc eius Modsareum erit prorsus sicut Modsareum quartæ Coniugationis: & in Præterito non est regula, sed potest intelligi quod dicit liber Tasriph de eiusmodi Verbis infirmis secunda radicali in vniuersum, de tertia etiam Coniugatione, nempe فان اتصل به ضمير المتكلم المخاطب او جمع المونث الغايبة نقل فَعَلَ من الواو الى فَعِلَ ومن اليآء الى فَعُلَ دلالة عليهما *Si autem adiungatur Verbo eiusmodi, Pronomen primæ, & secundæ Personæ, aut Pluralis feminini tertiæ personæ, mutari debet* فَعَلَ *id est*, Prēteritum habens Fathhum in secunda, *si fuerit infirmum Vau*, in فَعِلَ, *idest* vt habeat Dsammum in prima, *si autem fuerit* ى, *mutari debet in* فَعِلَ, *idest* vt habeat Chesrum in prima radicali, *in signum ipsorum*, *ideſt* vt dignoscatur litera infirma reiecta, fueritnè و an ى. Itaque ex hoc inferri poterit, quòd infirmum tertiæ Coniugationis, si fuerit infirmum و, tunc coniugabitur in Præterito ad instar Primæ Coniuga-

tionis. Si autem fuerit infirmum ى, tunc in Præterito erit ad inſtar ſecundæ. In Modſareo autem ſemper erit ad inſtar quartæ.

Quinta Coniugatio procedit in Præterito ad inſtar quartæ. At in Modſareo ad inſtar ſecundæ.

Sexta verò Coniugatio, tam in Modſareo quàm in Præterito, ad inſtar primæ, vnde pro طُوْلَ, dices طَالَ *longus fuit*. & يَطُوْلُ *longus eſt*.

Vnde habemus regulam pro omnibus Coniugationibus, tam in Præterito, quàm in Modſareo. Imperatiuum autem ex Modſareo formatur, vt ſupra dictum eſt, vt

الامر من الصورة الاولى

Imperatiuum primæ Coniugationis.

Ad cuius normam Imperatiuum etiam Sextæ.

صُوْنُوا	صُوْنَا	صُنْ
cuſtodite vos pl. viri.	*cuſtodite vos duo.*	*cuſtodi tu vir.*
صُنَّ	صُوْنَا	صُوْنِي
cuſtodite vos pl. fem.	*cuſtodite vos duæ.*	*cuſtodi tu mul.*

الامر من الصورة الثانية

Imperatiuum ſecundæ Coniugatiouis.

Ad cuius inſtar quintæ.

بِيْعُوا	بِيْعَا	بِعْ
vendite vos pl. viri.	*vendite vos duo.*	*vende tu vir.*
بِعْنَ	بِيْعَا	بِيْعِي
vendite vos pl. fem.	*vendite vos duæ.*	*vende tu mul.*

الامر من الصورة الرابع

Imperatiuum quartæ Coniugationis.

Ad cuius inſtar tertiæ.

خَافُوا	خَافَا	خَفْ
timete vos viri pl.	*timete vos duo.*	*time tu vir.*
خَفْنَ	خَافَا	خَافِي
timete vos fem. pl.	*timete vos duæ.*	*time tu mul.*

الامر

الامر بنون التاكيد

Imperatiuum cum ن confirmationis.

صُوْنُنَّ, vel صُوْنُنْ	صُوْنَانِّ	صُوْنَنَّ, vel صُوْنَنْ
cuſtodite omnino vos viri.	*cuſtodite omnino vos duo.*	*cuſtodi omnino tu vir.*
صُنَّانِّ	صُوْنَانِّ	صُوْنِنَّ, vel صُوْنِنْ
cuſtodite omnino vos pl. fem.	*cuſtodite omnino vos duæ.*	*cuſtodi omnino tu f.*

Ex بيع باع

بِيْعُنَّ vel بِيْعُنْ	بِيْعَانِّ	بِيْعَنَّ vel بِيْعَنْ
vendite omnino vos pl. viri.	*vendite omnino vos duo.*	*vende omnino tu vir.*
بِعْنَانِّ	بِيْعَانِّ	بِيْعَنَّ vel بِيْعَنْ
vendite omnino vos pl. fem.	*vendite omnino vos duæ.*	*vende omnino tu f.*

Ex خاف خاف

خَافُنَّ vel خَافُنْ	خَافَانِّ	خَافَنَّ vel جَافَنْ
timete omnino vos pl. viri.	*timete omnino vos duo.*	*time omnino tu vir.*
خَفْنَانِّ	خَافَانِّ	خَافِنَّ vel خَافِنْ
timete omnino vos pl. fem.	*timete omnino vos duæ.*	*time omnino tu mul.*

المصدر

Maſdarum.

أَصْوَانٌ vel صَوْنَاتٌ	صَوْنَانِ	صَوْنٌ
cuſtodiæ pl.	*cuſtodiæ duæ.*	*cuſtodire, cuſtodia.*
بِيْعَاتٌ	بِيْعَانِ	بَيْعٌ
venditiones pl.	*venditiones duæ.*	*vendere, venditio.*
خَوْفَاتٌ	خَوْفَانِ	خَوْفٌ
timores pl.	*timores duo.*	*timere, timor.*
هُيُوْبٌ vel هَيْبَاتٌ	هَيْبَانِ	هَيْبٌ
pauores pl.	*pauores duo.*	*pauere, pauor.*

IN nomine Agentis, ſeu Participio Actiuo iuxta فَاعِلٌ conuertitur litera infirma in Hamzat, ſuppoſito ى ipſi Hamzat, propter Cheſtum, quo mouetur, vt

 اسم

اسم الفاعل

Nomen Agentis, seu Participij Actiui.

صَائِنٌ	صَائِنَانِ	صَائِنُونَ vel صَوَنَةٌ vel صَيَانٌ
custodiens vir.	*custodientes duo.*	*custodientes pl. viri.*
صَائِنَةٌ	صَائِنَتَانِ	صَوَائِنُ vel صَائِنَاتٌ
custodiens fem.	*custodientes duæ.*	*custodientes pl. fem.*
بَائِعٌ	بَائِعَانِ	بَائِعُونَ vel بِيَاعٌ vel بِيعَةٌ
vendens.	*vendentes duo,*	*vendentes pl.*
بَائِعَةٌ	بَائِعَتَانِ	بَوَائِعُ vel بَائِعَاتٌ
vendens fem.	*vendentes duæ.*	*vendentes pl. fem.*
خَائِفٌ	خَائِفَانِ	خَائِفُونَ vel خِيَافٌ vel خَوَفَةٌ
timens.	*timentes duo.*	*timentes pl.*
خَائِفَةٌ	خَائِفَتَانِ	خَوَائِفُ vel خَائِفَاتٌ
timens mul.	*timentes duæ.*	*timentes pl. fem.*
هَائِبٌ	هَائِبَانِ	هَائِبُونَ vel هَيَبَةٌ vel هِيَابٌ
pauens.	*pauentes duo.*	*pauentes pl.*
هَائِبَةٌ	هَائِبَتَانِ	هَوَائِبُ vel هَائِبَاتٌ
pauens fem.	*pauentes duæ.*	*pauentes pl. fem.*

ET ex طَالَ *longus fuit*, sextæ Coniugationis, fit Adiectiuum iuxta فَعِيلٌ.

طَوِيلٌ	طَوِيلَانِ	طِوَالٌ vel طِيَالٌ vel طَوِيلُونَ
longus.	*longi duo.*	*longi.*
طَوِيلَةٌ	طَوِيلَتَانِ	طَوَائِلُ vel طِيَالٌ vel طِوَالٌ
longa.	*longæ duæ.*	*longæ fem.*

اسم المفعول

De Participio passiuo.

IN Participio passiuo iuxta formam مَفْعُولٌ reijcitur litera infirma si fuerit و, translata vocali, quæ ipsi literæ reiectæ debebatur, in primam radicalem, vnde pro مَصْوُونٌ dices مَصُونٌ *custoditus.*

مصونون

مَصُونٌ	مَصُونَانِ	مَصُونُونَ vel مَصَائِنُ
custoditus.	*custoditi duo.*	*custoditi.*
مَصُونَةٌ	مَصُونَتَانِ	مَصُونَاتٌ vel مَصَائِنُ
custodita.	*custoditæ duæ.*	*custoditæ pl. fem.*

In Infirmis autem ع ى, reiecta litera infirma, non additur ante vltimam و, sed ى, Chefrata præcedenti, vt

مَبِيعٌ	مَبِيعَانِ	مَبِيعُونَ vel مَبَائِعُ
venditus.	*venditi duo.*	*venditi pl.*
مَبِيعَةٌ	مَبِيعَتَانِ	مَبِيعَاتٌ vel مَبَائِعُ
vendita.	*venditæ duæ.*	*venditæ.*

Aliqui autem in Participio passiuo ex eiusmodi infirmis, malunt dicere ad instar perfectorum, nulla facta mutatione. vt مصوون *custoditus*: & plures dicunt

مَبْيُوعٌ	مَبْيُوعَانِ	مَبْيُوعُونَ
venditus.	*venditi duo.*	*venditi pl.*
مَبْيُوعَةٌ	مَبْيُوعَتَانِ	مَبْيُوعَاتٌ
vendita.	*venditæ duæ.*	*venditæ pl.*

In Participio passiuo, iuxta formam فُعِيلٌ, ex infirmis و ع, conuertitur و in ى, & virtute Tesdid immittiturin ى additum, vt مَيِّتٌ *occisus, mortuus.* Ex radice موت. Et animaduertendum est, quòd hæc forma Adiectiui, seu Participij qualitatem indicantis, ali quando tamquam significatione Passiua, aliquando autem tamquam ex Verbo intransitiuo: si litera infirma fuerit و, interdum requirit vt permaneat, prout ex طال *longus fuit*, cuius radix طول, dictum est, quòd fit طَوِيلٌ *longus*. Aliquando و immittitur in ي additum, vt ex مَاتَ *mortuus est*, ex radice موت, non dicitur مَوِيتٌ, sed مَيِّتٌ *mortuus*. أَيِّنٌ *mitis, quietus*, ex اون

At in Infirmis ى ع semper immittitur ى radicale in alterum additum, vt ex طَابَ *bonus fuit*, cuius radix est طيب, fit طَيِّبٌ *bonus*, طَيِّبَةٌ *bona*. eorumque plurale fractum طِيَابٌ *boni*.

In cæteris autem Participiorum formis nulla fit immutatio, vt أَبْيَضُ *albus*, أَسْوَدُ *niger*, بَوَّابٌ *ostiarius*, بَيَّاعٌ *propola*, &c.

In vniuersum autem semper hoc memoria tenendum est de Verbis, seu Nominibus infirmis, vt و quiescens post Chesrum, semper mutetur in ى, & ى quiescens post Dsammum semper mutetur in و: hoc idem regulariter seruandum, quauis non quiescant, sequente ـِ: & dum precedit Fathhum, sæpè in ا conuertūtur.

اسم الزمان

اسم الزمان والمكان

Nomen Temporis, & Loci.

مُصَآئِنُ	مُصَانَانِ	مُصَانٌ
Loca, & temp. custodiendi.	*duo loca, & temp. custod.*	*Locus, & tempus custodiendi.*

Et dici potest etiam adiecta ö in fine, vt ex قام *stetit*, cuius radix est قوم.

مُقَآئِمُ vel مُقَامَاتٌ	مُقَامَتَانِ	مُقَامَةٌ
loca, & tempora standi.	*duo loca, & temp. standi.*	*locus, & tempus stãdi.*

اسم الالة

Nomen Instrumenti.

مُصَآئِنُ	مُصَانَانِ	مُصَانٌ
instrumenta custodiendi pl.	*instrumenta custod. duo.*	*instrumentum custod.*

IN FORMA PASSIVA, prima radicalis habet Chesrum litera infirma conuertitur in ى, in Præterito, Dsammum autem debitum primæ radicali non est litera quæ illud suscipiat: Dices igitur صين *custoditus est*. Et in Modsareo cum suo Dsammo in litera Modsarea, & Fathho in prima radicali, conuersa litera infirma in ا, vt يُصَانُ *custoditur*. Sed expedit vtrumque apponere per extens.

الماضى على صيغة المجهول

Præteritum iuxta formam Passiuam.

صِينُوا	صِينَا	صِينَ
custoditi fuerunt:	*custoditi fuerunt duo.*	*custoditus fuit.*
صِنَّ	صِينَتَا	صِينَتْ
custoditæ fuerunt.	*custoditæ fuerunt duæ.*	*custodita fuit.*
صِنْتُمْ	صِنْتُمَا	صِنْتَ
custoditi fuistis.	*custoditi fuistis duo.*	*custoditus fuisti.*
صِنْتُنَّ	صِنْتُمَا	صِنْتِ
custoditæ fuistis.	*custoditæ fuistis duæ.*	*custodita fuisti.*
صِنَّا		صِنْتُ
custoditi fuimus.		*custoditus fui.*

المضارع

المضارع على صيغة المجهول

Modsareum iuxta formam Passiuam.

يُصَانُونَ	يُصَانَانِ	يُصَانُ
custodiuntur illi.	*custodiuntur duo.*	*custoditur ille.*
يُصَنَّ	تُصَانَانِ	تُصَانُ
custodiuntur illæ.	*custodiuntur duæ.*	*custoditur illa.*
تُصَانُونَ	تُصَانَانِ	تُصَانُ
custodimini vos.	*custodimini vos duo.*	*custodiris tu.*
تُصَنَّ	تُصَانَانِ	تُصَانِينَ
custodimini pl. fem.	*custodimini duæ.*	*custodiris fem.*
نُصَانُ		أُصَانُ
custodimur nos.		*custodior ego.*

فى الافعال المزيد فيها من المعتلات بالعين

De Verbis compositis infirmis ع.

EX Verbis compositis infirmis ع, seu secunda radicali, Quattuor tantum coniugationes ad instar infirmorum coniugantur, nempe coniugatio اكرم seu افعل. Coniugatio استخرج, seu استفعل. Item coniugatio اجتمع, seu افتعل, & tandem coniug. انقطع, seu انفعل. In his igitur dices

Præteritum.	Modzareum.	Imperatiuum.	Masdarum.	Agens.
أَجَابَ	يُجِيبُ	أَجِبْ	إِجَابَةٌ	مُجِيبٌ
respondit.	*respondet.*	*responde.*	*responsio.*	*respondens.*
إِنْقَادَ	يَنْقَادُ	إِنْقَدْ	إِنْقِيَادٌ	مُنْقَادٌ
obediuit.	*obedit.*	*obedi.*	*obedientia.*	*obediens.*
إِشْتَاقَ	يَشْتَاقُ	إِشْتَقْ	إِشْتِيَاقٌ	مُشْتَاقٌ
concupiuit.	*concupiscit.*	*concupisce.*	*concupiscentia.*	*concupiscens.*
إِسْتَقَامَ	يَسْتَقِيمُ	إِسْتَقِمْ	إِسْتِقَامَةٌ	مُسْتَقِيمٌ
directus est.	*dirigitur.*	*dirigere.*	*rectitudo.*	*rectus.*

Et in

Et in forma Paſsiua

Præteritum.	Modſar.Raph.	Modſar.Nasb.	Modſar. Gezm.	Particip.Paſsiu.
أُجِيبَ	يُجَابُ	لِيُجَابَ	لَمْ يُجَبْ	مُجَابٌ
reſponſum eſt.	*reſpondetur.*	*vt reſpondeatur.*	*nõ reſponſum eſt.*	*cui reſponſum eſt.*
أُنْقِيدَ	يُنْقَادُ	لِيُنْقَادَ	لَمْ يُنْقَدْ	مُنْقَادٌ لَهُ
obeditum eſt.	*obeditur.*	*vt obediatur.*	*non obeditum eſt.*	*cui obeditũ eſt.*
أُشْتِيقَ	يُشْتَاقُ	لِيُشْتَاقَ	لَمْ يُشْتَقْ	مُشْتَاقٌ بِهِ
concupitum eſt.	*concupiſcitur.*	*vt concupiſcatur.*	*non cõcupitũ eſt.*	*concupitum.*
أُسْتُقِيمَ	يُسْتَقَامُ	لِيُسْتَقَامَ	لَمْ يُسْتَقَمْ	مُسْتَقَامٌ إِلَيْهِ
directum fuit.	*dirigitur.*	*vt dirigatur.*	*non directũ eſt.*	*ad q̃ directũ eſt.*

Ex allatis exemplis patet, Participia coniugationum افتعل, & انفعل, ſiue Actiua ſiue Paſsiua, non differre, & vtrobique dictum eſſe cum Fathho, & مُنْقَادٌ, & مُشْتَاقٌ. Simile accidit de Verbis Surdis in eiſdem coniugationibus, vt مُضْطَرٌّ *neceſsitate compulſus.* مُنْصَبٌّ *effuſus.* مُعْتَدٌّ *præparatus.* Et ita accidit regulariter in Verbis compoſitis, quotieſcum que poſt Mim Dſammatam non eſt literæ præter penultimam, quæ poſſit ſuſcipere vocalem Fathhum. excipitur ordo افعل.

Aliqua verò excipiũtur, & coniugantur vt ſana, vt عَوِرَ *monoculus fuit*, cuius Modſareum eſt يَعْوَرُ. Imperatiuum اِعْوَرْ. Maſdarum عَوَرٌ. Participium عَاوِرٌ. vel, أَعْوَرُ *cæcus.* Item صَيِدَ *piſcatus eſt*, vel *venatus eſt.* Modſareum يَصْيَدُ. Imperatiuum اِصْيَدْ. Maſdarum صَيَدٌ. Participium صَائِدٌ. Nomen Inſtrumenti مِصْيَدٌ. Ita etiam & in quattuor illis coniugationibus compoſitis dicitur أَصْيَدَ *venari fecit.* إِنْصَيَدَ *captus eſt.* إِصْتَيَدَ *piſcatus eſt.* إِسْتَصْيَدَ *piſcari voluit*, &c.

Quædam autem vtroque modo coniugantur, vt أَرَاحَ, vel أَرْوَحَ *abire fecit.* Et أَغَامَ, vel أَغْيَمَ *obnubilatus eſt.* Et إِسْتَحَاذَ, vel إِسْتَحْوَذَ *potitus eſt.*

Reliquæ omnes coniugationes Verborum compoſitorum, præter quattuor memoratas, ad inſtar Perfectorum coniugantur, vt قَوَّلَ *dicere fecit.* زَيَّنَ *ornauit.* قَاوَلَ *collocutus eſt.* سَايَرَ *colluſit.* تَزَيَّنَ *ornatus eſt.* تَقَوَّلَ *dictitauit.* تَقَاوَلُوا *collocuti ſunt.* تَسَايَرُوا *colluſerunt.* إِسْوَدَّ *ſatis niger fuit.* إِسْوَادَّ *ſupra modum niger fuit.* إِبْيَضَّ *albus valde fuit.* إِبْيَاضَّ *ſatis ſuperque albus fuit.*

Regula autem, de reiectione literæ infirmæ quieſcentis dum immediatè ſequitur altera quieſcens, non ſeruatur rigoroſè niſi quando cum vocalibus ſcribitur. Quando verò ſine vocalib us ſcribunt, regulam non ſeruant, ad tollendam amphibologiam, & dicunt يَصْوَنُ, pro يَصُنْ, ne ſumatur pro يَصُنُّ, vel pro يَصُنُو, vel يَصُنِي.

باب

باب الفعل المعتل اللام الذى يقال له الناقص

De Verbo infirmo ل, ſeu vltima radicali, quod dicitur Deficiens.

VErbum infirmum ل, ſiue fuerit و, ſiue ى, conuertit vtrumque in ا, ſed ى remanet quoad ſcriptionem vt رَمَى *proiecit.* و autem mutatur omninò, vt غَزَا *pugnauit.* Infirmum autem و non poteſt eſſe ſecundæ coniugationis aut quintæ, ſed reliquarum. Et è contra infirmum ى non poteſt eſſe primæ coniugationis, aut ſextæ; ſed cæterarum omnium. De quibus accipe exempla per ſingula.

Præteritum Verbi infirmi ول, primæ coniugationis.

غَزَوْا	غَزَوَا	غَزَا
pugnauerunt pl.	*pugnauerunt duo.*	*pugnauit ille.*
غَزَوْنَ	غَزَتَا	غَزَتْ
pugnauerunt illæ.	*pugnauerunt duæ.*	*pugnauit illa.*
غَزَوْتُمْ	غَزَوْتُمَا	غَزَوْتَ
pugnaſtis vos viri pl.	*pugnaſtis vos duo.*	*pugnaſti tu vir.*
غَزَوْتُنَّ	غَزَوْتُمَا	غَزَوْتِ
pugnauiſtis vos pl.fem.	*pugnauiſtis vos duæ.*	*pugnauiſti tu mul.*
غَزَوْنَا		غَزَوْتُ
pugnauimus nos.		*pugnaui ego.*

Præteritum Verbi infirmi ىل, ſecundæ coniugationis.

رَمَوْا	رَمَيَا	رَمَى
proiecerunt pl.	*proiecerunt duo.*	*proiecit ille.*
رَمَيْنَ	رَمَتَا	رَمَتْ
proiecerunt pl.fem.	*proiecerunt duæ.*	*proiecit illa:*
رَمَيْتُمْ	رَمَيْتُمَا	رَمَيْتَ
proieciſtis vos pl.viri.	*proieciſtis vos duo.*	*proieciſti tu vir.*
رَمَيْتُنَّ	رَمَيْتُمَا	رَمَيْتِ
proieciſtis vos pl.fem.	*proieciſtis vos duæ.*	*proieciſti tu mul.*
		رَمَيْتُ
		proieci ego.

رَمَيْتُ — *proieci ego.* رَمَيْنَا — *proiecimus nos.*

Præteritum tertiæ coniugationis Verbi deficientis.

Infirmi ل و.		Infirmi ل ى.
مَحَا	*deleuit ille.*	مَحَي
مَحَوَا	*deleuerunt duo.*	مَحَيَا
مَحَوْا	*deleuerunt illi pl.*	مَحَوْا
مَحَتْ	*deleuit illa.*	مَحَتْ
مَحَتَا	*deleuerunt duæ.*	مَحَتَا
مَحَوْنَ	*deleuerunt illæ pl.*	مَحَيْنَ
مَحَوْتَ	*deleuisti tu vir.*	مَحَيْتَ
مَحَوْتُمَا	*deleuistis duo.*	مَحَيْتُمَا
مَحَوْتُمْ	*deleuistis vos pl.*	مَحَيْتُمْ
مَحَوْتِ	*deleuisti tu fem.*	مَحَيْتِ
مَحَوْتُمَا	*deleuistis vos duæ.*	مَحَيْتُمَا
مَحَوْتُنَّ	*deleuistis vos pl. fem.*	مَحَيْتُنَّ
مَحَوْتُ	*deleui ego.*	مَحَيْتُ
مَحَوْنَا	*deleuimus nos.*	مَحَيْنَا

IN QVARTA coniugatione non apparet diuersitas و & ى, nam si sit و conuertitur in ى: quare dices

Præteritum quartæ coniug. Verbi deficientis, seu infirmi ل.

رَضُوا	رَضِيَا	رَضِيَ
complacuere pl.	*complacuere duo.*	*complacuit.*
رَضِينَ	رَضِيَتَا	رَضِيَتْ
complacuerunt illæ pl. fem.	*complacuere duæ.*	*complacuit illa.*

رضيتم

رَضِيتُمْ — *complacuistis viri pl.* رَضِيتُمَا — *complacuistis duo.* رَضِيتَ — *complacuisti tu vir.*

رَضِيتُنَّ — *complacuistis pl. fem.* رَضِيتُمَا — *complacuistis duæ.* رَضِيتِ — *complacuisti tu fem.*

رَضِينَا — *complacuimus com.* رَضِيتُ — *complacui com.*

QVINTA coniugatio in Præteritò procedit vt quarta.

Præteritum sextæ coniug. Verbi deficientis, quod est infirm. و.

سَرُوا	سَرُوَا	سَرُوَ
potiti sunt pl.	*potiti sunt duo.*	*potitus est.*
سَرُونَ	سَرَوَتَا	سَرَوَتْ
potitæ sunt pl. fem.	*potitæ sunt duæ.*	*potita est.*
سَرُوتُمْ	سَرُوتُمَا	سَرُوتَ
potiti estis vos pl.	*potiti estis vos duo.*	*potitus es.*
سَرُوتُنَّ	سَرُوتُمَا	سَرُوتِ
potitæ estis vos pl.	*potitæ estis vos duæ.*	*potita es.*
سَرُونَا		سَرُوتُ
potiti sumus.		*potitus sum.*

Præteritum iuxta formam Passiuam.

Quæ vna est omnibus.

عُزُوا	عُزِيَا	عُزِيَ
oppugnati sunt.	*oppugnati sunt duo.*	*oppugnatus est.*
عُزِينَ	عُزِيَتَا	عُزِيَتْ
oppugnatæ sunt pl. fem.	*oppugnatæ sunt duæ.*	*oppugnata est.*
عُزِيتُمْ	عُزِيتُمَا	عُزِيتَ
oppugnati estis pl. viri.	*oppugnati estis duo.*	*oppugnatus es.*
عُزِيتُنَّ	عُزِيتُمَا	عُزِيتِ
oppugnatæ estis pl. fem.	*oppugnatæ estis duæ.*	*oppugnata es.*

عُزِبْنَا — عُزِبْتُ

oppugnati sumus. — *oppugnatus sum.*

ET in omnibus Præteritis mox recitatis licet inspicere, quòd in singulari tertiæ personæ femininæ, & in eius duali, reiecta est litera infirma, præcedente immediatè Fathho; non autem est reiecta, præcedente Chesro vel Dsammo.

Item licet inspicere in tertia persona plurali masculina, cuius nota est و quie sciens, semper fuisse reiectam literam infirmam, remanente Fathho in litera præcedenti, si erat Fathhum; mutatum verò in Dsammum si erat Chesrum: quia illud و compatitur ante se Fathhum, propterea illud non mutat; sed non compatitur Chesrum, propterea illud mutat in Dsammum quod est ei familiarissimum, vt supra dictum est.

IN MODSAREO conuertitur litera Infirma in eam quam exigit Vocalis præcedens, nempe in و si sit Dsammum: in ى si sit Chesrum: in ا si sit Fathhum, & tunc scribitur per ى si sit vltima; si autem affixum aliquod sequatur, scribitur ا prout est. Ipsa autem litera infirma quiescit in Rafeo: reijcitur in Gezmo: in Nasbo autem habet Fathhum prout in perfectis, nisi præcedat Fathh, quia tunc quiescit, Quare dices

Modsareum primæ Coniugationis.

Modsar. Raph.	Modsar. Nasb.	Modsar. Gezm.
يَغْزُو	لَنْ يَغْزُوَ	لَمْ يَغْزُ
pugnat ille.	*nunquam pugnabit.*	*non pugnauit.*
يَغْزُوَانِ	لَنْ يَغْزُوَا	لَمْ يَغْزُوَا
pugnant illi duo.	*nunquam pugnabunt.*	*non pugnauerunt.*
يَغْزُونَ	لَنْ يَغْزُوا	لَمْ يَغْزُوا
pugnant illi pl.	*nunquam pugnabunt.*	*non pugnauerunt.*
تَغْزُو	لَنْ تَغْزُوَ	لَمْ تَغْزُ
pugnat illa.	*nunquam pugnabit illa.*	*non pugnauit illa.*
تَغْزُوَانِ	لَنْ تَغْزُوَا	لَمْ تَغْزُوَا
pugnant illæ duæ.	*nunquã pugnabunt illæ duæ.*	*non pugnauerũt.*
يَغْزُونَ	لَنْ يَغْزُونَ	لَمْ يَغْزُونَ
pugnant illæ pl.	*nunquam pugnabunt illæ.*	*non pugnauerũt illæ.*
تَغْزُو	لَنْ تَغْزُوَ	لَمْ تَغْزُ
pugnas tu vir.	*nunquam pugnabis tu vir.*	*nõ pugnauisti tu vir.*

تَغْزُوَانِ	لَنْ تَغْزُوَا	لَمْ تَغْزُوَا
pugnatis vos duo.	*nunquam pugnabitis duo.*	*non pugnauistis duo.*
تَغْزُونَ	لَنْ تَغْزُوا	لَمْ تَغْزُوا
pugnatis vos pl.	*nunquam pugnabitis.*	*non pugnauistis.*
تَغْزِينَ	لَنْ تَغْزِيَ	لَمْ تَغْزِيَ
pugnas tu fem.	*nunquam pugnabis tu mul.*	*non pugnauisti.*
تَغْزُوَانِ	لَنْ تَغْزُوَا	لَمْ تَغْزُوَا
pugnatis vos duæ.	*nunquam pugnabitis vos duæ.*	*non pugnauistis.*
تَغْزُونَ	لَنْ تَغْزُونَ	لَمْ تَغْزُونَ
pugnatis vos fem.	*nunquam pugnabitis vos pl.*	*non pugnauistis.*
أَغْزُو	لَنْ أَغْزُوَ	لَمْ أَغْزُ
pugno ego.	*nunquam pugnabo.*	*non pugnaui.*
نَغْزُو	لَنْ نَغْزُوَ	لَمْ نَغْزُ
pugnamus nos.	*nunquam pugnabimus.*	*non pugnauimus.*

Modsareum secundæ Coniugationis.

يَرْمِي	يَرْمِيَانِ	يَرْمُونَ
proïcit ille.	*proïciunt illi duo.*	*proïciunt illi pl.*
تَرْمِي	تَرْمِيَانِ	يَرْمِينَ
proïcit illa.	*proïciunt duæ.*	*proïciunt pl. fem.*
تَرْمِي	تَرْمِيَانِ	تَرْمُونَ
proïcis tu vir.	*proïcitis vos duo.*	*proïcitis vos pl.*
تَرْمِينَ	تَرْمِيَانِ	تَرْمِينَ
proïcis tu mul.	*proïcitis vos duæ.*	*proïcitis vos pl. fem.*
أَرْمِي	نَرْمِي	
proïcio ego.	*proïcimus nos.*	

Sed vt clariùs inspiciatur diuersitas inter Coniugationes, adducam exemplum Verbi لَحَا, cuius radix est لحو, & etiam لحي, quare est primæ & secundæ Coniugationis: insuper & propter literam gutturalem ح, est etiam tertiæ: & ita vnico intui-

intuitu percipiemus quid interſit inter primam, ſecundam, & tertiam, tam infirmi ول, quàm infirmi ىل. Deinde ſubiungam Modſareum ex verbo سرو *nobilis fuit*, quod eſt primæ, ſextæ, & quartæ etiam Coniugationis. Et ita duplici tantùm inſpectione omnes Coniugationes percipiemus: nam quinta Coniugatio in Modſareo omninò procedit vt ſecunda, ſicut in Præterito procedit vt quarta. Dices igitur in Modſar. ex يحْـــــــو.

Modſareum Verbi deficientis, ſeu infirmi ل, ideſt vlt. radicali.

1. Coniug.	2. Coniug.		3. Coniug. ول	3. Coniug. ىل
يَحْوُ	يَحْيِ	*delet, vel delebit ille.*	يَحْوِي	يَحْيَ
يَحْوَانِ	يَحْيَانِ	*delent illi duo.*	يَحْوَيَانِ	يَحْيَانِ
يَحْوُونَ	يَحْيُونَ	*delent illi pl.*	يَحْوَوْنَ	يَحْيَوْنَ
تَحْوُ	تَحْيَ	*delet illa.*	تَحْوِي	تَحْيَ
تَحْوَانِ	تَحْيَانِ	*delent illæ duæ.*	تَحْوَيَانِ	تَحْيَانِ
يَحْوُونَ	يَحْيَيْنَ	*delent illæ pl.*	يَحْوَيْنَ	يَحْيَيْنَ
تَحْوُ	تَحْيَ	*deles tu vir.*	تَحْوِي	تَحْيَ
تَحْوَانِ	تَحْيَانِ	*deletis vos duo.*	تَحْوَيَانِ	تَحْيَانِ
تَحْوُونَ	تَحْيَوْنَ	*deletis vos pl.*	تَحْوَوْنَ	تَحْيَوْنَ
تَحْوِينَ	تَحْيَيْنَ	*deles tu fem.*	تَحْوَيْنَ	تَحْيَيْنَ
تَحْوَانِ	تَحْيَانِ	*deletis vos duæ.*	تَحْوَيَانِ	تَحْيَانِ
تَحْوُونَ	تَحْيَيْنَ	*deletis vos pl. fem.*	تَحْوَيْنَ	تَحْيَيْنَ
أَحْوُ	أَحْيَ	*deleo ego.*	أَحْوِي	أَحْيَ
نَحْوُ	نَحْيَ	*delemus nos.*	نَحْوِي	نَحْيَ

Et in hac Modſarei tabula facilè poteris animaduertere, non ſolùm non eſſe differentiam in tertia Coniugatione infirmorum و vel ى, nam و cenſetur tamquam ى, & conuertitur in ا quando eſt finalis, ſed ſcribitur per ى, vt ſupra. Verumetiam & animaduertere poteris conuenientiam & diſconuenientiam, inter vocales & literas و & ى: Nam perſonæ plurales maſc. formantur per و quieſcens, & reiecta literâ infirma, accidit in Modſareo tertiæ Coniugationis, vt litera ante illud و habeat Fathhum, & relinquitur Fathhum, & dicitur يَحْوُونَ, تَحْوُونَ &: At in ſecunda Coniugatione occurrit ante illud و, Cheſrum; & non relinquitur Cheſrum, ſed mutatur in Dſammum, vocalem ipſi و congruam, vnde dictum eſt يَحْوُونَ & تَحْوُونَ. Similiter in perſona ſecunda ſingulari feminina in Modſareo ى quieſcens eſt nota præcipua, & in tertia Coniugatione, poſt reiectionem literæ infirmæ, occurrit Fathhum ante illud ى, & relictum eſt Fathhum, & dictum eſt تَحْيَيْنَ: At in Modſareo primæ Coniugationis occurrebat Dſammum ante illud ى; ac propterea, tanquam minus conueniens, mutatum eſt Dſammum, & dictum eſt cum Cheſro تَحْيِينَ *deles tu mulier*. Et hinc poteris fundamentum variationis literarum quæ occurrit in Verbis & nominibus infirmis deſumere. Nempe, quia ى & و & ا ſunt literæ debiles, & inſeruiunt ad exclarificandas vocales, vt ſupra diximus. & و deſeruit Dſammo, ا Fathho, & ى Cheſro, & conuenientia prolationis eſt inter ى & Cheſrum, quia hoc eſt I vocale, illud autem I conſonans: ita و eſt V conſonans, & Dſammum V vocale: ſimile quoddam arbitrantur Arabes de Fathho & ا, hanc cenſent veluti A conſonantem, quamuis durum videatur, Fathhum autem eſſe conſtat A vocale. Sed extrema tanquam oppoſita, cenſentur و cum Dſammo ex vna parte, & ى cum Cheſro ex altera; propterea ſe mutuo expellunt: ا verò cum Fathho tanquam intermedia, & propterea ab vtriſque tolerantur.

Et in Modſareis ex سرو, infirmo ول, dices.

In prima, & ſexta Coniug.		In quarta Coniug.
يَسْرُو	*Nobilis, & illuſtris eſt.*	يُسْرِى
يَسْرُوَانِ	*Nobiles ſunt duo.*	يُسْرِيَانِ
يَسْرُونَ	*Nobiles ſunt.*	يُسْرِينَ
تَسْرُو	*Nobilis eſt mulier.*	تُسْرِى
تَسْرُوَانِ	*Nobiles ſunt duæ.*	تُسْرِيَانِ
يَسْرُونَ	*Nobiles ſunt pl. fem.*	يُسْرِينَ
تَسْرُو	*Nobilis es vir.*	تُسْرِى
تَسْرُوَانِ	*Nobiles eſtis duo.*	تُسْرِيَانِ
تَسْرُونَ	*Nobiles eſtis pl.*	تُسْرِينَ
تَسْرِينَ	*Nobilis es tu mulier.*	تُسْرِينَ
		تسريان

تَسْرَوَانِ	*Nobiles estis duæ.*	تَسْرِيَانِ
تَسْرُونَ	*Nobiles estis pl. fem.*	تَسْرِينَ
أَسْرُو	*Nobilis sum.*	أَسْرِي
نَسْرُو	*Nobiles sumus.*	نَسْرِي

Sed quia cum ن CONFIRMATIONIS est peculiaris difficultas, propterea dices

Modfareum Verbi infirmi ل cum ن Confirmationis in Coniugationibus

Prima, & sexta.	Secunda, & sic in quinta.	Tertia.	Quarta.	In forma Passiua.
يَسْرُونَ	يَحْيَيْنَ	يَحْيَيْنَ	يَرْضَيْنَ	يُغْزَيْنَ
يَسْرُونَ	يَحْيَيْنَ	يَحْيَيْنَ	يَرْضَيْنَ	يُغْزَيْنَ
Illustris erit omnino.	*delebit ille omnino.*	*delebit omnino ille.*	*complacebit omnino ille.*	*oppugnabitur omnino ille.*
يَسْرُوَانِّ	يَحْيَيَانِّ	يَحْيَيَانِّ	يَرْضَيَانِّ	يُغْزَيَانِّ
Illustres erunt oĩo illi duo.	*delebũt omnino illi duo.*	*delebunt omnino illi duo.*	*cõplacebunt oĩo illi duo.*	*oppugnabũtur oĩo illi duo.*
يَسْرَوْنَ	يَحْيَوْنَ	يَحْيَوْنَ	يَرْضَوْنَ	يُغْزَوْنَ
يَسْرَيْنَ	يَحْيَيْنَ	يَحْيَوْنَ	يَرْضَوْنَ	يُغْزَوْنَ
Illustres erũt oĩo illi pl.	*delebunt omnino illi pl.*	*delebunt omnino illi pl.*	*cõplacebunt oĩo illi pl.*	*oppugnabũtur oĩo illi pl.*
تَسْرُونَ	تَحْيَيْنَ	تَحْيَيْنَ	تَرْضَيْنَ	تُغْزَيْنَ
تَسْرُونَ	تَحْيَيْنَ	تَحْيَيْنَ	تَرْضَيْنَ	تُغْزَيْنَ
Illustris erit illa omnino.	*delebit illa omnino.*	*delebit illa omnino.*	*complacebit illa omnino.*	*oppugnabitur illa omnino.*
تَسْرُوَانِّ	تَحْيَيَانِّ	تَحْيَيَانِّ	تَرْضَيَانِّ	تُغْزَيَانِّ
Illustres erũt oĩo illæ duæ.	*delebũt omnino illæ duæ.*	*delebunt omnino illæ duæ.*	*complacebunt oĩo illæ duæ.*	*oppugnabũtur oĩo illæ duæ.*
يُسْرَوْنَانِّ	يُحْيَيْنَانِّ	تَحْيَيْنَانِّ	يُرْضَيْنَانِّ	يُغْزَيْنَانِّ
Illustres erũt oĩo illæ pl.	*delebũt omnino illæ pl.*	*delebunt omnino illæ pl.*	*complacebuut oĩo illæ pl.*	*oppugnabũtur oĩo illæ pl.*

تسرون

تَسْرُونَ	تَحْيَيْنَ	تَحْيَيْنَ	تَرْضَيْنَ	تُغْزَيْنَ
تَسْرُونَ	تَحْيَيْنَ	تَحْيَيْنَ	تَرْضَيْنَ	تُغْزَيْنَ
Illustris oĩo eris tu vir.	*delebis omnino tu vir.*	*delebis omnino tu vir.*	*complacebis tu omnino vir.*	*oppugnaberis omnino vir.*
تَسْرُوَانِّ	تَحْيَيَانِّ	تَحْيَيَانِّ	تَرْضَيَانِّ	تُغْزَيَانِّ
illustres eritis vos duo omnino.	*delebitis vos duo omnino.*	*delebitis vos duo omnino.*	*cõplacebitis vos duo omnino.*	*oppugnabimini vos duo oĩo.*
تَسْرُونَ	تَحْيَوْنَ	تَحْيَوْنَ	تَرْضَوْنَ	تُغْزَوْنَ
تَسْرُونَ	تَحْيَوْنَ	تَحْيَوْنَ	تَرْضَوْنَ	تُغْزَوْنَ
illustres eritis oĩo vos viri.	*delebitis omnino vos pl.*	*delebitis omnino vos pl.*	*cõplacebitis oĩo vos pl.*	*oĩo oppugnabimini vos pl.*
تَسْرِينَ	تَحْيَيْنَ	تَحْيَيْنَ	تَرْضَيْنَ	تُغْزَيْنَ
تَسْرِينَ	تَحْيَيْنَ	تَحْيَيْنَ	تَرْضَيْنَ	تُغْزَيْنَ
Illustris eris oĩo tu mul.	*delebis omnino tu mul.*	*delebis omnino tu mul.*	*complacebis oĩo tu mul.*	*oppugnaberis oĩo tu mul.*
تَسْرُوَانِّ	تَحْيَيَانِّ	تَحْيَيَانِّ	تَرْضَيَانِّ	تُغْزَيَانِّ
Illustres eritis oĩo vos duæ.	*delebitis omnino vos duæ.*	*delebitis omnino vos duæ.*	*cõplacebitis oĩo vos duæ.*	*oppugnabimini oĩo vos duæ.*
تَسْرُونَانِّ	تَحْيَيْنَانِّ	تَحْيَيْنَانِّ	تَرْضَيْنَانِّ	تُغْزَيْنَانِّ
Illustres eritis oĩo vos pl. fem,	*delebitis oĩo vos pl. fem.*	*delebitis oĩo vos pl. fem.*	*cõplacebitis oĩo vos pl. fem.*	*oppugnabimini oĩo vos pl. fem.*
أَسْرُونَ	أَحْيَيْنَ	أَحْيَيْنَ	أَرْضَيْنَ	أُغْزَيْنَ
أَسْرُونَ	أَحْيَيْنَ	أَحْيَيْنَ	أَرْضَيْنَ	أُغْزَيْنَ
Illustris ero omnino.	*delebo omnino.*	*delebo omnino.*	*complacebo omnino.*	*oppugnabor omnino.*
نَسْرُونَ	نَحْيَيْنَ	نَحْيَيْنَ	نَرْضَيْنَ	نُغْزَيْنَ
نَسْرُونَ	نَحْيَيْنَ	نَحْيَيْنَ	نَرْضَيْنَ	نُغْزَيْنَ
Illustres erimus omnino nos.	*delebimus nos omnino.*	*delebimus nos omnino.*	*cõplacebimus nos omnino.*	*oppugnabimur nos omnino.*

Et exemplis patet, quòd ea quæ habent Fathhum cum Teſdid in ن, poſſunt etiam proferri cum ن leui, ſeu ſine vocali.

Et datur etiam animaduerti, quòd in plurali maſculino و perſonale reiectum eſt ſecundum regulam, & dictum eſt in prima & ſecunda Coniugatione يَسْرُونَ & تَسْرُونَ

& يَفْعَلْنَ & تَفْعَلْنَ. At, præcedente Fathho, و personale non est reiectum; sed imposita est ipsi vocalis Dsam, & dictum est in tertia, quarta, & Passiua Coniugatione يُغْزَوْنَ & يَغْزَوْنَ & تَرْضَوْنَ & يَرْضَوْنَ & تَفْعَلُونَ & يَفْعَلُونَ.

Similiter in secuuda Persona singulari feminina, illud ى personale reiectum etiam est cum ن confirmationis, secundum regulam; præterquam præcedente Fathho, vnde dictum est in prima & secunda Coniugatione تَفْعَلْنَ, & تَفْعَلِينَ. At in tertia, quarta, & Passiua Coniugatione, quia præcedit Fathhum, propterea dictum est cum ى Chesrato تَفْعَلِينَ, & تَرْضَيْنَ, & تَغْزَيْنَ. Itaque, præcedente Fathho (in Verbis infirmis vltima) non reijcitur و personale in pluralibus masculinis, quando adhibetur ن Confirmationis, sed mouetur vocali Dsammo. Et in secunda persona singulari feminina non reijcitur, post Fathhum, eius ى personale, sed mouetur vocali Chesro. Et hoc solùm accidit in his verbis infirmis vltima, in tertia, quarta, & Passiua Coniugatione; hæ namque habent Fathhum in penultima. Item etiam in Verbis compositis si habeant Fathhum in penultima Modsarei, vt sunt ordines تَفَاعَلَ, & تَفَعَّلَ, & تَفَعْلَلَ, quando infirma erunt vltima radicali.

IMPERATIVVM. الامر

IMperatiuum formatur ex Modsareo Gezmato, vt moris est, & Imperatiuum tertiæ vel primæ personæ, præfixo ل cum Chesro, vt لِيَغْزُ *pugnet ille*. لِيَرْمِ *proijciat ille*: لِيَرْضَ *complaceat ille*. Imperatiuum autem secundæ personæ, reiecta litera Modsarea, & addita in principio ا cum Chesro; at cum Dsammo, si sequatur Dsammum. vnde dices

Imperatiuum primæ Coniugationis.

Similiter & sextæ.

اُغْزُوا	اُغْزُوَا	اُغْزُ
pugnate vos viri.	*pugnate vos duo.*	*pugna tu vir.*
اُغْزُوْنَ	اُغْزُوَا	اُغْزِى
pugnate vos fem. pl.	*pugnate vos duæ.*	*pugna tu fem.*

Imperatiuum secundæ Coniugationis. Similiter & quintæ.

اِرْمُوا	اِرْمِيَا	اِرْمِ
iacite vos pl.	*iacite vos duo.*	*iace tu vir.*
اِرْمِينَ	اِرْمِيَا	اِرْمِى
iacite vos pl. fem.	*iacite vos duæ.*	*iace tu mul.*

Impe-

Imperatiuum quartæ Coniugationis: similiter in tertia.

اِرْضَوْا	اِرْضَيَا	اِرْضَ
gratum habeatis vos pl.	*gratum habeatis vos duo.*	*gratum habeas vir.*
اِرْضَيْنَ	اِرْضَيَا	اِرْضَىْ
gratum habeatis vos pl. fem.	*gratum habeatis vos duæ.*	*gratũ habeas tu fem.*

Imperatiuum iuxta formam Passiuam.

IMperatiuum Passiuum, omnium personarum idem est & eodem modo formatur; nempe à Modsareo Gezmato, præfixa ل cum Chesro, vt

لِيُرْمَوْا	لِيُرْمَيَا	لِيُرْمَ
proijciantur illi pl.	*proijciantur illi duo.*	*proijciatur ille.*
لِيُرْمَيْنَ	لِتُرْمَيَا	لِتُرْمَ
proijciantur illæ plur.	*proijciantur illæ duæ.*	*proijciatur illa.*
لِتُرْمَوْا	لِتُرْمَيَا	لِتُرْمَ
proijciamini vos pl. viri.	*proijciamini vos duo.*	*proijciaris tu vir.*
لِتُرْمَيْنَ	لِتُرْمَيَا	لِتُرْمَىْ
proijciamini vos pl. fem.	*proijciamini vos duæ.*	*proijciaris tu mul.*
لِنُرْمَ		لِأُرْمَ
proijciamur nos.		*proijciar ego.*

Prohibitiuum etiam eodem modo formatur pro omnibus personis, tam in forma Passiua quam in Actiua, præposita particula negatiua لَا Modsareo Gezmato, vt لَا تُرْمِ *ne proijcias*. لَا تُرْمَ *ne proijciaris.*

MASDARVM.

MAsdarum non mutatur à sua origine, quando est trium literarum & secunda radicalis quiescit, vnde dices

غَزَوَاتٌ	غَزَوَانِ	غَزْوٌ
pugnæ pl.	*pugnæ duæ.*	*pugna, pugnare.*
رَمْيَاتٌ	رَمْيَانِ	رَمْىٌ
proiectiones.	*proiectiones duæ.*	*proijcere, proiectio.*

Si verò secunda litera Masdari habeat Fathhum, tunc litera infirma conuertitur in ا, quamuis scribatur per ى, quando radicalis est ى, vel est Masdarum quartæ Coniugationis, & vt plurimum accidit sic. Et transfertur Tanuin de vltima in penultimam, & in omnibus casibus tanquam indeclinabilis permanet, vt رُضًى *complacere*. & cum articulo & sine Tanuino اَلرِّضَى *gratum habere*. Et سُرًى, vel اَلسُّرَى *illustrem esse*. Sic dicitur in casu Rapheo, quod respondet Nominatiuo: & in casu Nasbo, quod respondet Accusatiuo: & in casu Giarro seu Chasdso, quod correspondet ceteris casibus, tanquam indeclinabiliter.

Si verò sit Masdarum iuxta formam فَعَالٌ, addita nempe ا ante vltimam, tunc litera infirma conuertitur in Hamzat, vt سَرَآءٌ *illustrem esse*, ex Verbo سَرُوَ *illustris fuit*.

Si autem sit Masdarum iuxta formam فَعُولٌ, addito nempe و ante vltimam, tunc litera infirma, conuersa in و, immittetur in illud virtute Tesdid, vt ex خَلِيَ *vacuus fuit*. خُلُوٌّ *vacuitas*. Similiter dicendum de Masdaro iuxta formam فَعِيلٌ, tunc literam infirmam conuertendam & immittendam in ى.

In ceteris autem formis non fit immutatio literæ infirmæ, vt سَرَاوَةٌ & سَرْوًا *illustrem esse*. & غَزَاوَةٌ & غَزْوًا & غَزْوَانًا *pugnare*. رِضَوَانًا & رِضْوَانًا *gratum habere*. Nisi accidat fieri mutationem in ا ratione Fathhi præcedentis, quando ipsa litera infirma etiam Fathho debuisset moueri, vt pro مَرْضَوَةٌ dici debeat مَرْضَاةٌ *gratum habere*.

Nomen Agentis, seu Participij Actiui.

IN Nomine Agentis, seu Participij iuxta formam فَاعِلٌ conuertitur litera infirma in ى propter Chesrum præcedens: at singulare Masculinum, quando non habet articulum, reijcit ى, & in fine contentum est Tanuino Chesri in duobus casibus, Giarro scilicet & Rafeo, vt غَازٍ *pugnans*, & *pugnantis*: sed in Nasbo dicitur sine vlla reiectione غَازِيًا *pugnantem*. Similiter quando dicitur sine Tanuino, vt اَلْغَازِى *pugnans*. Et hoc est vniuersale in omnibus infirmis vltima, quando in penultima est Chesrum. Itaque dices

غَازٍ	غَازِيَانِ	غَازُونَ vel غُزَاةٌ
pugnans.	*pugnantes duo.*	*pugnantes.*
غَازِيَةٌ	غَازِيَتَانِ	غَازِيَاتٌ, vel غَوَازٍ
pugnans fem.	*pugnantes duæ.*	*pugnantes pl. fem.*

In

IN PARTICIPIO iuxta formam فَعِلٌ conuertitur litera infirma, si non sit, in ى, vt ex radice صَبِوَ *propensus fuit*, sic dices

صَبِىٌّ	صَبِيَّانِ	صِبْوَانٌ صِبْيَانٌ صُبُوَّانٌ صُبْيَانٌ صَبِيُّونَ vel أَصْبِيَةٌ vel أَصْبٍ
puer.	*pueri duo.*	*pueri pl.*
صَبِيَّةٌ	صَبِيَّتَانِ	صَبِيَّاتٌ صَبِوَةٌ صَبْوَةٌ صَبِيَّةٌ
puella.	*puellæ duæ.*	*puellæ pl.*

Et ex سَرُوَ, vel سَرِىَ *illustris fuit*, dices

سَرِىٌّ	سَرِيَّانِ	سَرِيُّونَ vel سَرَوَّآءُ vel أَسْرِيَآءُ vel سُرِىٌّ
illustris vir.	*illustres duo.*	*illustres pl.*
سَرِيَّةٌ	سَرِيَّتَانِ	سَرِيَّاتٌ vel سَرَايَا
illustris mul.	*illustres duæ.*	*illustres pl. fem.*

IN PARTICIPIO iuxta formam فَعُولٌ, و radicale immittitur in alterum additum, vt ex عَدَا *transgressus est*, dices

عَدُوٌّ	عَدُوَّانِ	عَدُوٌّ vel أَعْدَآءُ
hostis gen. com.	*hostes duo*, vel *duæ.*	*hostes pl.*

Si verò radix fuerit ى, tunc non addetur و, sed loco eius addetur ى, & additum immittetur in radicale, vt ex بَغَى *iniuriosè egit*, dices

بَغِىٌّ	بَغِيَّانِ	بَغَايَا
iniurioſus, vel *iniuriosa.*	*iniurioſi duo*, vel *duæ.*	*iniurioſi*, & *iniurioſæ pl.*

In forma فَعَّالٌ conuertitur litera infirma in Hamzat: quod semper fit in infirmis vltima radicali, cùm immediatè præcedit ا quiescens, ipsaq. ا grauatur signo Maddi, vt pro غَزَّاوٌ dicatur غَزَّآءٌ *pugnator*. Et pro رَمَّاىٌ dicatur رَمَّآءٌ *sagittarius*.

In forma أَفْعَلُ vltima radicalis, quæ est infirma, conuertitur in ا, propter Fathhum præcedens, sed scribitur per ى in fine dictionis, etiam si radix fuerit و: est enim regula vniuersalis, vt quotiescumque litera infirma fuerit vltima radicalis, & plusquam tertia in ordine, numquam appareat و, nisi quando immediatè præcedit Dsammum; aliàs enim semper appareat ى, etiam quando in fine post Fathhum est, virtute ا: Sed plerique scribunt etiam ا prout est. At dum fit media, ab omnibus scribitur ى prout est, vt أَرْضَى *complacitior*. أَرْضَيَانِ *complacitiores*

tiores duo. أَرْضَوْنَ *complacitiores plures.* رَضِيَّى *complacitior fem.* رَضِيَّاتٌ *complacitiores plures.*

المفعول

Patiens, seu Participium passiuum.

IN Participio passiuo iuxta formam مَفْعُولٌ, ex Verbis infirmis و, additur, prout in perfectis, etiam و. vnde dices.

مغزو	مَغْزُوَانِ	مَغْزُوْنَ
oppugnatus.	*oppugnati duo,*	*oppugnati pl.*
مَغْزُوَّةٌ	مَغْزُوَتَانِ	مَغْزُوَاتٌ vel مَغَازٍ vel أَلْمَغَازِى
oppugnata.	*oppugnatæ duæ.*	*oppugnatæ pl.*

In infirmis autem ى ل non additur و, prout in ceteris: nec enim dicitur مَرْمُوِىٌّ, sed loco و, additur ى, & immittitur in alterum radicale, virtute Tesdid: & dices

مَرْمِىٌّ	مَرْمِيَّانِ	مَرْمِيُّوْنَ
proiectus.	*proiecti duo.*	*proiecti pl.*
مَرْمِيَّةٌ	مَرْمِيَّتَانِ	مَرْمِيَّاتٌ vel مَرَامٍ vel أَلْمَرَامِى
proiecta.	*proiectæ duæ.*	*proiectæ pl.*

Aliqua, quia censentur infirma & و & ى, propterea admittunt vtroque mõdo Participium passiuum, vt ex رضى dicitur, prout inquit Chamus, مَرْضُوٌّ & مَرْضِىٌّ *is cui gratum factum est.*

Nomen Temporis, & Loci.

IN nomine Temporis & Loci ex infirmis vltima radicali, penultima semper habet Fathhum: sicut in infirmis prima radicali, semper habet Chesrum. Ipsa autem litera infirma conuertitur in ا propter Fathhum præcedens; quando autem adduntur post radicales literæ formatiuæ numerorum, tunc loco literæ infirmæ non apparet nisi ى; quia est plusquam tertia in ordine. quare dices

مَغْزًى vel أَلْمَغْزَى	مَغْزَيَانِ	مَغَازٍ vel أَلْمَغَازِى
locus, & tẽpus pugnãdi.	*loca, & tẽpora pugnandi duo.*	*loca, & tẽpora pugnandi pl.*
مَرْمًى vel أَلْمَرْمَى	مَرْمَيَانِ	مَرَامٍ vel أَلْمَرَامِى
locus, & tẽpus proijciẽdi.	*duo loca, & tẽpora proijciendi.*	*loca, & tẽpora proijciendi.*

De

De Verbis compositis, infirmis ل, seu vltima radicali.

IN Verbis eiusmodi, infirmis vltima, nunquam apparet و, nisi accidat ante vltimam quæ est litera infirma, immediatè Dsammum; quod vix accidit. Mutatur ergo, & semper apparet ى, ex regula illa vniuersali, quòd Lam infirma quando est in dictione plusquam tertia, semper mutatur in ى; & si sit virtualiter ا post Fathhum, in fine dictionis scribitur etiam ab eruditioribus per ى. His ergo suppositis, sic se habent Verba composita, infirma vltima radicali, in

Præterito.	Modsareo.	Imperatiuo.	Masdaro.	Participio.
أَعْطَى	يُعْطِى	أَعْطِ	إِعْطَاءٌ	مُعْطٍ
dedit vir.	*dat, vel dabit.*	*da tu.*	*donatio.*	*donans.*
سَمَّى	يُسَمِّى	سَمِّ	تَسْمِيَةٌ	مُسَمٍّ
nominauit.	*nominat.*	*nomina tu.*	*nominatio.*	*nominans.*
نَادَى	يُنَادِى	نَادِ	مُنَادَاةٌ نِدَاءٌ	مُنَادٍ
vocauit.	*vocat.*	*voca tu.*	*vocatio, clamare.*	*clamãs, vocãs.*
تَمَطَّى	يَتَمَطَّى	تَمَطَّ	تَمَطٍّ	مُتَمَطٍّ
extensus est.	*extenditur.*	*extendere tu.*	*extendere se.*	*se extendens.*
تَصَابَى	يَتَصَابَى	تَصَابَ	تَصَابٍ	مُتَصَابٍ
puer euasit.	*repuerascit.*	*repuerasce tu.*	*repuerascere.*	*repuerascens.*
إِنْبَرَى	يَنْبَرِى	إِنْبَرِ	إِنْبِرَاءٌ	مُنْبَرٍ
exacutus est.	*exacuitur.*	*exacuere tu.*	*exacui.*	*acutus, limatus.*
أَرْتَجَى	يَرْتَجِى	أَرْتَجِ	أَرْتِجَاءٌ	مُرْتَجٍ
sperauit.	*sperat.*	*spera tu.*	*spes, sperare.*	*sperans.*
أَرْعَوَى	يَرْعَوِى	أَرْعَوِ	أَرْعِوَاءٌ	مُرْعَوٍ
resipuit.	*resipiscit.*	*resipisce.*	*resipiscentia.*	*resipiscens.*
أَسْتَدْعَى	يَسْتَدْعِى	أَسْتَدْعِ	أَسْتِدْعَاءٌ	مُسْتَدْعٍ
accersiuit.	*accersit.*	*accerse.*	*accersire.*	*accersens.*
أَعْرَوَرَى	يَعْرَوْرِى	أَعْرَوِرْ	أَعْرِوِرَّاءٌ	مُعْرَوْرٍ
infecit se.	*inficit se.*	*inficere tu.*	*se inficere.*	*inficiens se.*

Et similiter dices in ceteris.

Vnum

Vnum hic aduertendum est (nam cetera patent ex dictis) Verbum inter cetera recensitum in præcedenti tabula أَرْعَوَى *resipuit*, esse ordinis اِفْعَلَّ, nempe compositum additione ا in principio, & virtute Tesdid in vltima, & dictum esse pro أَرْعَوَى أَرْعَوْ; facta separatione vtriusque و, nempe radicalis, & alterius additi virtute Tesdid, eoq; conuerso deinde in ى: ratione illa quam memorauimus, ne appareat و in fine eiusmodi Verborum,

Composita ex deficientibus iuxta formam Passiuam.

Præteritum.	Modsareum.	Participium passiuum.
أُعْطِىَ	يُعْطَى	مُعْطًى
donatus fuit.	*donatur.*	Instr.Loc.& Tẽp.donãdi. *donatus.*
سُمِّىَ	يُسَمَّى	مُسَمًّى
nominatus est.	*nominatur.*	*nominatus.*
نُودِىَ	يُنَادَى	مُنَادًى
vocatus est.	*vocatur.*	*vocatus.*
أُسْتُدْعِىَ	يُسْتَدْعَى	مُسْتَدْعًى
accersitus est.	*accersitur.*	*accersitus.*

Et sic in ceteris.

Quoad dispositiones verò vltimarum syllabarum, ratione diuersitatis numerorum & personarum, non differunt composita à simplicibus, sed eodem modo procedunt Passiua prout Passiua, Actiua prout Actiua; ea quæ habent Chesrum in penultima, iuxta secundam simplicium in Modsareo, & ea quæ habent Fathhum, iuxta tertiam vel quartam, omnia ad instar suorum similium.

تصريف الفعل المعتل العين واللام الذى يقال له اللفيف المقرون

Coniugatio Verbi infirmi ع & ل, quod dicitur inuolutum coniunctum.

DIcitur eiusmodi Verbum, Inuolutum Coniunctum, quia inuoluit pariter duas literas infirmas immediatè vna post alteram.

Est autem triplicis speciei: vel enim est secunda و, & tertia ى: vel vtraque و, sed conuertitur posterior in ى; vel vtraque est ى.

Prima species esse potest secundæ & quartæ Coniugationis, & coniugatur prorsus ad instar infirmi vltima tantùm, nempe quod est secundæ Coniugationis ad instar رَمَى *proiecit*, quod est quartæ ad instar رَضِىَ *complacuit*.

Reli-

Reliquæ duæ non sunt nisi quartæ Coniugationis, & consimili modo prout deficientia, seu infirma dumtaxat vltima seu ل tantummodo, coniugantur. Sed quia immediatio duarum literarum debilium exigit aliquando immissionem virtute Tesdid (quod non accidit in Verbis Deficientibus) propterea fient omnia exemplis plana per singulas species, vt disparitas animaduertatur inter singulas.

Præteritum Verbi infirmi ع & ل, primæ speciei.

Secundæ Coniugationis.

شَوَوْا	شَوَيَا	شَوَى
assauerunt pl.	*assauerunt duo.*	*assauit ille.*
شَوَيْنَ	شَوَتَا	شَوَتْ
assauerunt illæ pl.	*assauerunt illæ duæ.*	*assauit illa.*
شَوَيْتُمْ	شَوَيْتُمَا	شَوَيْتَ
assauistis vos pl.	*assauistis vos duo.*	*assauisti tu vir.*
شَوَيْتُنَّ	شَوَيْتُمَا	شَوَيْتِ
assauistis pl. fem.	*assauistis duæ.*	*assauisti tu mul.*
شَوَيْنَا		شَوَيْتُ
assauimus nos.		*assaui ego.*

Præteritum quartæ Coniugationis.

رَوُوا	رَوِيَا	رَوِىَ
irrigati sunt pl.	*irrigati sunt duo.*	*inebriatus, irrigatus est.*
رَوِينَ	رَوِيَتَا	رَوِيَتْ
irrigatæ sunt pl.	*irrigatæ sunt duæ.*	*irrigata est.*
رَوِيتُمْ	رَوِيتُمَا	رَوِيتَ
irrigati estis pl.	*irrigati estis duo.*	*irrigatus est.*
رَوِيتُنَّ	رَوِيتُمَا	رَوِيتِ
irrigatæ sunt pl.	*irrigatæ sunt duæ.*	*irrigata est.*
رَوِينَا		رَوِيتُ
irrigati sumus.		*irrigatus sum.*

Modfareum Verbi infirmi ع & ل primæ fpeciei.

Secundæ Coniugationis.

يَشْوِى	يَشْوِيَانِ	يَشْوُونَ
affat, vel affabit ille.	*affant duo.*	*affant, vel affabunt,*
تَشْوِى	تَشْوِيَانِ	يَشْوِينَ
affat illa.	*affant illæ duæ.*	*affant illæ pl.*
تَشْوِى	تَشْوِيَانِ	تَشْوُونَ
affas tu vir.	*affatis duo.*	*affatis pl.*
تَشْوِينَ	تَشْوِيَانِ	تَشْوِينَ
affas tu mul.	*affatis duæ.*	*affatis pl. fem.*
أَشْوِى		نَشْوِى
affo ego.		*affamus nos.*

Et cum Gezmo.

لَمْ يَشْوِ	لَمْ يَشْوِيَا	لَمْ يَشْوُوا
non affauit ille.	*non affauerunt duo.*	*non affauerunt pl.*

Et cum Nasbo.

لِيَشْوِىَ	لِيَشْوِيَا	لِيَشْوُوا
vt affet ille.	*vt affent duo.*	*vt affent illi.*

Modfareum quartæ Coniugationis.

يُرْوَى	يُرْوَيَانِ	يُرْوَوْنَ
irrigatur ille.	*irrigantur duo.*	*irrigantur pl.*
تُرْوَى	تُرْوَيَانِ	تُرْوَيْنَ
irrigatur illa.	*irrigantur duæ.*	*irrigantur illæ pl.*
تُرْوَى	تُرْوَيَانِ	تُرْوَوْنَ
irrigaris tu.	*irrigamini vos duo.*	*irrigamini vos pl.*
تُرْوَيْنَ	تُرْوَيَانِ	تُرْوَوْنَ
irrigaris tu mul.	*irrigamini duæ.*	*irrigamini vos pl. fem.*
أُرْوَى		نُرْوَى
irrigor ego.		*irrigamur nos.*

Et

Et cum Gezmo.

لَمْ يُرْوَ	لَمْ يُرْوَيَا	لَمْ يُرْوَوْا
non eſt irrigatus.	*non ſunt irrigati duo.*	*non ſunt irrigati.*

Et cum Nasbo.

لِيُرْوَى	لِيُرْوَيَا	لِيُرْوَوْا
vt ingurgitetur ille.	*vt ingurgitentur duo.*	*vt ingurgitentur illi pl.*

Imperatiuum.

Secundæ Coniugationis.

اِشْوِ	اِشْوِيَا	اِشْوُوا
affa tu vir.	*affate vos duo.*	*affate vos pl.*
اِشْوِى	اِشْوِيَا	اِشْوِينَ
affa tu mul.	*affate vos duæ.*	*affate vos pl. fem.*

Imperatiuum quartæ Coniugationis.

اِرْوَ	اِرْوَيَا	اِرْوَوْا
inebriare tu vir.	*inebriamini vos duo.*	*inebriamini vos pl.*
اِرْوَى	اِرْوَيَا	اِرْوَيْنَ
inebriare tu mul.	*inebriamini duæ.*	*inebriamini vos pl. fem.*

Maſdarum.

شَىٌّ	شَيَّانِ	شَيَّاتٌ
affatio, affare.	*affationes duæ.*	*affationes pl.*
رَىٌّ	رَيَّانِ	رَيَّاتٌ
ebrietas, inebriari.	*ebrietates duæ.*	*ebrietates pl.*

Participium.

شَاوٍ	شَاوِيَانِ	شَاوُونَ
affans vir.	*affantes duo.*	*affantes pl.*
شَاوِيَةٌ	شَاوِيَتَانِ	شَاوِيَاتٌ
affans mul.	*affantes duæ.*	*affantes pl. fem.*

Participium quartæ Coniugationis.

رُوَاةٌ	رَيَّانَانِ	رَيَّانُ
pleni pl.	*pleni duo.*	*plenus, ebrius, completus.*
رُوَآءٌ	رَيَّيَانِ	رَيَّا
plenæ pl. fem.	*plenæ duæ.*	*plena, ebria, completa.*

Nomen Loci. & Temporis.

مَشَاوِيَ	مَشْوَيَانِ	مَشْوًى
loca, & tempora assandi.	*duo loca, & temp. assandi.*	*locus, & tẽpus assandi.*
مَرَاوِيَ	مَرْوَيَانِ	مَرْوًى
loca, & tempora inebriandi se.	*duo loca, & tẽp. se inebriãdi.*	*locus, & tẽp. ineb. se.*

INFIRMVM ع & ل Secundæ Speciei, nempe habens vtramque infirmam و, est quartæ tantùm Coniugationis, & mutat posterius و in ى, & dicitur ex. gr. قَوِيَ *fortis fuit*, pro قَوِوَ: & procedit tam in Præterito, quàm in Modsareo, & his quæ exinde dependent vt رَوِيَ *inebriatus est*. Modsareum itaque erit يَقْوَى *fortis est*. Imperatiuum إِقْوَ *esto robustus*. In Masdaro autem dices

قِوًى vel قُوًى	قُوَّتَانِ	قُوَّةٌ
virtutes, fortitudines.	*fortitudines duæ.*	*fortem esse, virtus.*

Participium.

أَقْوِيَآءُ vel قَوِيُّونَ	قَوِيَّانِ	قَوِيٌّ
fortes pl. viri.	*fortes duo.*	*fortis.*
قَوَايَا vel قَوِيَّاتٌ	قَوِيَّتَانِ	قَوِيَّةٌ
fortes fem.	*fortes duæ.*	*fortis fem.*

INFIRMVM ع & ل tertiæ speciei, habens vtramque infirmam ى potest triplici modo coniugari. Primò ad instar Verbi Surdi, habet enim secundam & tertiam eiusdem generis, vt patet: & potest duplici modo in Præterito coniugari: vel cum Fathho in prima radicali, vt moris est, vnde dices

حَيُّوا	حَيَّا	حَيَّ
vixerunt pl.	*vixerunt duo.*	*vixit ille.*
حَيِيْنَ	حَيَّتَا	حَيَّتْ
vixerunt illæ pl.	*vixerunt illæ duæ.*	*vixit illa fem.*

حييتم

حَيِيْتُمْ	حَيِيْتُمَا	حَيِيْتَ
vixistis pl.	*vixistis duo.*	*vixisti tu vir.*
حَيِيْتُنَّ	حَيِيْتُمَا	حَيِيْتِ
vixistis pl. fem.	*vixistis duæ.*	*vixit illa fem.*
حَيِيْنَا		حَيِيْتُ
viximus nos.		*vixi ego.*

VEL translato Chesro de secunda in primam, licebit quoque dicere in Præterito حِيُّوا *vixerunt pl.* حِيَّا *vixerunt duo.* حِيَّ *vixit ille. &c.*

Tertiò licebit etiam dicere cum separatione literarum in Præterito, vt

حَيُوا	حَيِيَا	حَيِيَ
vixerunt illi pl.	*vixerunt illi duo.*	*vixit ille.*
حَيِيْنَ	حَيِيَتَا	حَيِيَتْ
vixerunt illæ pl.	*vixerunt illæ duæ:*	*vixit illa fem.*
حَيِيْتُمْ	حَيِيْتُمَا	حَيِيْتَ
vixistis pl.	*vixistis duo.*	*vixisti tu.*
حَيِيْتُنَّ	حَيِيْتُمَا	حَيِيْتِ
vixistis vos pl. fem.	*vixistis vos duæ.*	*vixisti tu mul.*
حَيِيْنَا		حَيِيْتُ
viximus nos.		*viuo ego.*

Modsareum.

يَحْيَوْنَ	يَحْيَيَانِ	يَحْيَى
viuunt illi pl.	*viuunt illi duo.*	*viuit ille.*
يَحْيَيْنَ	تَحْيَيَانِ	تَحْيَى
viuunt illæ pl.	*viuunt illæ duæ.*	*viuit illa fem.*
تَحْيَوْنَ	تَحْيَيَانِ	تَحْيَى
viuitis vos pl. viri.	*viuitis vos duo.*	*viuis tu.*
تَحْيَيْنَ	تَحْيَيَانِ	تَحْيَيْنَ
viuitis pl. fem.	*viuitis vos duæ.*	*viuis tu fem.*

تَحْيَى *viuimus, & viuemus nos.* *viuo, & viuam ego.* أَحْيَى

Poterit

Poterit etiam dici ad instar Surdi, vt

يَحْيَوْنَ	يَحْيَانِ	يَحْيَ
viuent illi pl.	*viuent illi duo.*	*viuet ille.*
يَحْيَيْنَ	تَحْيَانِ	تَحْيَ
viuent illæ pl.	*viuent illæ duæ.*	*viuet illa.*

Et sic vsque in finem.

IMPERATIVVM itaque, cùm ex Modsareo dependeat, duplici modo fieri licebit: & ad instar Verbi Surdi, & ad instar Verbi Deficientis, dices itaque

Imperatiuum.

اِحْيَوْا	اِحْيَيَا	اِحْيَ
viuite vos pl.	*viuite duo.*	*viue tu.*
اِحْيَيْنَ	اِحْيَيَا	اِحْيَيْ
viuite vos pl. fem.	*viuite duæ.*	*viue tu mul.*

Vel cum immissi one جِ *viue tu*, &c. Quamuis aliqui huiusmodi immissionem in Modsareo, & his quæ à Modsareo dependent, non admittant.

Masdarum.

حَيَاةٌ vel حَيَوٰةٌ	حَيَاتَانِ	حَيَاتٌ
vita, viuere.	*vitæ duæ.*	*vitæ pl.*
حَيَاءٌ	حَيَاوَانِ vel حَيَاءَانِ	حَيَاوَاتٌ vel حَيَاءَاتٌ

Participium.

حَيٌّ	حَيَّانِ	حَيُّونَ vel أَحْيَاءٌ
viuus, viuens.	*duo viuentes.*	*viuentes, viui pl.*
حَيَّةٌ	حَيَّتَانِ	حَيَّاتٌ vel حَيَايَا
viuens, viua.	*viuentes duæ.*	*viuentes pl. fem.*

Quoad formam PASSIVAM nihil supereſt dicendum de huiusmodi Verbis, quia eodem prorsus modo Passiuam formam induunt, sicut Verba Deficientia, seu Infirma ل tantummodo; vnde dicitur شُوِيَ *assatus est*, يُشْوَى *assatur*, مَشْوِيٌّ *assatus*, sicut رُمِيَ *proiectus est*, يُرْمَى *proijcitur*, مَرْمِيٌّ *proiectus.*

COMPOSITA quoque ex Verbis huiusmodi, Infirmis ع & ل, coniugantur prorsus sicut composita Verborum Deficientium: quare de ipsis hic vltra nihil addendum; nisi de compositis ex Verbo tertiæ speciei حَيِيَ *vixit*: in eius enim compositis dicunt أَحْيَى, vel reiecto altero ى أَحَى *viuificauit*, cuius Modsareum

reum يُحْيِي *viuificat*. & حَايَا *conuixit*. Eiusque Modsareum يُحَايِي *conuiuit*. Et اِسْتَحْيَى *reliquit superstitem*: item *vitam petit*, vel *erubuit*, eiusque Modsareum est يَسْتَحْيِي *erubescit*, &c. & Masdarum اِسْتِحْيَاءٌ *superstitem relinquere*, &c. & aliqui reiecto altero ى, dicunt in Præterito اِسْتَحَى *viuificauit*, *viuum esse voluit*. Et in Modsareo يَسْتَحِي *viuum esse optat*. Imperatiuum verò est اِسْتَحِ *viuifica*, *vitam concede*, item *erubesce*. In ceteris autem omnibus, prout deficientia coniugantur: vnde hìc non supereſt aliquid addendum.

تصريف الفعل المعتل الفاء واللام الذى يقال له اللفيف المفروق

Coniugatio Verbi Infirmi ف & ل, quod dicitur Inuolutum, Disiunctum.

QVinta & vltima species Verborum Infirmorum, dicitur Inuoluta Disiuncta, quia continet pariter duas literas debiles, sed non immediatè, quia est media inter vtramque, & dicitur Infirmum ف & ل, *ideſt prima & tertia radicali.*

Duæ autem sunt eiusmodi Verborum species, prima habens و in ف seu pro prima radicali, & ى in ل seu pro tertia radicali. Altera species habet ى vtrobique. Prior species esse potest triplicis coniugationis, secundæ, quartæ, & quintæ.

Quia verò duæ infirmitates simul coniunguntur, nempe in prima & vltima, meminisse oportet regularum de vtroque traditarum, nam exempli gratia وَقَى *custodiuit* secundæ coniugationis, coniugatur vt وَعَدَ *promisit*, quoad primam radicalem, & vt رَمَى *proiecit*, quoad vltimam, & وَجِلَ *quassatæ vngulæ fuit*, quod est quartæ Coniugationis, coniugatur vt diximus de وَجِلَ *timuit*, & de رَضِيَ *complacuit*. vnde dices وَقَى *custodiuit*. وَقَيَا *custodierunt duo*. وَقَوْا *custodierunt pl.* وَقَتْ *custodiuit illa*. وَقَتَا *custodierunt duæ*. وَقَيْنَ *custodierunt illæ plures*. & sic vsque in finem.

In Modsareo autem secundæ Coniugationis, propter Chesrum reijcitur و, & non dicitur يُوَقِي, sed يَقِي *custodit*, vel *custodiet*. Et adueniente Gezmo reijcitur vltima radicalis. Quare dices in Modsareo Gezmato

لَمْ يَقُوا	لَمْ يَقِيَا	لَمْ يَقِ
non custodierunt pl.	*non custodierunt duo.*	*non custodiuit ille.*

لَمْ

لَمْ يَقِينَ	لَمْ تَقِيَا	لَمْ تَقِ
non cuſtodierunt illæ pl.	*non cuſtodierunt illæ duæ.*	*non cuſtodiuit illa.*
لَمْ تَقُوا	لَمْ تَقِيَا	لَمْ تَقِ
non cuſtodiſtis vos pl.	*non cuſtodiſtis vos duo.*	*non cuſtodiſti tu vir.*
لَمْ تَقِينَ	لَمْ تَقِيَا	لَمْ تَقِي
non cuſtodiſtis pl. fem.	*non cuſtodiſtis vos duæ.*	*non cuſtodiſti tu mul.*
لَمْ نَقِ		لَمْ أَقِ
non cuſtodiuimus nos.		*non cuſtodiui ego.*

In Imperatiuo ad ſecundam perſonam, cùm formetur ex Modſareo Gezmato, reiecta litera formatiua Modſarei, non relinquitur in prima voce niſi vnica litera, propterea mos eſt ipſis addere ء quieſcentem; vnde dicunt in

IMPERATIVO.

قُوا	قِيَا	قِهْ vel قِ
cuſtodite vos pl. viri.	*cuſtodite vos duo.*	*cuſtodi tu.*
قِينَ	قِيَا	قِي
cuſtodite vos pl. fem.	*cuſtodite vos duæ.*	*cuſtodi tu mul.*

Maſdarum eſt.

وِقَايَاتٌ	وِقَايَتَانِ	وِقَايَةٌ
cuſtodiæ pl.	*cuſtodiæ duæ.*	*cuſtodia, cuſtodire.*

Altera ſpecies habens vtrobique ى, coniugatur prout Infirmum ى, ſecundùm regulas traditas de Infirmis prima, quæ dicuntur Verba aſsimilata; & de Infirmis vltima, quæ dicuntur Verba Deficientia: vnde dices يَدَى *complacuit*, ſicut يَسَرَ *luſit*, & رَمَى *proiecit*. & in vniuerſum hæc Infirma coniugantur ſecundùm regulas vtriuſque infirmitatis, & quoad tranſlationem vocalis, & quoad reiectionem vel mutationem literæ.

Itaque in compoſitis ordinis اِفْتَعَلَ, licebit dicere ex وَقَى *cuſtodiuit*. اِتَّقَى *ſeruauit ſe, timuit, reueritus eſt*, cum Teſdid & mutato و in ت: & licebit etiam dicere, conuerſo و in literam quam exigit præcedens vocalis, vt اِيتَقَى *reueritus eſt*. يَاتَقِى *reueretur*. مُوتَقِيًا *reuerentem, timentem, ſe cuſtodientem*. & ſic tam de compoſitis, quàm de ſimplicibus, regulæ ibi traditæ ſeruandæ ſunt.

Vnum hic animaduertiſſe iuuat, poſt traditas de Infirmis regulas, ne detur admirationi

rationi locus legenti Libros Oriẽtalium; nõ ſeruare eos regulam de reiectione literarum, dum ſine Vocalibus ſcribunt, ne detur confuſioni locus, ne vnum ſumatur pro altero: propterea ſeruant omnes literas radicales, contra regulam Gezmi, & Imperatiui. At quando cum Vocalibus ſcribunt, eruditi Auctores has rigoroſè regulas ſeruant.

فى الافعال المهموزة

DE VERBIS HAMZATIS.

EIVSMODI Verbum dicitur HAMZATVM à litera HAMZAT, quæ euenit vt ſit ei truncalis. Et poteſt tribus euenire modis: vel enim erit prima radicalis Hamzat, & dicetur مَهْمُوزَ ٱلْفَاءِ *Hamzatum* ف: vel erit ſecunda & dicetur مَهْمُوزَ ٱلْعَيْنِ *Hamzatum* ع: Vel erit tertia, & dicetur مَهْمُوزَ ٱللَّامِ *Hamzatum* ل. Et quidem Hamzat in principio, facit Verbum coniugari nonniſi vt Hamzatum: In ſecunda autem & tertia ſi ſit Hamzat, facit vt etiam poſſit coniugari Verbum tamquam ſi eſſet Concauum vel Deficiens.

Duo ſunt quæ Verbis Hamzatis accidunt, nempe conuerſio ء in ا, vel و, vel ى, prout dictum eſt ſupra de Infirmis: Alterum peculiare eſt ipſis, nempe ſuppoſitio ا, vel و, vel ى ſubtus ipſam ء *Hamzat*. quod multis modis accidit: ſeruandæ ſunt autem in hoc ſequentes regulæ.

Prima, vt numquam concurrant immediatè duæ Hamzat vna poſt alteram, ſed ſi hoc accidat, tunc ſecunda Hamzat mutetur in literam præcedenti motioni conſonam, nempe in ا ſi ſit Fathhum, in و ſi ſit Dſammum, & in ى ſi ſit Cheſrum: hoc autem intelligendum eſt quando ipſa poſterior Hamzat quieſcit.

Quòd ſi prior Hamzat fuerit Hamzat vnionis, quæ dicitur Vaſli, tunc ſi non adſit Vaslum, poſterior Hamzat conuertetur, & conuerſa manebit, vt اُومُلْ *ſpera*, & dicitur pro أُءْمُلْ: at ſi adſit Vaſlum, tunc quia ratione Vaſli cadit prior Hamzat, propterea viget altera Hamzat, vnde dicetur & ſcribetur وَأُومُلْ *& ſpera*, & non وَأُومُلْ ſine Hamzat.

Secunda regula, vt Hamzat quieſcens vel habens Fathhum, poſt quamcumque literam motam, excepta altera Hamzat, manens Hamzat ſupponat ſibi literam præcedenti motioni congruam, nempe poſt Dſammum و, vt تُومِلُ *ſpem dabis*, pro تُءْمِلُ: & ſi præcedat Cheſrum ſupponit ſibi ى, vt مِيمِلُ *inſtrumentum ſpei*.

Tertia regula, Hamzat mota ſeu habens Vocalem, poſt alteram literam motam, in medio dictionis, habens Dſammum ſupponit ſibi و, habens Cheſrum ſupponit ſibi ى, habens Fathhum ſupponit ſibi literam præcedenti motioni congruam.

In fine etiam ſupponit ſibi literam congruam præcedenti motioni, ſi adſit immediatè, ſi autem litera immediatè præcedens quieſcat, tunc nihil ſupponit ſibi, vt بَرٌّ *immunem eſſe*. Quando item ſequitur poſt Hamzat immediatè aliqua ex literis Debilibus quieſcens, nempe vel و, vel ى, nec etiam ſupponit ſibi quicquam, vt رُؤُوسٌ *capita*, رَئِيسٌ *princeps*, &c.

Quarta regula, Hamzat mota poſt literam Quieſcentem, ſupponit ſibi literam conſonam propriæ motioni ſi ſit in medio dictionis, vt يَسْأَلُ *petit*, يَرْؤُوفٌ *miſeretur*, رَائِفٌ *miſerans*.

Quinta regula Hamzat habens Fathhum ante ا, vel conuertitur in و, vt تَوَاكَلُوا *ſe mutuò comederunt*: vel poterit manere Hamzat, ſuperpoſito Maddo, vt تَـآكَلُوا

His ſuppoſitis deueniamus ad ſingula ſingillatim.

تصريف الفعل المهموز الفاء

De Verbo Hamzato ف, ideſt prima radicali.

VErbum Hamzatum prima radicali ſe habet tamquam perfectum & integrum. & quando ipſa Hamzat eſt in principio, nulla eius fit immutatio; quando autem aliqua litera præcedit, ſupponit ſibi literam præcedentis motioni conſonam, vel (ſi præcedens ſit etiam Hamzat) mutatur in literam præcedentis motioni cognatam, non contenta ſuppoſitione tantummodo: & id quidem cum fuerit quieſcens. Si autem habuerit Cheſrum vel Dſammum, habens aliquam ante ſe ت literam, ſupponet ſibi conſonam ſuæ motioni, iuxta regulas ſuperius traditas. & dices in Præterito أَمَلَ *ſperauit*. In Modſareo يَأْمَلُ *ſperat*. In Imperatiuo أُؤْمُلْ *ſpera*. Item وَأْمُلْ & *ſpera*. In Participio Actiuo آمِلٌ *ſperans*. In Paſsiuo مَأْمُولٌ *ſperatus*, & مَأْمَلٌ *locus, & tempus ſperandi*. Et in Nomine Inſtrumenti مِئْمَلٌ *inſtrumentum ſperandi*. Et in Imperatiuo eruditiores, dum cadit Hamzat additum propter ſuperpoſitionem Vasli, non ſubijciunt Hamzat truncali literam quam aliàs ſubijciebant, ſed dicunt exempli gratia وَأْمُلْ pro وَأْمِلْ & *ſpera*.

In Imperatiuis Verborum أَخَذَ *accepit*. أَمَرَ *imperauit*. أَكَلَ *comedit*, propter frequentem vſum, reiecta Hamzat, dicunt خُذْ *accipe*, مُرْ *præcipe*, كُلْ *comede*. Quando autem apponi debet Vasli, eo quòd aliqua dictio præcedat, tunc in accuratè ſcriptis exemplaribus ſcribitur etiam Hamzat, vel ſaltem ا, & dicitur وَأْمُرْ & *impera*. وَأْخُذْ & *accipe*. وَأْكُلْ & *comede*.

Et in Verbis compoſitis non eſt peculiaris regula, præter memoratas, vnde dices in Coniugatione آمَنَ افعل *credidit*, يُؤْمِنُ *credit*, vel *credet*. آمِنْ *crede*.

ايمان

إِيمَانٌ *fides, credere*. مُؤْمِنٌ *credens, fidelis*. مُؤْمَنٌ *inſtrumentum, locus, & tempus credendi*. Et in Coniugatione أَكَّدَ فعّل *confirmauit*. يُؤَكِّدُ *confirmat*. أَكِّدْ *confirma*. تَأْكِيدٌ vel تَوْكِيدٌ *confirmatio*. مُؤَكِّدٌ *confirmans*. مُؤَكَّدٌ *confirmatus*, item *inſtrumentum, locus, & tempus confirmandi*. Et in Coniugatione ت آخَذَ فَاعَلَ *deprehendit*. يُؤَاخِذُ *deprehendet*. آخِذْ *deprehende*. مُؤَاخَذَةٌ *deprehendere, deprehenſio*. مُؤَاخِذٌ *deprehendens*. مُؤَاخَذٌ *deprehenſus*. item *inſtrumentum, locus, & tempus deprehendendi*. Et in ordine تَأَخَّذَ تفعّل *paulatim accepit*. يَتَأَخَّذُ *paulatim accipit*. تَأَخَّذْ *per partes accipe*. تَأَخُّذٌ *vellicatio*. مُتَأَخِّذٌ *vellicans*. مُتَأَخَّذٌ *inſtrumentum, locus, & tempus vellicandi*. Et in ordine تَفَاعَلَ تَوَاكَلَ vel تَآكَلَ *ſe mutuò comederunt*. يَتَوَاكَلَانِ vel يَتَآكَلَانِ *ſe mutuò comedunt*. تَوَاكَلُوا vel تَآكَلُوا *viciſsim vos comedite*. تَوَاكُلٌ *mutua commeſtio*. مُتَوَاكِلَانِ *mutuò ſe comedentes*. مُتَوَاكَلٌ *inſtrumentum, locus, & tempus mutuæ comeſtionis*. Et in ordine إِيتَكَلَ افتعل *eſcanduit ira*. يَأْتَكِلُ *comedit ſe præ ira*. إِيتِكَالٌ *excandeſce*. إِيتِكَالٌ *excandeſcentia*. مُؤْتَكِلٌ *excandeſcens*. Et poterit dici, ſicut de facto dicunt, quamuis cum Tephtazanio plerique reclament, conuerſa Hamzat in ت, prout diximus de Verbis Aſſimilatis ſeu Infirmis prima radicali: اِتَّكَلَ *commotus eſt*. يَتَّكِلُ *iraſcetur*. اِتَّكِلْ *excandeſce*. مُتَّكَلٌ vel مُؤْتَكَلٌ *inſtrumentum, locus, & tempus excandeſcendi*. Et in Coniugatione اِسْتَفْعَلَ dices اِسْتَأْكَلَ *cibum petijt*. يَسْتَأْكِلُ *cibum petit*. اِسْتَأْكِلْ *cibum pete*. اِسْتِئْكَالٌ *cibum petere*. مُسْتَأْكِلٌ *cibum petens*. مُسْتَأْكَلٌ *inſtrumentum, locus, & tempus cibum petendi*. & ſic in cæteris: & non eſt alia regula peculiaris, nec cæterarum Coniugationum.

تصريف الفعل المهموز العين

Coniugatio Verbi Hamzati ع ſeu ſecunda radicali.

HOc Verbum poteſt duplici modo coniugari, non ſolùm prout eſt Hamzatum, ſed etiam perinde ac ſi eſſet Infirmum, & radix eſſet loco Hamzat او vel ف. Et cum coniugatur prout Hamzatum, non eſt alia regula peculiaris

de eo, nisi supra memorata, vt sibi supponat literam propriæ motioni consonam; si fuerit Dsammum vel Chesrum; vel si quiescat, aut habeat Fathhum, supponat sibi literam consonam Vocali præcedentis, vt بُؤْسٌ *asper fuit*. صُئِبَ *inebriatus est*. سَأَلَ *petijt*. Quorum Modsarea sunt يَبْؤُسُ, يَصْأَبُ, & يَسْأَلُ. Participia بَئِسٌ & صَئِبٌ & سَائِلٌ. Et in Participio Passiuo iuxta formam مَفْعُولٌ dicitur مَسْؤُولٌ *interrogatus*. Non est igitur aliqua peculiaris difficultas de eiusmodi Verbis, dum coniugantur prout sunt Hamzata, nisi in sola suppositione literæ, prout dictum est: in cæteris autem se habent vt perfecta.

Cùm verò coniugantur ad instar Infirmorum, meminisse oportet regularum de Verbo Concauo traditarum, ad instar enim illorum procedunt, quamuis in aliquo differant, prout notare poteris in mox subiectis exemplis: & primò in Præterito.

Præteritum Verbi Hamzati ع, ad instar Concaui.

سَأَلُوا	سَأَلَا	سَأَلَ
interrogauerunt illi pl.	*interrogauerunt illi duo.*	*interrogauit ille.*
سَأَلْنَ	سَأَلَتَا	سَأَلَتْ
interrogauerunt illæ pl.	*interrogauerunt illæ duæ.*	*interrogauit illa.*
سَأَلْتُمْ	سَأَلْتُمَا	سَأَلْتَ
interrogastis vos pl.	*interrogastis vos duo.*	*interrogasti tu.*
سَأَلْتُنَّ	سَأَلْتُمَا	سَأَلْتِ
interrogastis vos pl. fem.	*interrogastis vos duæ.*	*interrogasti tu mul.*
سَأَلْنَا		سَأَلْتُ
interrogauimus nos.		*interrogaui ego.*

Modsareum Hamzati ع iuxta Concauum.

يَسْأَلُونَ	يَسْأَلَانِ	يَسْأَلُ
interrogant illi pl.	*interrogant illi duo.*	*interrogat ille.*
يَسْأَلْنَ	تَسْأَلَانِ	تَسْأَلُ
interrogant illæ pl.	*interrogant illæ duæ.*	*interrogat illa.*

Et cum Gezmo.

لَمْ يَسْأَلُوا	لَمْ يَسْأَلَا	لَمْ يَسْأَلْ
non interrogauerunt illi pl.	*non interrogauerunt illi duo.*	*nõ interrogauit.*

لَمْ يَسْأَلْنَ	لَمْ تَسْأَلَا	لَمْ تَسْأَلْ
non interrogauerunt illæ pl.	*nõ interrogauerũt illæ duæ.*	*nõ interrogauit illa.*

Et cum Nasbo.

لِيَسْأَلُوا	لِيَسْأَلَا	لِيَسْأَلَ
vt interrogent illi pl.	*vt interrogent illi duo.*	*vt interroget ille.*

Imperatiuum.

سَأَلُوا	سَأَلَا	سَلْ
interrogate vos pl.	*interrogate vos duo.*	*interroga tu vir.*
سَلْنَ	سَأَلَا	سَأَلِي
interrogate vos pl. fem.	*interrogate vos duæ.*	*interroga tu mul.*

Imperatiuum, prout Hamzatum, est

إِسْأَلُوا	إِسْأَلَا	إِسْأَلْ
interrogate vos pl.	*interrogate vos duo.*	*interroga tu vir.*
إِسْأَلْنَ	إِسْأَلَا	إِسْأَلِي
interrogate vos pl. fem.	*interrogate vos duæ.*	*interroga tu mul.*

Et memoria reuocandum est quod diximus, De scriptione & lectione, posse Hamzat sine ا etiam scribi, sine suppositione aliqua alterius literæ, idque intelligendum est, dũ non exigit suppositionem و vel ى, vnde scribi etiam poterit إِسْأَلْ *interroga*. & sic in cæteris omnibus.

Et in Coniugatione Passiua dices سُئِلَ *interrogatus est*. يُسْأَلُ *interrogatur*.

Nec est peculiaris difficultas de Verbis compositis, sed tantùm seruatis regulis iam præscriptis, dices.

Præteritum.	Modsar.	Imperatiuum.	Masdarum.	Nomen Agen.
اِلْتَأَمَ	يَلْتَئِمُ	اِلْتَئِمْ	اِلْتِئَامٌ	مُلْتَئِمٌ
consolidauit.	*consolidat.*	*consolida tu.*	*consolidatio.*	*consolidans.*
لَاءَمَ	يُلَائِمُ	لَائِمْ	مُلَاءَمَةٌ	مُلَائِمٌ
coniunctus est.	*coniungitur.*	*coniungere.*	*concordatio.*	*conueniens.*
اِلْتَأَمَ	يَلْتَئِمُ	اِلْتَئِمْ	اِلْتِئَامٌ	مُلْتَئِمٌ
sanatus est.	*sanatur.*	*sanare.*	*cicatrix.*	*sanatus.*
اِسْتَلْأَمَ	يَسْتَلْئِمُ	اِسْتَلْئِمْ	اِسْتِلْآمٌ	مُسْتَلْئِمٌ
vilis factus est.	*vilescit.*	*vilescere.*	*vilescere.*	*vilescens.*

تصريف الفعل المهموز اللام

Coniugatio Verbi Hamzati ل, seu tertia radicali.

OMnium Coniugationum, præterquam quintæ, esse potest Verbum Hamzatum ل, sicut Hamzatum ع; quamuis Hamzatum ف vix reperiatur, non solùm in quinta, sed nec in tertia Coniugatione. Verbum autem Hamzatum ل sicut & ع habent hoc ampliùs vltra Hamzatum ف, quòd etiam ad instar Infirmorum interdum coniugantur. Sed quia iam regulæ omnes supra traditæ sunt, superest hìc tantùm vt subiungamus exempla per singulas coniugationes.

Præteritum primæ & tertiæ Coniugationis.

بَرُءُوا	بَرَءَا	بَرَءَ
conualuerunt pl.	*conualuerunt duo.*	*conualuit ille.*
بَرُؤْنَ	بَرَأَتَا	بَرَأَتْ
conualuerunt illæ pl.	*conualuerunt illæ duæ.*	*conualuit illa.*
بَرُأْتُمْ	بَرَأْتُمَا	بَرَأْتَ
conualuistis vos pl.	*conualuistis vos duo.*	*conualuisti tu vir*
بَرُأْتُنَّ	بَرَأْتُمَا	بَرَأْتِ
conualuistis vos pl.fem.	*conualuistis vos duæ.*	*conualuisti tu mul.*
بَرَأْنَا		بَرَأْتُ
conualuimus nos.		*conualui ego.*

Modsarcum primæ & sextæ Coniugationis.

يَبْرُءُونَ	يَبْرَءَانِ	يَبْرَءُ
sanantur illi pl.	*sanantur illi duo.*	*sanatur ille.*
يَبْرُأْنَ	تَبْرَءَانِ	تَبْرَءُ
sanantur illæ pl.fem.	*sanantur illæ duæ.*	*sanatur illa mul.*
تَبْرُءُونَ	تَبْرَءَانِ	تَبْرَءُ
sanamini vos pl.	*sanamini vos duo.*	*sanaris tu.*
تَبْرُأْنَ	تَبْرَءَانِ	تَبْرَئِينَ
sanamini vos pl.fem.	*sanamini vos duæ.*	*sanaris tu mul.*
نَبْرَءُ		أَبْرَءُ
sanamur nos.		*sanor ego.*

Modsa-

Modsareum cum Gezmo.

لَمْ يَبْرُءُوا	لَمْ يَبْرَءَا	لَمْ يَبْرَءْ
non conualuerunt pl.	*non conualuerunt duo.*	*non conualuit ille.*
لَمْ يَبْرُأْنَ	لَمْ تَبْرَءَا	لَمْ تَبْرَءْ
non conualuerunt illæ pl.	*non conualuerunt illæ duæ.*	*non conualuit illa.*
لَمْ تَبْرُءُوا	لَمْ تَبْرَءَا	لَمْ تَبْرَءْ
non conualuistis vos pl.	*non conualuistis vos duo.*	*non conualuisti tu vir.*
لَمْ تَبْرُأْنَ	لَمْ تَبْرَءَا	لَمْ تَبْرَئِى
non conualuistis vos pl.fem.	*nõ conualuistis vos duæ.*	*nõ conualuisti tu mul.*
لَمْ نَبْرَءْ		لَمْ أَبْرَءْ
non conualuimus nos.		*non conualui ego.*

Modsareum cum Nasbo.

لِيَبْرُءُوا	لِيَبْرَءَا	لِيَبْرَءَ
vt conualescant illi pl.	*vt conualescant illi duo.*	*vt conualescat ille.*
لِيَبْرُأْنَ	لِتَبْرَءَا	لِتَبْرَءَ
vt conualescant illæ pl.fem.	*vt conualescant illæ duæ.*	*vt conualescat illa.*

Imperatiuum.

اِبْرُءُوا	اِبْرَءَا	اِبْرَءْ
conualescite pl.	*conualescite duo.*	*conualesce tu vir.*
اِبْرُأْنَ	اِبْرَءَا	اِبْرَئِى
conualescite vos pl.fem.	*conualescite vos duæ.*	*conualesce tu mul.*

Participium, seu Nomen Agentis.

بَارِءُونَ	بَارِئَانِ	بَارِئٌ
incolumes pl.	*incolumes duo.*	*incolumis.*
بَارِئَاتٌ	بَارِئَتَانِ	بَارِئَةٌ
incolumes pl.fem.	*incolumes duæ.*	*incolumis.*

Dicitur etiam بَرِىٌّ *immunis, liber.* بَرِيَّةٌ *libera, incolumis*: eorumque plurale بَرَاءٌ & أَبْرِيَاءُ *immunes, incolumes.*

Masdarum est بَرْءٌ & بُرُوءٌ *sanari, conualescere,* &c.

Præ-

Præteritum Verbi Hamzati ل, primæ, ſecundæ, & tertiæ Coniugationis.

هَنَؤُوا	هَنَأَا	هَنَأَ
profuerunt pl.	*profuerunt duo.*	de cibo *profuit.*
هَنَأْنَ	هَنَأَتَا	هَنَأَتْ
profuerunt pl. fem.	*profuerunt duæ.*	*profuit illa.*
هَنَأْتُمْ	هَنَأْتُمَا	هَنَأْتَ
profuiſtis vos pl. viri.	*profuiſtis vos duo.*	*profuiſti tu vir.*
هَنَأْتُنَّ	هَنَأْتُمَا	هَنَأْتِ
profuiſtis vos pl. fem.	*profuiſtis vos duæ.*	*profuiſti tu fem.*
هَنَأْنَا		هَنَأْتُ
profuimus nos.		*profui ego.*

Modſareum ſecundæ Coniugationis.

يَهْنِئُونَ	يَهْنِئَانِ	يَهْنَى
proſunt illi pl.	*proſunt illi duo.*	*prodeſt ille.*
يَهْنِئْنَ	تَهْنِئَانِ	تَهْنَى
proſunt illæ pl. fem.	*proſunt illæ duæ.*	*prodeſt illa.*
تَهْنِئُونَ	تَهْنِئَانِ	تَهْنَى
prodeſtis vos pl.	*prodeſtis vos duo.*	*prodes.*
تَهْنِئْنَ	تَهْنِئَانِ	تَهْنَئِينَ
prodeſtis vos pl. fem.	*prodeſtis vos duæ.*	*prodes tu fem.*
نَهْنَى		أَهْنَى
proſumus.		*proſum.*

Imperatiuum ſecundæ Coniugationis.

اِهْنَؤُوا	اِهْنَيَا	اِهْنَى
proſitis vos pl.	*proſitis vos duo.*	*proſis.*
اِهْنَئْنَ	اِهْنَيَا	اِهْنَئِى
proſitis vos pl. fem,	*proſitis vos duæ.*	*proſis tu fem.*

Modſa-

Modſareum tertiæ Coniugationis Hamzati ل.

يُهَنَّؤُونَ	يُهَنَّأَانِ	يُهَنَّأُ
nutriunt pl.	*nutriunt duo.*	*nutrit ille.*
يُهَنَّأْنَ	تُهَنَّأَانِ	تُهَنَّأُ
nutriunt illæ pl.	*nutriunt illæ duæ.*	*nutrit illa.*
تُهَنَّؤُونَ	تُهَنَّأَانِ	تُهَنَّأُ
nutritis vos pl.	*nutritis vos duo.*	*nutris tu.*
تُهَنَّأْنَ	تُهَنَّأَانِ	تُهَنَّئِينَ
nutritis vos pl. fem.	*nutritis vos duæ.*	*nutris tu.*
نُهَنَّأُ		أُهَنَّأُ
nutrimus nos.		*nutrio ego.*

Imperatiuum tertiæ Coniugationis.

اِهَنَّؤُوا	اِهَنَّأَا	اِهَنَّأْ
eſtote ſapidi pl.	*eſtote ſapidi duo.*	*eſto ſapidus.*
اِهْنَأْنَ	اِهْنَأَا	اِهْنَئِى
eſtote ſapidæ pl.	*eſtote ſapidæ duæ.*	*eſto ſapida.*

Præteritum quartæ Coniugationis Hamzati ل.

هُنِئُوا	هُنِيَا	هُنِئَ
euenerunt pl.	*euenerunt duo.*	*euenit.*
هُنِئْنَ	هُنِيَتَا	هُنِيَتْ
euenerunt illæ pl.	*euenerunt illæ duæ.*	*euenit illa.*
هُنِئْتُمْ	هُنِئْتُمَا	هُنِئْتَ
eueniſtis vos pl.	*eueniſtis vos duo.*	*eueniſti.*
هُنِئْتُنَّ	هُنِئْتُمَا	هُنِئْتِ
eueniſtis vos pl. fem.	*eueniſtis vos duæ.*	*eueniſti fem.*
هُنِئْنَا		هُنِئْتُ
euenimus nos.		*eueni ego.*

Modsareum quartæ Coniugationis procedit vt tertiæ. Similitèr & Imperatiuum quartæ, vt Imperatiuum tertiæ.

Masdarum.

هُنَاءَاتٌ	هُنَاءَانِ	هُنَاءٌ
nutritiones pl:	*nutritiones duæ.*	*nutritio, nutrire, prodesse.*

Participium actiuum, seu Nomen Agentis.

هَانِئُونَ	هَانِيَانِ	هَانِئٌ
proficui pl.	*proficui duo.*	*proficuus.*
هَانِئَاتٌ	هَنِيئَتَانِ	هَانِئَةٌ
proficuæ pl.	*proficuæ duæ.*	*proficua.*

Participium passiuum est مَهْنُوءٌ *nutritus.*

IN SEXTA Coniugatione Præteritum est بَرُءَ *immunis fuit.*

Modsareum sextæ iam supra recitatum est in prima Coniugatione.

Forma PASSIVA non habet peculiarem difficultatem, sed regulæ iam præscriptæ sufficiunt. Ita etiam de Verbis compositis. Quia verò concurrentia plurium defectuum in vno Verbo augent difficultatem reuolutionis; vt cùm Verbum est non solum *Hamzatum*, sed etiam simul Infirmum, & tunc maximè cùm in omnibus literis patitur debilitatem; propterea infra recitabimus Coniugationes aliquot Verborum maximè difficilium, vt nihil supersit explicandum: ex ipsis enim quicquid occurrere potest facilè dignosci poterit.

Coniugatio Verbi Hamzati ف & ل, & simul infirmi ع و.

Primæ Coniugationis.

هَآءُوا	هَآءَا	هَآءَ
concinnauerunt pl.	*concinnauerunt duo.*	*concinnauit.*
هُوْنَ	هَآءَتَا	هَآءَتْ
concinnauerunt pl. fem.	*concinnauerunt duæ.*	*concinnauit illa.*
هُوْتُمْ	هُوْتُمَا	هُوْتَ
concinnauistis vos pl.	*concinnauistis vos duo.*	*concinnauisti.*
هُوْتُنَّ	هُوْتُمَا	هُوْتِ
concinnauistis vos pl. mul.	*concinnauistis vos duæ.*	*concinnauisti tu mul.*
هُوْنَا		هُوْتُ
concinnauimus nos.		*concinnaui ego.*

Modsa-

Modsareum Hamzati ف & ل, & infirmi ع و.

Primæ Coniugationis.

يَأْؤُونَ	يَأْؤَانِ	يَأْؤُ
concinnant pl.	*concinnant duo.*	*concinnat.* pelles scilicet.
يَأْؤُونَ	تَأْؤَانِ	تَأْؤُ
concinnant pl. fem.	*concinnant duæ.*	*concinnat illa.*
تَأْؤُونَ	تَأْؤَانِ	تَأْؤُ
concinnatis vos pl.	*concinnatis vos duo.*	*concinnas tu vir.*
تَأْؤُونَ	تَأْؤَانِ	تَأْؤِينَ
concinnatis vos pl. fem.	*concinnatis vos duæ.*	*concinnas tu mul.*
نَأْؤُ		أَأْؤُ
concinnamus nos.		*concinno ego.*

Modsareum cum Gezmo.

لَمْ يَأْؤُوا	لَمْ يَأْؤَا	لَمْ يَأْؤُ
non concinnauerunt pl.	*non concinnauerunt duo.*	*non concinnauit ille.*
لَمْ يَأْؤُونَ	لَمْ تَأْؤَا	لَمْ تَأْؤُ
non concinnauerunt illæ pl.	*non concinnauerunt illæ duæ.*	*non cõcinnauit illa.*

Modsareum cum Nasbo.

لِيَأْؤُوا	لِيَأْؤَا	لِيَأْؤَ
vt concinnent pl.	*vt concinnent duo.*	*vt concinnet ille.*

Modsareum cum ن Confirmationis.

يَأْؤُنَّ	يَأْؤَانِّ	يَأْؤَنَّ
concinnabunt omnino illi pl.	*concinnabunt oĩo illi duo.*	*concinnabit oĩo ille.*
يَأْؤُنَانِّ	تَأْؤَانِّ	تَأْؤَنَّ
concinnabunt oĩo illæ pl. fem.	*concinnabũt oĩo illæ duæ.*	*concinnabit oĩo illa.*

Imperatiuum.

اؤُوا	اؤَا	اؤُ
concinnate vos pl.	*concinnate vos duo.*	*concinna tu vir.*

أُونَ أُوَا أُوِي

concinnate vos pl. fem. *concinnate vos duæ.* *concinna tu mul.*

Masdarum.

آوَآتٌ vel آوَاءٌ آوَانِ آوٌ

concinnationes pl. *concinnationes duæ.* *concinnatio.*

Dicitur de pellibus, quæ purgantur fructu, fronde, flore cuiusdam arboris, quæ dicitur آءٌ *Aaon.*

Nomen Agentis, seu Participium Actiuum.

آئُونَ آئِنَانِ آئٍ vel آءٌ

concinnantes pl. *concinnantes duo.* *concinnans.*

آئِنَاتٌ آئِنَانِ آئِنَةٌ

concinnantes pl. fem. *concinnantes duæ.* *concinnans mul.*

Participium Passiuum.

أُدُمٌ مَاوَآتٌ أَدِيمَانِ مَاوَءَانِ أَدِيمٌ مَاوِءٌ

pelles concinnatæ. *duæ pelles concinnatæ.* *pellis concinnata.*

At in Plurali, cùm fit mentio de Substantiuo, non sumitur Plurale Adiectiui, vt in exemplo allato, quod adductum est ad exemplum, sed coniungitur plurale Substantiuum indiuiduorum non rationalium cum Adiectiuo singulari Feminino, & dicitur أُدُمٌ مَاوِءَةٌ *pelles concinnatæ*: quod propriè sonat *pelles concinnata*, idest (dicunt Arabes) *multitudo pellium concinnata*. & hoc semper seruant. Adiectiua autem pluralia apponunt, vel cùm non fit mentio Substantiui, vel cùm Substantiuum est persona, nempe Deus, Angelus, Homo.

Coniugatio Verbi Hamzati ف, & Infirmi pariter ع & ل.

Secundæ Coniugationis.

وُوا وَيَا وَى

confugerunt pl. *confugerunt duo.* *confugit ille.*

وَيْنَ وَتَا وَتْ

confugerunt pl. fem. *confugerunt duæ.* *confugit illa.*

وَيْتُمْ وَيْتُمَا وَيْتَ

confugistis vos pl. viri. *confugistis vos duo.* *confugisti tu vir.*

اوِيتُن

وَيْتُنَّ وَيْتُمَا وَيْتِ

confugistis vos pl. fem. *confugistis vos duæ.* *confugisti tu mul.*

وَيْنَا وَيْتُ

confugimus nos. *confugi ego.*

Modsareum Hamzati ف, & Infirmi ع & ل.

Secundæ Coniugationis.

يَاوُونَ يَاوِيَانِ يَاوِي

confugiunt pl. *confugiunt duo.* *confugit ille.*

يَاوِينَ تَاوِيَانِ تَاوِي

confugiunt pl. fem. *confugiunt duæ.* *confugit illa.*

تَاوُونَ تَاوِيَانِ تَاوِي

confugitis vos pl. viri. *confugitis vos duo.* *confugis tu.*

تَاوِينَ تَاوِيَانِ تَاوِينَ

confugitis vos pl. fem. *confugitis vos duæ.* *confugis tu mul.*

نَاوِي أَوِي

confugimus nos. *confugio ego.*

Modsareum cum Gezmo.

لَمْ يَاوُوا لَمْ يَاوِيَا لَمْ يَاوِ

non confugerunt pl. *non confugerunt duo.* *non confugit ille.*

لَمْ يَاوِينَ لَمْ تَاوِيَا لَمْ تَاوِ

non confugerunt pl. fem. *non confugerunt duæ.* *non confugit illa.*

Modsareum cum Nasbo.

لِيَاوُوا لِيَاوِيَا لِيَاوِيَ

vt confugiant pl. *vt confugiant duo.* *vt confugiat ille.*

Imperatiuum.

اِيوُوا اِيوِيَا اِيوِ

confugite vos pl. *confugite vos duo.* *confuge tu vir.*

اِيوِينَ اِيوِيَا اِيوِي

confugite pl. fem. *confugite duæ.* *confuge tu mul.*

Masda-

Masdarum.

أَوًى	أَوَيَانِ	أَوَيَاتٌ
confugere.	*confugia duo.*	*confugia pl.*
إِىٌّ	إِيَّانِ	إِيَّاتٌ
mansio, manere.	*mansiones duæ.*	*mansiones pl.*

Et in alia acceptione Masdarum est ex اوى *miseratus est*, ءَاوِيَةٌ vel ءَايَةٌ vel مَاوِيَةٌ vel مَاوَاةٌ *misereri, miseratio, susceptio.*

Participium.

آوٍ vel ءَالٍ أَوًى	آوِيَانِ	آوُونَ
confugiens.	*confugientes duo.*	*confugientes pl.*
آوِيَةٌ	آوِيَتَانِ	آوِيَاتٌ
confugiens fem.	*confugientes duæ.*	*confugientes pl. fem.*

Nomen Temporis, & Loci.

مَأْوًى	مَأْوَيَانِ	مَأْوَى vel مَأْوٍ vel مَأْوَى vel الْمَأْوَى
confugium, asylum.	*confugia duo.*	*confugia pl.*

Et cum ة in fine, nota generis feminini.

مَأْوَاةٌ	مَأْوَاتَانِ	مَأْوًى vel مَأْوٍ vel الْمَأْوَى
hospitium.	*hospitia duo.*	*hospitia pl.*

Coniugatio Verbi Infirmi و ف, Hamzati ع, item infirmi ى ل.

Secundæ Coniugationis.

وَءَى	وَءَيَا	وَءَوْا
fideiussit.	*fideiusserunt duo.*	*fideiusserunt pl.*
وَءَتْ	وَءَتَا	وَءَيْنَ
fideiussit illa.	*fideiusserunt illæ duæ.*	*fideiusserunt illæ pl.*
وَءَيْتَ	وَءَيْتُمَا	وَءَيْتُمْ
fideiussisti.	*fideiussistis vos duo.*	*fideiussistis vos pl.*
وَءَيْتِ	وَءَيْتُمَا	وَءَيْتُنَّ
fideiussisti tu mul.	*fideiussistis vos duæ.*	*fideiussistis vos pl. fem.*
وَءَيْتُ *fideiussi ego*		وَءَيْنَا *fideiussimus nos.*

Modsa-

Modsareum præcedentis, secundæ Coniugationis.

يَأْوُونَ	يَأْوَيَانِ	يَأْوِى
fideiubent illi pl.	*fideiubent illi duo.*	*fideiubet ille.*
يَأْوِينَ	تَأْوَيَانِ	تَأْوِى
fideiubent illæ pl.	*fideiubent illæ duæ.*	*fideiubet illa.*
تَأْوُونَ	تَأْوَيَانِ	تَأْوِى
fideiubetis vos pl.	*fideiubetis vos duo.*	*fideiubes.*
تَأْوِينَ	تَأْوَيَانِ	تَأْوِينَ
fideiubetis vos pl. fem.	*fideiubetis vos duæ.*	*fideiubes tu mul.*
نَأْوِى		ءَأْوِى
fideiubemus nos.		*fideiubeo ego.*

Modsareum cum Gezmo.

لَمْ يَأْوُوا	لَمْ يَأْوِيَا	لَمْ يَأْوِ
non fideiusserunt pl.	*non fideiusserunt duo.*	*non fideiusit ille.*
لَمْ يَأْوِينَ	لَمْ تَأْوِيَا	لَمْ تَأْوِ
non fideiusserunt illæ pl.	*non fideiusserunt illæ duæ.*	*non fideiusit illa.*
لَمْ تَأْوُوا	لَمْ تَأْوِيَا	لَمْ تَأْوِ
non fideiusistis vos pl.	*non fideiusistis vos duo.*	*non fideiusisti tu.*
لَمْ تَأْوِينَ	لَمْ تَأْوِيَا	لَمْ تَأْوِى
non fideiusistis vos pl. fem.	*non fideiusistis vos duæ.*	*non fideiusisti tu mul.*
لَمْ نَأْوِ		لَمْ أَأْوِ
non fideiusimus nos.		*non fideiusi ego.*

Modsareum cum Nasbo.

لِيَأْوُوا	لِيَأْوِيَا	لِيَأْوِىَ
vt fideiubeant illi pl.	*vt fideiubeant illi duo.*	*vt fideiubeat ille.*
لِيَأْوِينَ	لِتَأْوِيَا	لِتَأْوِىَ
vt fideiubeant illæ pl.	*vt fideiubeant illæ duæ.*	*vt fideiubeat illa.*
		لِتَأْوُوا

لِتَاءُوا	لِتَاءِيَا	لِتَاءِىَ
vt fideiubeatis vos pl.	*vt fideiubeatis vos duo.*	*vt fideiubeas tu.*
لِتَاءِينَ	لِتَاءِيَا	لِتَاءِىّ
vt fideiubeatis vos pl. fem.	*vt fideiubeatis vos duæ.*	*vt fideiubeas tu mul.*
لِنَاءِىَ		لِأَيِئَ
vt fideiubeamus nos.		*vt fideiubeam ego.*

Imperatiuum.

أَوِا	ءَايَا	إِى vel إِ vel ءَهْ
fideiubete vos pl.	*fideiubete vos duo.*	*fideiube.*
ءَيْنَ	ءَايَا	ءَى
fideiubete vos pl. fem.	*fideiubete vos duæ.*	*fideiube tu mul*

Masdarum est وَأْىٌ *fideiubere, patrocinari, promittere.*

Participium Actiuum.

وَآءُونَ	وَآءِيَانِ	وَآءٌ
fideiussores pl.	*fideiussores duo.*	*fideiussor.*
وَآءِيَاتٌ	وَآءِيَتَانِ	وَآءِيَةٌ
patrocinatrices pl.	*patrocinatrices duæ.*	*patrocinatrix.*

Coniugatio Verbi Hamzati ع infirmi ل tertiæ Coniug:

رَأَوْا	رَأَيَا	رَأَى
viderunt illi pl.	*viderunt illi duo.*	*vidit ille.*
رَأَيْنَ	رَأَتَا	رَأَتْ
viderunt illæ pl.	*viderunt illæ duæ.*	*vidit illa.*
رَءَيْتُمْ	رَءَيْتُمَا	رَأَيْتَ
vidistis vos pl.	*vidistis vos duo.*	*vidisti tu.*
رَءَيْتُنَّ	رَءَيْتُمَا	رَءَيْتِ
vidistis vos pl. fem.	*vidistis vos duæ.*	*vidisti tu mul.*
رَءَيْنَا		رَأَيْتُ
vidimus nos.		*vidi ego.*

Modsa-

Modsareum tertiæ Coniugationis.

EX præcedenti radice رَأَى *vidit*, formant Modsareum, reiecta Hamzat, perinde ac si radix tantùm esset رى: & dicunt

يَرَوْنَ	يَرَيَانِ	يَرَى
vident illi pl.	*vident illi duo.*	*videt ille.*
يَرَيْنَ	تَرَيَانِ	تَرَى
vident illæ pl.	*vident illæ duæ.*	*videt illa.*
تَرَوْنَ	تَرَيَانِ	تَرَى
videtis vos pl.	*videtis vos duo.*	*vides tu vir.*
تَرَيْنَ	تَرَيَانِ	تَرَيْنَ
videtis vos pl fem.	*videtis vos duæ.*	*vides tu mul.*
نَرَى		أَرَى
videmus, vel *videbimus nos.*		*video*, vel *videbo ego.*

Imperatiuum.

Vel tamquam ex præcedenti Modsareo, reiecta Hamzat.

رَوْا	رَيَا	رَ vel رَهْ
videte vos pl.	*videte vos duo.*	*vide tu vir.*
رَيْنَ	رَيَا	رَى
videte pl. fem.	*videte vos duæ.*	*vide tu mul.*

Et licet etiam dicere cum Hamzat, vt

ءَارْءَوْا	ءَارْءَيَا	ءَارْءَ
videte vos pl.	*videte vos duo.*	*vide tu.*
ءَارْءَيْنَ	ءَارْءَيَا	ءَارْءَى
videte vos pl. fem.	*videte vos duæ.*	*vide tu mul.*

Modsareum cum ن confirmationis.

يَرَوُنَّ vel يَرَوْنَ	يَرَيَانِّ	يَرَيَنَّ vel يَرَيْنَ
videbunt omnino illi pl.	*videbunt oĩo illi duo.*	*videbit oĩo ille.*
يَرَيْنَانِّ	تَرَيَانِّ	تَرَيَنَّ vel تَرَيْنَ
videbunt oĩo illæ pl. fem.	*videbunt oĩo illæ duæ.*	*videbit oĩo illa.*

تَرَوْنَ vel تَرَوْنَ
videbitis oĩo vos pl.

تَرَيَانِ
videbitis oĩo vos duo.

تَرَيْنَ vel تَرِيْنَ
videbis oĩo tu vir.

تَرَيْنَانِ
videbitis oĩo vos pl. fem.

تَرَيَانِ
videbitis oĩo vos duæ.

تَرَيْنَ vel تَرِيْنَ
videbis oĩo tu mul.

نَرَيْنَ vel نَرَيْنَ
videbimus nos omnino.

أَرَيْنَ vel أَرَيْنَ
videbo ego omnino.

Et notandum, quòd ى secundæ personæ singularis femininæ non est ى radicale, sed personale, quod non reijcitur, sed mouetur vocali Chesro, quia præcedit immediatè Fathhum. Similiter nec reijcitur و personale pluralium masculinorum: prout supra diximus, agentes de ن confirmationis Verborum Deficientiũ.

Participium Actiuum.

رَاءُونَ
videntes pl.

رَاءِيَانِ
videntes duo.

رَاءٍ vel اَلرَّاءِى
videns.

رَوَاءٍ vel رَاءِيَاتٌ
videntes pl. fem.

رَاءِيَتَانِ
videntes duæ.

رَاءِيَةٌ
videns mul.

Participium Passiuum.

مَرْءِيُّونَ
visi pl.

مَرْءِيَّانِ
visi duo.

مَرْءِيٌّ
visus.

مَرْءِيَّاتٌ
visæ pl.

مَرْءِيَّتَانِ
visæ duo.

مَرْءِيَّةٌ
visa.

Nomen Loci, & Temporis.

مَرَاءٍ vel اَلْمَرْءَى
speculæ pl.

مَرْءَاتَانِ
speculæ duæ.

مَرْءَاةٌ
speculæ.

Nomen Instrumenti.

مَرَاءٍ
speculæ pl.

مِرْءَاتَانِ
speculæ duo.

مِرْءَاةٌ
speculum.

Expedit quoque hic apponere coniugationem compositi افعل ex hoc Verbo راى, *vidit:* Reijciunt enim in omnibus reuolutionibus eius Hamzat, quasi radix esset tantùm رى: & dicunt in Præterito أَرَى *ostendit*, pro أَرْءَى. Et in Modsareo يَرِى

يُرِى *ostendit, & ostendet.* Masdarum autem إِرَآءٌ vel إِرَايَةٌ *ostendere, & ostensio:*

Et in Imperatiuo dicunt

أَرُوا
ostendite vos pl.

أَرِيَا
ostendite vos duo.

أَرِ
ostende tu vir.

أَرِينَ
ostendite vos pl. fem.

أَرِيَا
ostendite vos duæ.

أَرِى
ostende tu mul.

Et cum ن confirmationis.

أَرُنَّ
ostendite vos oĩo pl.

أَرِيَانِّ
ostendite oĩo vos duo.

أَرِيَنَّ
ostende oĩo tu vir.

أَرِينَانِّ
ostendite oĩo vos pl. fem.

أَرِيَانِّ
ostendite oĩo vos duæ.

أَرِنَّ
ostende oĩo tu mul.

Participium Actiuum.

مُرُونَ
ostendentes pl.

مُرِيَانِ
ostendentes duo.

مُرٍ
ostendens vir.

مُرِيَاتٌ
ostendentes pl. fem.

مُرِيَتَانِ
ostendentes duæ.

مُرِيَةٌ
ostendens fem.

Participium Passiuum.

مُرُونَ
ostensi pl.

مُرِيَانِ
ostensi duo.

مُرًى
ostensus.

مُرَاءٍ vel مُرِيَاتٌ
ostensæ pl. fem.

مُرَاتَانِ
ostensæ duæ.

مُرَاةٌ
ostensa.

Coniugatio Verbi Infirmi ى ف, & Hamzati ء, 4. & 5. Coniug.

QVamuis dicant Auctores non esse Verbum Hamzatum quintæ, aut alterius Coniugationis, hoc intelligendum est secundum regulam, non verò de exceptis, ex quibus est hoc vnum; quod modo in medium afferimus, cuius est

Præteritum quartæ & quintæ Coniugationis.

يَئِسُوا
desperauerunt pl.

يَئِسَا
desperauerunt duo.

يَئِسَ
desperauit ille.

يَئِسْنَ
desperauerunt illæ pl.

يَئِسَتَا
desperauerunt illæ duæ.

يَئِسَتْ
desperauit illa.

يِئْسْتُمْ	يِئْسْتُمَا	يِئْسْتَ
desperastis vos pl.viri.	*desperastis vos duo.*	*desperasti tu vir.*
يِئْسْتُنَّ	يِئْسْتُمَا	يِئْسْتِ
desperastis vos pl.mul.	*desperastis vos duæ.*	*desperasti tu mul.*
يِئْسْنَا		يِئْسْتُ
desperauimus nos.		*desperaui ego.*

Modsareum.

IN Modsareo quartæ Coniugationis, quia sequitur Fathhum, apponunt vocalem Chesrum pro Fathho literæ ى, propter concursum (vt aiunt, & refert Chamus in dictione يئس) duorum ىى: vnde cessat ratio in ceteris literis Modsareis, quare dices in

Modsareo quartæ Coniugationis.

يِيَأَسُونَ	يِيَأَسَانِ	يِيَأَسُ
desperant pl.	*desperant duo.*	*desperat ille.*
يِيَأَسْنَ	تِيَأَسَانِ	تَيَأَسُ
desperant illæ pl.	*desperant illæ duæ.*	*desperat illa.*
تَيَأَسُونَ	تَيَأَسَانِ	تَيَأَسُ
desperatis vos pl.viri.	*desperatis vos duo.*	*desperas tu vir.*
تَيَأَسْنَ	تَيَأَسَانِ	تَيَأَسِينَ
desperatis vos pl.fem.	*desperatis vos duæ.*	*desperas tu mul.*
نَيَأَسُ		أَيَأَسُ
desperamus nos.		*despero ego.*

Modsareum quintæ Coniugationis.

يِيْئَسُونَ	يِيْئَسَانِ	يِيْئَسُ
desperabunt illi pl.	*desperabunt illi duo.*	*desperabit ille.*
يِيْئَسْنَ	تِيْئَسَانِ	تِيْئَسُ
desperabunt pl.fem.	*desperabunt duæ.*	*desperabit illa.*
تِيْئَسُونَ	تِيْئَسَانِ	تِيْئَسُ
desperabitis vos pl.viri.	*desperabitis vos duo.*	*desperabis tu vir.* تِيْئَسِينَ

تِيْئَسْنَ	تِيْئَسَانِ	تِيْئَسِينَ
desperabitis vos pl.fem.	*desperabitis vos duæ.*	*desperabis tu mul.*
نِيْئَسُ		أَيْئَسُ
desperabimus nos.		*desperabo ego.*

Imperatiuum quartæ Coniugationis.

إِيَأَسُوا	إِيَأَسَا	إِيَأَسْ
desperate vos pl. viri.	*desperate vos duo,*	*despera tu vir.*
إِيَأَسْنَ	إِيَأَسَا	إِيَأَسِي
desperate vos pl. fem.	*desperate vos duæ.*	*despera tu mul.*

Imperatiuum quintæ Coniugationis.

إِيْئَسُوا	إِيْئَسَا	إِيْئَسْ
desperate vos pl.viri.	*desperate vos duo.*	*despera tu vir.*
إِيْئَسْنَ	إِيْئَسَا	إِيْئَسِي
desperate vos pl.fem.	*desperate vos duæ.*	*despera tu mul.*

Masdarum.

يَأْسٌ	يَأْسَانِ	يَأْسَاتٌ vel أَيْآسٌ
desperare.	*desperare bis.*	*desperare pluries.*

Vel sic cum ة.

يَأْسَةٌ	يَأْسَتَانِ	يَأْسَاتٌ vel يَآئِسُ
desperatio.	*desperationes duæ.*	*desperationes pl.*

Participium, Adiectiuum.

يَئِسٌ	يَئِسَانِ	يَآئِسٌ
desperans.	*desperantes duo.*	*desperantes pl.*

Et sic dicitur cum tribus syllabis breuibus, nam media syllaba breuis est, & profertur singulare *Bausson*, & non *Baùson*, nam و non quiescit ita vt faciat syllabam longam, sed tantùm est suppositum ipsi Hamzat ad immutandum sonum Dsammi ex O in V, sed in V breue; nam Hamzat & و se habent per modum vnius literæ sustinentis vnicam vocalem, vnde syllaba breuis est. Potest etiam Hamzat & و (& quod de و dicitur, intelligendum est etiam de ى & ا, scilicet cum

cum ſua cuiuſque vocali correſpondenti) ita ſimul iungi, vt non ſint per modum vnius literæ vnicam vocalem ſuſtinentis, ſed per modum duarum, ita vt prior ſuſtineat vocalem posterior autem quieſcens contrahatur post vocalem ad componẽdam eandem ſyllabam, ita vt fiat ſyllaba compoſita ex vnica vocali & duplici conſonante, priore mota, poſteriore verò quieſcente: vnde fiat ſyllaba longa. Priùs dicitur ſuppoſitio literæ ſubtus Hamzat: non autem quod poſteriùs explicatum eſt. Participium ſeu Adiectiuum mox allatum eſt cum ſuppoſitione و ſubtus Hamzat, & ſyllaba breui. Mox afferemus idem Adiectiuum cum و quieſcenti, & ſyllaba longa: in quo dices

Participium Adiectiuum alio modo.

يُـــوسٌ	يُـــوسَانِ	يُـــوسٌ
deſperati,& deſperatæ.	*deſperati duo,*vel *duæ.*	*deſperatus,& deſperata.*

Coniugatio Verbi Quaternarij, infirmi ف & ل primi ى, & Hamzati ع & ل ſecundi, inſuper & concordati.

NE Tyroni dubium occurrat circa Verba quattuor literarum ſimplicia, cùm nullibi ſit exemplum de ipſis appoſitum inter minus perfecta, libuit hìc vltimo loco Verbum apponere, quod omnes ſimul patitur debilitates, nempe Duplicatum ſeu Concordatum, Infirmum, & Hamzatum, vt in vno diſcat omnia.

Præteritum.

يُأْيَـــوْا	يُأْيَـــا	يُأْيَأَ
vocauerunt pl.	*vocauerunt duo.*	*vocauit ille.*
يُأْيَأْنَ	يُأْيَأَتَا	يُأْيَأَتْ
vocauerunt pl.fem.	*vocauerunt duæ.*	*vocauit illa.*
يُأْيَأْتُمْ	يُأْيَأْتُمَا	يُأْيَأْتَ
vocaſtis vos pl.	*vocaſtis duo.*	*vocaſti tu vir.*
يُأْيَأْتُنَّ	يُأْيَأْتُمَا	يُأْيَأْتِ
vocaſtis vos pl.fem.	*vocaſtis vos duæ.*	*vocaſti tu mul.*
يُأْيَأْنَا		يُأْيَأْتُ
vocauimus nos.		*vocaui ego.*

Modſareum.

يُوَأْيِسُونَ	يُوَأْيِسَانِ	يُوَأْيِسُ
vocant illi pl.	*vocant illi duo.*	*vocat ille.*
يُوَأْيِسْنَ	تُوَأْيِسَانِ	تُوَأْيِسُ
vocant illæ pl.	*vocant illæ duæ.*	*vocat illa.*

تُوَأْيِسُونَ	تُوَأْيِسَانِ	تُوَأْيِسُ
vocatis vos pl.viri.	*vocatis vos duo.*	*vocas tu.*
تُوَأْيِسْنَ	تُوَأْيِسَانِ	تُوَأْيِسِينَ
vocatis vos pl.fem.	*vocatis vos duæ.*	*vocas tu mul.*
نُوَأْيِسُ		أُوَأْيِسُ
vocamus nos.		*voco ego.*

Imperatiuum.

يُأْيَـــوْا	يُأْيَـــا	يُأْيَ
vocate vos viri.	*vocate duo.*	*voca tu vir.*
يُأْيَأْنَ	يُأْيَأَتَا	يُأْيِسِي
vocate vos pl.fem.	*vocate vos duæ.*	*voca tu mul.*

Maſdarum, generis maſculini.

يِـــيَـــاءٌ	يِـــيَـــاءَانِ	يِـــيَـــاءَاتٌ
vocatio.	*vocationes duæ.*	*vocationes pl.*

Maſdarum, generis feminini.

يِـــيَـــاءَةٌ	يِـــيَـــاءَتَانِ	يِـــيَـــاءَاتٌ
clamatio,clamare.	*clamationes duæ.*	*clamationes pl.*

Participium Actiuum, ſeu Nomen Agentis.

مُوَأْيِـــيٌ	مُوَأْيِـــيَانِ	مُوَأْيِـــونَ
clamans.	*clamantes duo.*	*clamantes pl.*
مُوَأْيِـــيَةٌ	مُوَأْيِـــيَتَانِ	مُوَأْيِـــيَاتٌ
clamans.	*clamantes duæ.*	*clamantes pl.fem.*

Participium Paſsiuum, item Nomen inſtrumenti, Loci, & Temporis.

مُوَأْيَـــاةٌ	مُوَأْيَـــانِ	يُأْيَـــى
Inſtr. loca.& tẽp.clamandi.	*duo inſtr.loc.& tẽp clamandi.*	*inſtr.loc.& tẽp.clamãdi.*

Vnum hic vltimo loco ſupereſt de Verbis notandum: nempe ex ternarijs formari interdum Imperatiuum ad inſtar فَعَالَ, vt ex نزل *deſcendit*, fiat نَزَالَ *deſcende*. Cetera verò de Verbis iam nota ſunt ex dictis. Modò breuibus dicendum eſt de Nomine.

DE NOMINE

EIVSQ. PROPRIETATIBVS.

NOMEN dicitur اِسْمٌ, & definitur Arabibus sic اَلْاِسْمُ هُوَ كَلِمَةٌ دَالَّةٌ بِنَفْسِهَا عَلَى مَعْنًى غَيْرُ مُقْتَرِنٍ بِأَحَدِ الْأَزْمِنَةِ الثَّلَاثَةِ *Nomen est dictio per se significatiua sine tempore*. ad differentiam Verbi, quod significat cum tempore: & ad differentiam حَرْفٌ *Harf*, scilicet *Particulæ*, quæ non est per se significatiua, nisi alteri iuncta.

QVINQVE autem sunt proprietates Nominis: & signa, quibus distinguitur à reliquis Orationis partibus, nempe Articulus, Præpositio seu Præfixio particulæ Giarri, Tanuinum, esse Mobtadaum siue Subiectum, & Annexio.

Prima proprietas est Articulus, quem dicunt Arabes اَلْمَعْرِفَةُ, ideſt *Notificatio*, quia per ipsum fit Nomen notum & determinatum, quod aliàs erat indeterminatum & vagum. Est autem vnicus respectu omnium tam Generum quàm Casuum Articulus, talis اَلْ, qui præfigitur Nomini sic, exempli gratia رَجُلٌ *vir quidam*, adiuncto Articulo fit اَلرَّجُلُ *l'huomo, talis homo, iste vel ille homo*, non iam amplius quidam vir, sed *notatus vir*. Et quia Articulus eiusmodi determinationem operatur, propterea Nomina propria, quia ex se determinata sunt, Articulum non admittunt, nec enim dicitur اَلزَّيْدُ *il Zaido*. Sed in Duali & Plurali, propter aliqualem indeterminationem, dici poterit اَلزَّيْدَانِ *li due Zaidi*, اَلزَّيْدُونَ *li Zaidi*.

Determinatio autem eiusmodi, vel est ratione Speciei, vel ratione Indiuidui, vel ratione Vniuersitatis. Ratione Speciei, vt cùm dicitur اَلْاِنْسَانُ نَاطِقٌ *homo est rationalis*. & hìc, *homo*, supponit pro Specie, nempe pro Homine, prout distinguitur à ceteris rerum speciebus. Ratione Indiuidui, vt cùm quis proloquutus iam fuerat de vno quodam homine, & de vno quodam equo, deinde subiungat dicens وَالرَّجُلُ عَقَلَ الْفَرَسَ *& vir ligauit equum*. Determinatio ratione Collectionis seu Vniuersitatis, vt cùm dicitur اَلْاِنْسَانُ سَيَمُوتُ *homo tandem moritur*: vbi *homo* supponit pro singulis Indiuiduis, non pro Specie, quæ non moritur.

Secunda Nominis proprietas est, suscipere præfixionem vel præmissionem particulæ Giarri: quæ sunt مِنْ *ex, a, ab*, اِلَى *vsque ad*, exclusiuè, propriè & in rigore, حَتَّى *vsque ad*, inclusiuè, فِي *in*, عَلَى *super, circa, versùs, prout*

contra: عَنْ *a, ab, de, pro*. مُذْ vel مُنْذُ *e, ex*, respectu temporis, مَا عَدَا vel خَلَا vel مَا خَاشَا vel حَاشَا *præterquam, excepto, nisi*, رُبَّ *vix, fortè, fortasse*, & prædictæ omnes particulæ præmittuntur Nomini: sequentes verò præfiguntur iunctæ ipsis Nominibus in principio, nempe بِ *cum, in, per*, qua dicitur, بِزَيْدٍ *per Zaidum*, vel *mediante Zaido*, vel *cum Zaido*, vel *in Zaido*, vel *iuxta Zaidum*. لِ, quæ est nota Datiui casus, item significat *ad, propter*, qua dicitur لِزَيْدٍ *Zaido, ad Zaidum*, vel *propter Zaidum*. وَ *per*, iuramenti, vt وَزَيْدٍ *per Zaidum*, iuro scilicet. تَ *per*, etiam iuramenti, quæ tantùm Nomini اَللّٰهُ *Deus* præfigitur, vt تَاللّٰهِ *per Deum*, scilicet iuro. item كَ *sicut, ad instar, veluti*, vt كَمَلَاكٍ *sicut Angelus, qualis Angelus*. Et cum præmissis dices مِنَ الْمَسْجِدِ *de templo*. اِلَى الْمَسْجِدِ *ad templum*. حَتَّى الْمَسْجِدِ *vsque ad templum*. فِي الْمَسْجِدِ *in templo*. عَلَى الْمَسْجِدِ *super templum*, vel *contra templum*, vel *circa*, vel *prope templum*. عَنِ الْمَسْجِدِ *à templo, de templo*, vel *pro templo*. مَا عَدَا الْمَسْجِدِ *excepto templo*. رُبَّ مَسْجِدٍ وَاسِعٍ وَجَدْتُ *vix aliquod templum capax reperi*. مُذْ يَوْمٍ ثَالِثٍ رَأَيْتُكَ *à die iam tertio vidi te*, vel præmissa negatione مَا رَأَيْتُكَ مُنْذُ يَوْمٍ ثَالِثٍ *tertius iam agitur dies ex quo te non vidi*.

Tertia proprietas Nominis est Tanuin, quod Nomini carenti articulo (non habenti aliquod affixum, nec annexo alteri Nomini) apponitur in fine: estque signum indeterminationis semper in Appellatiuis, non autem in Propriis. Est item Tanuinum quintuplex: nempe primò ad inflectendum & declinandum ipsum Nomen, vt cùm in casu recto dicitur cum Tanuino Dsammi زَيْدٌ *Zaidus*: & in casu Nasbo cum Tanuino Fathhi, زَيْدًا *Zaidum*: & in casu Giarri seu Chafdsi زَيْدٍ *Zaidi*, vel *Zaido*. Hoc Tanuinum non est indeterminationis, quia Zaidus est nomen proprium, ac proinde ex se determinatum, non indigens articulo اَلْ ad sui determinationem. vnde vocant hoc Tanuinum تَنْوِينَ الْمَكْنِ *Tanuinum reuolutionis*, quod proprium est Nominum reuolubilium: sunt enim quædam Nomina quæ dicuntur irreuolubilia, & nunquam valent suscipere Tanuinum, prout dicemus inferius, Declinationes Nominum recensentes.

Secundum est Tanuinum ignorationis seu indeterminationis, dictum Arabibus تَنْوِينَ النَّكِرَةِ, quod est in omnibus Nominibus appellatiuis, vt diximus, quæ, dum carent articulo & annexione & affixo, habent Tanuinum, & significant tunc

vagè & indeterminatè, vt رَجُلٌ *vir quidam*. اِمْرَأَةٌ *quædam mulier*. Imò quibuſdam particulis ſeu vocibus aut dictionibus indeclinabilibus Tanuinum interdum apponitur, in ſignum indeterminationis, vt inquit Camus in dictione حى, poſt medium verſus finem, vbi dicit, dictioni حَيْهَلَ compoſitæ ex حى & هلا, poſſe apponi Tanuinum in ſignum vagæ ſignificationis, ſic حَيْهَلٌ, quod ſignificat *veni cito, accelera*. Et ibi dicit etiam Camus, omnibus dictionibus indeclinabilibus poſſe Tanuinum apponi, in ſignum indeterminationis.

Tertium eſt تَنْوِيْنُ الْمُقَابَلَةِ *Tanuinum contrapoſitionis*, ſeu *correlationis*, quod ponitur in fine Pluralis ſani feminini, vt نَاصِرَاتٌ *adiutrices:* dicunt enim, hoc Tanuinum correſpondere literæ ن Pluralis ſani maſculini, vt in نَاصِرِيْنَ *adiutores*. Eſt etiam Tanuinum correſpondentiæ quod apponitur Nominibus irreuolubilibus, præter regulam, ratione concinnitatis orationis, ex eo quia ſimul prolatum ſit aliquod Nomen reuolubile cum Tanuino, deinde ſubiungendum ſit aliquod Nomen irreuolubile, quod à regula priuatur Tanuino: tunc ſi elegantior videatur ſermo, poterit apponi Tanuinum etiam irreuolubili, propter concurſum conſimilis Nominis, habentis conſimile Tanuinum, vt ſi quis exempli gratia dicat جَعَلَ عَلَيْهِ اَغْلَالاً وَسَلاَسِلاً *impoſuit ei compedes & cateñas*. Vbi licet dicere cum Tanuino in Plurali سَلاَسِلُ, quod eſt irreuolubile, ex eo quòd ſubiungatur poſt alterum Plurale habens aliqualem ſimilitudinem, vt eſt أَغْلاَلاً *compedes*.

Quartum eſt تَنْوِيْنُ الْعِوَضِ *Tanuinum compenſationis*, quando loco literæ reiectæ ſubſtituitur Tanuinum, vt accidit in Nominibus Infirmis vltima, præcedente immediatè Cheſro, in caſibus Rapheo & Giarro: vt قَاضٍ *iudex*, vel *iudicis*, & ſic dicitur pro قَاضِيٌ *iudex*, & قَاضٍ *iudicis*. In quibuſdam etiam particulis hoc accidit, vt حِيْنَئِذٍ *tunc, illo tempore*, & يَوْمَئِذٍ *illo die*; quæ ſunt particulæ compoſitæ ex يَوْمٌ *dies*, & حِيْنٌ *tempus*, & particula اِذَا *quando*, & Tanuinum ſubſtitutum eſt loco ا reiectæ.

Quintum eſt تَنْوِيْنُ التَّرَنُّمِ *Tanuinum rhythmi*, quod licentia poetica vſurpatur in verſibus ad deſinentiæ concinnitatem: vt in Alcorano etiam Verbis appoſuit pſeudopropheta, dicēs لَنَسْفَعًا *vtiq; attrahemus* pro لَنَسْفَعَنْ, vel certè pro لَنَسْفَعَنْ cum ن confirmationis; & vſurpauit loco eius Tanuinum, vt redderet præcedentibus verſibus conſimilem deſinentiam. Hoc idem licet etiam in Nominibus irreuolubilibus, & multo magis in carminibus, cùm liceat etiam & in ſoluta oratione.

QVAR-

QVARTA proprietas Nominis eſt اَلْاِسْنَادُ لَهُ *adhæſio ipſi*, ſcilicet quòd poſſit eſſe ſubiectum Orationis, & de ipſo aliquid enuncietur, vt قَامَ زَيْدٌ *ſurrexit Zaidus*.

QVINTA tandem Nominis proprietas eſt اَلْاِضَافَةُ *annexio*, cùm ſcilicet Nomen annectitur Nomini, à quo determinatur, & Latini vocant, Eſſe in regimine, vt كِتَابُ زَيْدٍ *liber Zaidi*. Et priùs Nomen dicitur مُضَافٌ *annexum*: poſteriùs verò مُضَافٌ اِلَيْهِ *cui annexum eſt*. Et huiuſmodi annexio duplex eſt, alia enim dicitur مَعْنَوِيٌّ *realiter ſignificans*, ſeu حَقِيْقِيٌّ *vera*: altera autem dicitur غَيْرُ حَقِيْقِيٍّ *non vera*, ſeu لَفْظِيٌّ *prolatione tantùm*. Vera eſt quando poteſt reſolui per particulam لِ, quæ eſt nota Datiui caſus, ſignificans poſſeſſionem, vel dominium, vt in exemplo allato كِتَابُ زَيْدٍ *liber Zaidi*, importatur dominium, ſeu poſſeſsio qua Zaidus obtinet librum, perinde ac ſi diceretur اَلْكِتَابُ الَّذِى لِزَيْدٍ *liber qui eſt Zaido*, vel *quem habet Zaidus*. Item vera eſt etiam quæ poteſt reſolui per particulam مِنْ *ex, de:* quæ importat materiam ex qua, vt خَاتَمُ ذَهَبٍ *anulus auri*, idem eſt ac ſi diceretur اَلْخَاتَمُ الَّذِى مِنْ ذَهَبٍ *annulus qui eſt ex auro*. Cæteræ autem, quæ neutro ex his modis reſolui poſſunt, dicuntur annexiones tantùm prolatione, non ſignificatione, vt ſi quis dum percutitur Zaidus, dicat ضَارِبُ زَيْدٍ *percutiens Zaidum:* vbi non importatur neque dominium, neque materia, vt patet.

Et hæc quidem ſunt ſigna, quibus dignoſcitur Nomen, & à cæteris diſtinguitur, cùm eius ſint proprietates. At, vt plenè eius notitia habeatur; ſicut de Verbo, ita etiam de Nomine dignoſcenda eſt Quantitas, quot ſcilicet ſit literarum, Compoſitum, an Simplex: Species, nempe Primitiuum an Deriuatiuum, Poſitiuũ, Comparatiuum, Superlatiuum, an Diminutiuum: Qualitas, nempe perfectum, an imperfectum, quia ſcilicet Surdum, Infirmum, vel Hamzatum. Præterea quæ præcipuè de Nomine conſiderantur, Genus, Numerus, & Caſus. Attingemus igitur primùm quæ pertinent ad Quantitatem & Qualitatem, deinde de Genere, Numero, & Caſu ad ſufficientiam diſſeremus. Vltimò tandem diuerſas Nominum ſpecies diſtinguemus.

De Quantitate, & Qualitate Nominis.

SICVT Verbum, aliud eſt Simplex, aliud Compoſitum, ita pariter & Nomen: & Simplex aliquando eſt duarum literarum. vt هُوَ *ipſe*, هِيَ *ipſa*, ذَا *hic*, quæ ſunt duarum literarum ex ſui natura; vel talia facta ſunt per reiectionem ali-

cuius literæ radicalis, vt أَخٌ *frater*, pro أَخُوٌ: أَبٌ *pater*, pro ابو: حَمٌ *socer*, pro حَمُوٌ, & يَدٌ *manus*, pro يَدَيٌ, & quædam alia.

Vt plurimum autem est trium literarum, vt رَجُلٌ *vir*, فَرَسٌ *equus*, فِعْلٌ *actio*.

Sæpè etiam est quattuor literarum, vt قُنْفُذٌ *erinaceus*, جَعْفَرٌ *riuus*.

Aliquando etiam Nomen simplex excedit quartam literam, vt زَبَرْجَدٌ *beryllus*, فَرَزْدَقٌ *frustum panis*, عِقَرْطَلٌ *elephans femina*, سَفَرْجَلٌ *malum cydonium*. Nec potest Nomen simplex quintam excedere literam: compositum verò pertingit vsque ad nonam, vt مُسْتَأْصَلَتَانِ *euulsæ duæ*.

Vt autem distinguantur literæ radicales ab adiunctis, notandæ sunt literæ quæ addi solent vltra radicales: & pro hac re meminisse oportet literarum, quæ addi solent in Verbis, prout supra suo loco diximus, secundum diuersas Verborum compositorum formas, similia enim adduntur Nominibus, ijs præcipuè quæ ex ipsis deriuantur. Frequentissimè autem superadduntur literæ ا و ى: frequenter etiam superadditur in principio م, vt visum est supra, dum ageremus de Verbis, & eorum Participijs, & Nomine Temporis, & Loci, & Instrumenti. Ad indicandas autem diuersas Nominum formas, quæ sint Simplicia, quæ Composita, quæ Ternaria, quæ Quaternaria, veluti per cifram, sicut in Verbis ita in Nominibus, ad significandam primam radicalem inscribunt ف, pro secunda scribunt ع, pro tertia ل: si verò sit Nomen quattuor literarum, pro quarta addunt in fine ل alterum: si autem excedat quartam literam, pro quinta in principio præfigunt ف prius: vnde فعل est forma qua indicatur nomen simplex trium literarum, prout est رَجُلٌ *vir*, فَرَسٌ *equus*, رَبٌّ *dominus*, &c. Et فعلل est forma qua significatur Nomen simplex quattuor literarum, prout est فُلْفُلٌ *piper*. Et hac forma ففعلل signatur Nomen simplex quinque literarum, vt est سَفَرْجَلٌ *malum cydonium*, خَزَرْدَقٌ *aranea*, &c. Et huiusmodi formæ dicuntur وَزْنٌ *pondus, mensura*. Et quidem simplicium Nominum non sunt nisi tres allatæ: quia non sunt Nomina simplicia, nisi trium, quatuor, vel quinque literarum. Et hoc quidem quo ad literas; nam variatio Vocalium potest esse multiplex, prout in tabulis infra apponendis, cum de Numero tractabimus, licebit inspicere: sed hic multiplicitas ista obrueret mentem, & est ad modicum vtilis.

Formæ autem Nominum compositorum plures sunt, prout literæ diuerso modo addi possunt, vel in principio, iuxta mensuram أَفْعَلٌ, vt أَحْسَنُ *pulcherrimus:* vel post primam iuxta mensuram فَاعَلٌ, vt طَابَقٌ *sartago*. Vel post secundam, iuxta mensuram فعال, vt قِتَالٌ *certamen*. Vel simul post primam & post secundam, iuxta mensuram فاعال, vt طَابَاقٌ *lapis magnus, & latus*. Et sic plerisque alijs modis, prout infra dum de Numero agemus, diuersis tabulis ostendemus.

Et quod pertinet ad Qualitatem, sicut Verbum, ita pariter & Nomen aliud est Perfectum, vt رَجُلٌ *vir*, aliud Imperfectum, & hoc vel quia sit Duplicatum seu Surdum, vt رَبٌّ *dominus*, & عَدَدٌ *numerus*: & ex Quaternarijs Concordatum, vt أَلْجَمَّةٌ *caluaria*, أَلدَّمْدَمَةٌ *murmuratio*: vel Infirmum prima, vt وَعْدٌ *promissio*, يُبْسٌ *siccitas*: vel Infirmum secunda, vt صُوَنٌ *custodia*, نُوْرٌ *lux*, جُوَابٌ *responsio*, سُوَادٌ *nigredo*, نَابٌ *dens*. vel Infirmum vltima, vt عَصًا *baculus, virga*, رَحًى *mola*: vel Infirmum pariter secunda & tertia, vt هُوًى *concupiscentia*. vel Infirmum prima & tertia, vt وَحْيٌ *inspiratio, reuelatio*. vel Infirmum prima & secunda, vt يَوْمٌ *dies*, وَيْلٌ *væ*. vel Infirmum pariter prima, secunda, & tertia, vt وَاوٌ *Vau*, nomen literæ و, & يَاءٌ *ie*, nomen literæ ى.

In quibus omnibus seruandæ sunt regulæ supra de Verbis traditæ: nempe vt و & ى conuertantur in ا post Fathhum, sed in fine, dum est tertia, و scribatur per ا, ى verò permaneat scriptum sua figura; ita etiam dum est quarta, vel plusquam quarta, etiam و post Fathhum conuersum in ا, scribatur per ى: si autem in fine Nominis aliquid superaddatur, ita vt litera Infirma non sit finalis, tunc etiam scribatur, prout est, ا. Quando autem litera Infirma in fine sequitur post ا quiescentem, conuertatur in Hamzat, vt pro هَوًى dicatur هَوَاءٌ *aer*, & sic meminisse oportet eorum quæ diximus de Verbis Infirmis, vt pariter in Nominibus seruentur.

Nomen Hamzatum, siue sit Hamzatum prima, siue secunda, siue tertia, easdem regulas seruat, quas supra de Verbo diximus seruandas: quare hic nihil superest addendum.

فى جنس الاسماء

DE GENERE.

GENERE duplex est Nomen: vel enim est مُذَكَّرٌ *masculinum*, vel مُؤَنَّثٌ *femininum*.

Masculinum est, in quo nullum adest feminini signum, nec expressè, nec virtualiter

liter, vt رَجُلٌ *vir*, فَرَسٌ *equus*, جِرْمٌ *corpus*, نُورٌ *lux*, رُمْحٌ *hasta*, حَرٌّ *æstus*, عُنُقٌ *collum*, طَلٌّ *pluuia lenis, & ros*, طَلَلٌ *moles, species indiuidui*. &c.

Feminini autem generis est, quod habet aliquod signum: estq; præcipuum ة in fine, vt ظُلْمَةٌ *tenebræ*, نُصْرَةٌ *adiuuatio*. Alterum signum generis feminini est ا cum Maddo & Hamzat post ipsum in fine Nominis additum, quod vocant ا longum, vt صَحْرَاءُ *campus, ager*, عَذْرَاءُ *virgo*: Tertium signum feminini generis est ا addita in fine Nominis, & dicitur ا breuis, quæ dum est finalis scribitur per ى, vt بُشْرَى *euangelium, bonum nuncium*, ذِكْرَى *memoria*: & hæc tria tantùm sunt signa expressa generis feminini.

Sunt autem pleraque, carentia eiusmodi signis, generis etiam feminini. Et primò, Nomina propria mulierum, vt زَيْنَبُ *Zainaba*, هِنْدٌ *Hinda*. Nomina etiam appellatiua, quæ solis feminis congruunt, vt أُمٌّ *mater*, أُخْتٌ *soror*, عَرُوسٌ *sponsa*. Et in vniuersum quæcumque pertinent seu dicuntur de animalibus feminei sexus, de quibus nulli dubium est generis esse feminini: immò apud Arabes nomen femininum pertinens ad animal feminei sexus dicitur مَعْنَوِيٌّ *significatiuum, reale*, & حَقِيقِيٌّ *verum*. Cetera autem nomina generis feminini dicuntur لَفْظِيٌّ *prolatione tantùm*, & غَيْرُ حَقِيقِيٍّ *non vera*. Quare de eiusmodi non est dubium, quamuis nullum appareat in eis signum ex tribus memoratis.

Præterea generis feminini sunt nomina geminorum membrorum corporis, vt عَيْنٌ *oculus*, أُذُنٌ *auris*, ضِلَعٌ *costa*, يَدٌ *manus*, ذِرَاعٌ *brachium*, فَخِذٌ *coxa*, سَاقٌ *crus*, كَعْبٌ *calcaneus*, قَدَمٌ vel رِجْلٌ *pes*.

Sunt etiam feminini generis Nomina propria locorum, prouinciarum, vrbium, vt بَغْدَادُ *Babylonia*, بَابِلُ *Babylon*, حُورَانُ *Huran*, أَصْبَهَانُ *Asphahan*, بَيْرُوتُ *Berytham*, بَسْلُوقِيَتُ *Basluchit*, &c.

Quædam verò vsurpantur, modò tanquam generis masculini, modò verò tanquã Feminini, vt حَالٌ *conditio, status, dispositio*: طَرِيقٌ *via*, رُوحٌ *spiritus*, & quædam alia, prout in Dictionarijs adnotatur, & exquisitè notat Auctor Dictionarij Chamus; & non est muneris Grammaticæ hæc omnia per extensum connumerare.

Expedit autem hic recensere quæ frequenter occurrunt nomina generis feminini sine aliquo expresso signo: & sunt أَلسَّمَاءُ *cælum*, أَلْأَرْضُ *terra*, أَلشَّمْسُ *sol*, أَلْخَمْرُ

vinum, أَلنَّارُ *ignis*, أَلْجَحِيمُ *infernus*, أَلْكَاسُ *calix*, أَلْقَوْسُ *arcus*, أَلدَّارُ *atriũ, domus*, أَلرِّيحُ *ventus*, أَلْعَصَا *baculus*, أَلْعَقْرَبُ *scorpio*, أَلْأَرْنَبُ *lepus, lepore*, أَلْخَيْلُ *equitatus*, أَلْغَنَمُ *grex otium*, عَرُوضُ الشِّعْرِ *poema*, أَلدِّرْعُ *thorax*, & quædam alia. Ex quibus sunt nomina literarum, quæ vt plurimum vsurpantur tanquam feminina, vt أَلْأَلِفُ *alif*, أَلْبَاءُ *be*, &c.

بَابُ الْعَدَدِ

DE NVMERO.

TRriplex est Nominum, sicut & Verborum, Numerus, مُفْرَدٌ *singularis*, مُثَنًّى *dualis*, & جَمْعٌ *pluralis*. Et singularis quidem numerus non habet propria signa, quibus dignoscatur, nisi carentiam signorum Dualis, aut Pluralis. Habet autem plures formas, quas omnes, vel ferè omnes, è conspectu suorum Pluralium paulò post appone mus in pluribus tabulis, dum de Pluralibus fractis agemus.

Duale autem à Singulari formatur, imposita vocali Fathho super vltima singularis, & addita ا quiescente in recto, vel ى quiescente in obliquis, & post ا vel ى addito ن cum Chesro in fine, vt رِجْلٌ *pes*, رِجْلَانِ *duo pedes*, & رِجْلَيْنِ *duos pedes*, vel *duorum pedum*, vel *duobus pedibus*. زَيْدٌ *Zaidus*, زَيْدَانِ *duo Zaidi*, زَيْدَيْنِ *duobus Zaidis*.

Quòd si in fine Singularis fuerit ة, in Duali vertetur in ت, vt إِمْرَأَةٌ *mulier*, إِمْرَأَتَانِ *mulieres duæ*.

Si verò in Singulari desit vltima radicalis, ad formandum Duale reuertetur, vt ex رَامٍ *sagittarius*, fiat رَامِيَانِ *duo sagittarij*. Ex أَبٌ *pater*, quia radix est ابو dicetur أَبَوَانِ *duo patres*, ex أَخٌ *frater*, dicetur أَخَوَانِ *duo fratres*.

Si autem in fine Singularis reperiatur ا, ita vt non sit plusquam tertia, tunc si erat conuersa ex و, mutabitur in و originale, vt ex عَصًا *baculus*, quia radix est عصو, dicetur in Duali عَصَوَانِ *duo baculi*. Quare in Duali ex رَحًى vel رَحًا *mola*, quia radix est و vel ى ad libitum, propterea asserit Chamus posse ad libitum dici cum و vel cum ى رَحَيَانِ vel رَحَوَانِ *duæ molæ*. Si autem fuerit ا in Singulari plusquam tertia, tunc in Duali semper apparebit ى, etiam si ا fuerit conuersa ex و, vel quacumque alia ratione; dummodo non sit radicalis: sed dum est radicalis, non est ا, nec dicenda est Alif, sed Hamzat. Igitur dum ا est vltima in

Sin.

Singulari, & pluſquam tertia, in Duali ſemper conuertetur in ى, vt مُصْطَفًى *electus*, مُصْطَفَيَانِ *duo electi*.

Quòd ſi in fine Nominis ſingularis ſit Hamzat poſt ا productionis: quod poteſt eſſe triplici de cauſa, vel appoſita pro و vel ى, vt كِسَآءٌ pro كِسَاوٌ *veſtimentum*, tunc manere poterit in duali, vt كِسَاءَانِ *duo veſtimenta*, vel poterit conuerti in و, vt كِسَاوَانِ. Vel ſecundò poteſt eſſe Hamzat in fine poſt ا, in ſignum generis Feminini, vt حَمْرَآءُ *rubicunda*, & tunc in Duali conuertetur in و, vt حَمْرَاوَانِ *duæ rubicundæ*. Tertiò Hamzat poſt ا productionis in fine Nominis poteſt eſſe radicalis, vt قَرَّآءٌ *lector, deuotus*, & tunc manebit qualis eſt etiam in Duali, vt قَرَّآءَانِ *duo lectores, duo deuoti*.

PLVRALE autem Nominis eſt duplex مُصَحَّحٌ, ideſt, *integrum, ſanum*, & مُكَسَّرٌ *fractum*.

Sanum, cùm eſt Maſculinum, formatur à Singulari Dſammata vltima, adiectiſque و quieſcenti & ن cum Fathho, vt ex زَيْدٌ *Zaidus*, زَيْدُونَ *Zaidi*, مُسْلِمٌ *ſaluatus*, مُسْلِمُونَ *ſaluati*. In qua formatione obſeruandum, quòd ſi vltima ſingularis fuerit ى quieſcens, reijcitur ى, atque præcedens mouebitur vocali Dſammo, vt اَلْقَاضِى *iudex*, اَلْقَاضُونَ *iudices*. Si verò vltima fuerit ا, reijcietur quidem ا, & præcedens relinquetur cum ſuo Fathho, vt مُصْطَفًى *electus*, مُصْطَفَوْنَ *electi*.

Plurale autem femininum ſanum formatur, adiectis ا quieſcente & ت Dſammata vel Cheſrata, iuxta varietatem caſus, de quo infra dicetur, vt هِنْدٌ *Hinda*, nomen mulieris, هِنْدَاتٌ *Hindæ*. In qua formatione obſeruandi ſunt hi canones.

Primò reijcitur ة de ſingulari cùm aderit, vt مُسْلِمَةٌ *fidelis*, مُسْلِمَاتٌ *fideles*, جَنَّةٌ *hortus*, جَنَّاتٌ *horti*.

Secundò, ſi Singulare fuerit Subſtantiuum, non Vacuum ſeu non Infirmum غ, iuxta formam فَعْلَةٌ, vel فَعَلٌ, habens ف cum Fathho & ع quieſcentem, tunc in Plurali ع Fathhanda erit, vt ثَمَرَةٌ *fructus*, ثَمَرَاتٌ *fructus plur.* دَعْدٌ *Daada*,

da, nomen mulieris, دَعْدَاتٌ *Daadæ*. Iuxta formam verò فِعْلَةٌ, vel فُعْلَةٌ, item فُعَلٌ, & فِعَلٌ, habens Dſammatam vel Cheſratam ف, habebit Plurale tripliciter; nam ع poterit Fathhari, vt dictum eſt, vel quieſcere, vel motione præcedentis ف moueri, vt جُلْبَةٌ *cruſta cicatricis*, جُلَبَاتٌ & جُلْبَاتٌ, & جُلْبَاتٌ. جُمْرٌ *Giumra*, nomen mulieris, جُمَرَاتٌ, & جُمْرَاتٌ, & جُمْرَاتٌ *Giumræ*. item سِدْرَةٌ *arbor cuius fructus dicitur* نَبِقٌ. سِدَرَاتٌ, & سِدْرَاتٌ, & سِدْرَاتٌ. هِنْدٌ *Hinda*, هِنْدَاتٌ, & هِنْدَاتٌ, & هِنْدَاتٌ *Hindæ*. Si autem Nomen iuxta eaſdem formas fuerit Adiectiuũ, vt بَيْضَةٌ *craſſa*, vel vacuum, vt بَيْضَةٌ *ouum*, Plurale ſemper habebit ع quieſcentem, vt بَيْضَاتٌ, ضَخْمَاتٌ. Hæc autem Pluralia ſana non indifferenter à quolibet ſingulari formantur, ſed quibuſdam legibus & conditionibus.

Ad formandum ergo Plurale ſanum maſculinum duo requiruntur, dũ Nomen eſt Subſtantiuum. Primum eſt, vt ſit Nomen proprium. Secundum, vt ſit proprium perſonarum rationalium, vt ex زَيْدٌ *Zaidus*, زَيْدُونَ *plures Zaidi*. خَالِدٌ *Chaledus*, خَالِدُونَ *Hhaledi*, بَكْرٌ *Bacrus*, بَكْرُونَ *Bacri*. Non autem à Nominibus appellatiuis, vel proprijs aliarum rerum, perſonalitate ſiue ratione carentium, Plurale ſanum efformari poteſt. Vnde à Singularibus رَجُلٌ *homo*, & أَعْوَجُ *Æuag*, nomen proprium equi; non dicitur رَجُلُونَ ob defectum proprietatis, nec أَعْوَجُونَ ob defectum perſonalitatis; ſed ex his Singularibus Pluralia formantur fracta, vt رِجَالٌ *homines*, أَعَاوِجُ de quibus poſtea dicemus. Excipiuntur tamen è primo requiſito aliqua nomina, vt بَنُونَ *filij*, &c. أَبُونَ *patres*, &c. & quædam ab vtroq;

Dum verò nomen Maſculinum fuerit Adiectiuum, plures exigit conditiones, vt ſanè plurificetur, videlicet:

Primò, vt dicatur de perſonis rationabilibus, vt مُسْلِمُونَ *ſaluati*, فَارِحُونَ *gaudentes*. Vnde ex ſingulari كَمْتٌ *caſtagno*. quod propriè dicitur de brutis, non dicetur كُمَيْتُونَ.

Secundò, vt ſi ſit iuxta menſuram أَفْعَلُ, eius femininum non ſit iuxta menſuram فَعْلَآءُ. Vnde in أَحْمَرُ *rubicundus*, cuius femininum eſt حَمْرَآءُ *rubicunda*, in Plurali dici non poterit أَحْمَرُونَ. Vel ſi ſit ad inſtar فَعْلَانُ, eius femininum non ſit iux-

ta formam فَعْلَى. Vnde in سَكْرَانُ *ebrius*, cuius femininum est سَكْرَى, non dicetur سَكْرَانُونَ. Sed in أَفْضَلُ *excellens*, cuius femininum est فُضْلَى, & in نَدْمَانُ cuius femininum est نَدْمَانَةٌ, in Plurali dicetur أَفْضَلُونَ *excellentes*, & نَدْمَانُونَ *pœnitentes*. At verò in أَحْمَرُ *rubicundus*, & in سَكْرَانُ *ebrius*, dicetur حُمْرٌ, vel أَحَامِرُ *rubicundi*, & سُكَارَى *ebrij*, quæ sunt Pluralia fracta.

Tertiò, vt non sit generis communis, vt صَبُورٌ *patiens*, جَرِيحٌ *vulneratus*, & *vulnerata*. Vnde in Plurali istorum non dicetur صَبُورُونَ, nec جَرِيحُونَ, sed صُبُرٌ, جَرْحَى, quæ etiam sunt generis communis, & fracta. vt dictum est supra de Participijs.

Quartò, vt non habeat annexum ة femininum, vt مَعْرِفَةٌ *notus*, siue *determinatus*, نَكِرَةٌ *indeterminatus*, siue *vagus*. عَلَّامَةٌ *insignis*. hæc enim vel plurificantur fractè, vt مَعَارِفُ, vel ad instar Pluralis feminini sani, vt نَكِرَاتٌ & عَلَّامَاتٌ.

Sed Plurale sanum Femininum hanc tantùm exigit conditionem, vt nimirum si Adiectiuum fuerit, habeat Masculinum, cuius Plurale sanum sit; vel si Masculinum non habeat, saltem non careat ة. Vnde in فُضْلَى *excellens*, dicetur فُضْلَيَاتٌ *excellentes*, quoniam ex eius Masculino أَفْضَلُ dicitur in Plurali أَفْضَلُونَ *excellentes*, & in حَائِضَةٌ *menstruata*, dicetur حَائِضَاتٌ *menstruatæ*, quia licet Masculinum non habeat, habet tamen ة. At verò in حَمْرَاءُ non dicetur حَمْرَاوَاتٌ, cùm nec ex eius Masculino أَحْمَرُ dicatur أَحْمَرُونَ, vt dictum est, sed dicetur حُمْرٌ, vel حُمَارَى: neque in حُبْلَى *grauida*, dicetur حُبْلَيَاتٌ, cùm nec Masculinum habeat, nec ة femininum, sed dicetur حُبَّلٌ. Si verò femininum Nomen Substantiuum fuerit, non habetur ratio conditionis vllius, sed diuersimodè plurificatur, quandoque sanè, quandoque fractè, vt proinde eius Pluralia سَمَاعِيَّةٌ, ideſt *audibilia*, à plerisque dicantur.

Plurale autem fractum est omne aliud à Sano diuersum: quod pluribus fit modis, vel addendo in principio, vt ex فَلْسٌ *quadrans, nummus*, أَفْلُسٌ *quadrantes, nummi*. vel addendo in medio, vt رَجُلٌ *vir*, رِجَالٌ *viri*. Vel in fine, vt غُصْنٌ *ramus*,

mus, غُصُنٌ *rami*. ذَهَبٌ *aurum*, ذُهْبَانٌ *diuersa auri metalla*: vel simul in principio & medio, vt ex ذَهَبٌ *vitellus oui*, أَذْهَابٌ *vitelli*, vel simul in principio & fine, vt ex طَبَقٌ *operculum*, أَطْبِقَةٌ *opercula*. Et sic varijs modis, non solùm ex Ternarijs, sed etiam ex Quaternarijs, & ex quinque literarum Nominibus, tot exurgunt diuersæ Pluralium formæ, vt de ipsis regulas tradere, negotium ferè immensum videatur. Nos autem, vt rem tam arduam, quantum fieri potest, planam reddamus, diuersas Singularium formas in classes distributas infra apponimus, & è regione cuiusque Singularis Pluralia fracta quæ ex ipso formantur annectimus; vt vnico aspectu, ex quo Singulari vnumquodque Plurale formetur, quasi ex praxi Tyro dignoscat. Deinde post Tabulas Singularium simul & Pluralium, facilius percipientur regulæ circa Pluralium formationem.

Primò igitur apponemus tabulas Nominum Simplicium, quæ scilicet habent solas radicales, cum Pluralibus è regione ipsorum, prout quodque ex quoque formatur: & primùm Simplicium trium literarum: Secundò loco Simplicium quatuor literarum: Tertio Simplicium quinque literarum: Quarto loco Nominum omnium Compositorum secundùm diuersas Compositionum formas, & Primò de Compositis Ternarijs: deinde de Compositis Quaternarijs: & tandem de Compositis quinque literarum. Deinde circa hæc regulas quasdam subiungemus.

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM
Nominum Simplicium trium literarum.

Secundùm diuersas formas quæ sunt

فَعْلٌ فِعْلٌ فُعْلٌ فَعِلٌ فَعُلٌ فِعَلٌ فُعَلٌ فَعَلٌ فِعَلٌ فُعَلٌ فَعْلٌ

Singulare.		Pluralia fracta.
ذَهَبٌ	*aurum*.	ذُهْبَانٌ أَذْهَابٌ ذُهُوبٌ
حَمْلٌ	*fœtus in vtero*.	حِمَالٌ أَحْمَالٌ
نَهْرٌ نَهَرٌ	*flumen*.	نُهُرٌ أَنْهُرٌ أَنْهَارٌ نُهُورٌ
عَبْدٌ	*seruus*.	أَعْبُدٌ عَبْدٌ مَعْبَدَةٌ عُبُدٌ عِبْدَانٌ أَعْبُدٌ عُبَيْدٌ عِبَادٌ

Et dicitur quandoque ad instar sani Masculini عَبْدُونَ *serui*.

Singulare.		Pluralia fracta.
ثَوْرٌ	*bos.*	ثِيَرَةٌ ثِيَرَةٌ ثِوَرَةٌ ثِيَرَانٌ أَثْوَارٌ ثِيَارٌ
ثَأْرٌ	*vindictæ sitis.*	آثَارٌ أَثْآرٌ
أَلْمَآءُ الْمَآءُ	*aqua.* radix est موه	مِيَاهٌ أَمْوَاهٌ
أَلْمَهُ	*fructus colocynthidis.* & *os in pectore.*	مِهَرَةٌ
عَصَنٌ	*ramus.*	عِصْنَةٌ أَعْصَانٌ عُصُونٌ
رُمْحٌ	*lancea, hasta.*	أَرْمَاحٌ رِمَاحٌ
عُنُقٌ عُنُقٌ عُنُقٌ عُنُقٌ	*collum.*	عُنُوقٌ أَعْنَاقٌ quidam dicunt etiam
نُورٌ	*lux.*	نِيَرَانٌ أَنْوَارٌ
جِرٌّ	*intellectus, æquæ.* prior radicis est ح secunda ج	جُوَرَةٌ جُورٌ
قِرْدٌ	*simia.*	قُرُودٌ أَقْرَادٌ قِرْدٌ قِرْدَةٌ قِرْدَةٌ
سِدْرٌ	*arbor Sebasten.*	سُدُورٌ
رِيحٌ	*ventus.* رِيحٌ رِيَاحٌ أَرْيَاحٌ أَرْوَاحٌ	أَرَايِيحُ أَرَاوِيحُ Pluralia ex pluralibus
نِيرٌ	*iugum.*	نِيَرَانٌ أَنْيَارٌ
حَجَرٌ	*lapis.*	حِجَارَةٌ أَحْجَرٌ أَحْجَارٌ حِجَارٌ
ذَهَبٌ	*vitellus oui.*	أَذْهَابٌ ذِهَابٌ
طَبَقٌ	*operculum.*	أَطْبِقَةٌ أَطْبَاقٌ
أَسَدٌ	*leo.*	أُسْدٌ أَسْدٌ أُسْدَانٌ آسَادٌ أُسُودٌ
طَلَلٌ	*moles, species indiuidui, id quod exterius apparet.*	أَطْلَالٌ طُلُولٌ
نَارٌ	*ignis.*	نِيَارٌ أَنْوَارٌ نِيرَانٌ نِيَرَةٌ نُورٌ
نَابٌ	*dens, qui dicitur caninus.*	أَنَابِيبُ أَنْيَبٌ أَنْيَابٌ نُيُوبٌ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
حَمَلٌ	*agnus.*	أَحْمَالٌ حِمْلَانٌ
رَحًى	*mola.*	أَرَحٌ أَرْحَآءُ أَرْحٍ رَحًى رَحًى أَرْحِيَةٌ
صُرَدٌ	*auis quædam rapax, magno capite, modico corpore.*	صِرْدَانٌ
عِنَبٌ	*uua.*	أَعْنَابٌ
رَجُلٌ رَجُلٌ	*vir.*	مَرْجَلٌ رِجْلَةٌ رِجْلَةٌ أَرَاجِلُ رِجْلَاتٌ رِجَالٌ
كَبِدٌ كَبِدٌ كَبِدٌ	*hepar.*	كُبُودٌ أَكْبَادٌ
نَمِرٌ نَمِرٌ	*pardus.*	نِمَارَةٌ نِمَارٌ نَمِرٌ نَمِرٌ نَمِرٌ أَنْمَارٌ نُمُورَةٌ
إِبِلٌ	*camelus*, collectiuè.	آبَالٌ
طَلٌّ	*pluuia lenis.*	طِلَلٌ طِلَالٌ
حَرٌّ	*æstus.*	أَحَارِرُ حُرُورٌ
حُرٌّ	*liber, ingenuus, optimum cuiusque rei.*	حِرَارٌ أَحْرَارٌ
حُرٌّ	*os. seu foramen molæ, labium ripæ riui.*	حُرَرَةٌ
ظِلٌّ	*umbra.*	ظِلَالٌ أَظْلَالٌ ظُلُولٌ
حِبٌّ	*dilectus, amicus.*	حِبَبَةٌ
دِئِلٌ	*nomen Tribus,* & *posset, si admitteret, plurificari sic.*	أَدْيَالٌ دُئُولٌ دِيَالٌ
البَازِي dicitur etiam البَازُ	*accipiter.*	أَبْوَازٌ بُوَازٌ بِيزَانٌ بُوزٌ أَبُوزٌ

Et بُزَاةٌ est Plur. à Sing. البَازِي

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM
Nominum Simplicium quatuor literarum.

Secundùm diuersas formas, quæ sunt

فَعْلَلٌ فِعْلِلٌ فَعْلَلٌ فُعْلُلٌ فِعْلَلٌ فِعْلِلٌ

Et cum additione in fine, secundùm formas

فَعْلَلَةٌ فعللى فعللآء فَعْلَلَانٌ

Quia eodem modo plurificantur.

Singulare:		Pluralia fracta.
زَنْبَقٌ	*lilium.*	زَنَابِقُ
زِنْزِخٌ	*ornamentum acupictum, nubes rara cum rubedine.*	زَنَازِخُ
قُمْطٌ	*camela fortis & crassa, item pomilio, vir statura breuis.*	قَمَاطِرُ
قُنْفُذٌ	*erinaceus.*	قَنَافِذُ
دِرْهَمٌ	*denarius.*	دَرَاهِمُ
طُمْسُلٌ	*latro.*	طَمَاسِلَةٌ
أُسْقُفٌ	*Episcopus.*	أَسَاقِفَةٌ
حِضْجِرٌ	*ventrosus, vter lactis magnus.*	حَضَاجِرُ
قِيْعَمٌ	*feles, elurus.*	قَيَاعِمُ
حُوْزَلٌ حُوْزَلَةٌ	*breuis statura.*	حَوَازِلُ
حُنْجُرَةٌ	*guttur.*	حَنَاجِرُ
دُسْكُرَةٌ	*villa.*	دَسَاكِرُ
عُدْمُلٌ عُدَامِلٌ عُدَامِلَى	*omne vetustum, & antiquũ.*	عُدَامِلُ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
خَوْزَلَى خَيْزَلٌ خَيْزَلَى	*mulier cum grauitate incedens.*	خَوَازِلُ خَيَازِلُ
كَتْكَتَى كَتْكَتٌ	*ludus in quo terreno, & fragmentis vtuntur.*	كَتَاكِتُ
طَلْمَسَاءُ	*tenebræ, terra sine lumine & doctrina.*	طَلَامِسُ
صَوْلَجَانٌ	*vncinus.*	صَوَالِجَةٌ
دَيْدَبَانٌ	*speculator.*	دَيَادِبُ
تُرْجُمَانٌ	*interpres.* aliqui dicunt etiam تُرَاجِمَةٌ	تَرَاجِمِينُ
قَهْرَمَانٌ	*dispensator domus.*	قَهَارِمَةٌ

Et hic modus plurificandi frequentissimus est pro omnibus Singularibus quatuor vel plurium literarum, siue literæ sint omnes radicales, siue aliqua admisceatur superaddita: & quæ quartam excedit, reijcitur in Plurali, & si sint admixtæ و، & ى non computantur, vt infra exemplis patebit.

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM
Nominum Simplicium quinque literarum.

Secundùm formas

ففعلة & ففعلل

Singulare.		Pluralia fracta.
فِرْعَوْنٌ	*crocodilus.*	فَرَاعِينُ
صَهْصَلَقٌ	*vox alta, vehemens. anus clamosa.*	صَهَاصِقُ صَهَاصِلُ
إِسْطَبْلٌ	*stabulum.*	إِسْطَبْلَاتٌ
سَنْعَبَقٌ سَنْعَبَقٌ	*planta quædam mali odoris.*	سَعَابِقُ سَنَاعِقُ
سَفَرْجَلٌ سَفَرْجَلٌ	*malum cydonium, cotoneum.*	سَفَارِجُ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
زَبَرْجَدٌ	*beryllus.*	زَبَارِجُ
خَزَرْنَقٌ	*aranea.*	خَزَارِنُ خَزَارِقُ
عَقَرْطَلٌ عِقِرْطِلٌ	*elephans femina.*	عَقَارِطُ
قَفَنْدَرٌ	*deformis.*	قَفَادِرُ
عَفَنْجَلٌ	*grauis, verbosus.*	عَفَاجِلُ عَفَانِجُ
عَفَنْشَلٌ	*grauis, nauseans.*	عَفَاشِلُ
بَلَدٌ عَزَمْهَرٌ	*regio ampla.*	عَزَاهِرُ عَزَامِهُ
فَرَزْدَقٌ فَرَزْدَقٌ	*panis, qui cecidit de clibano, frustum panis.*	فَرَازِدُ فَرَازِقُ
فَرَزْدَقَةٌ	*massæ crudæ fragmentum.*	فَرَازِدُ فَرَازِقُ
هَوَرْوَرَةٌ	*mulier perdita.*	هَوَارِيرُ هَوَرْوَرَاتٌ

Et exemplis constat, quòd eodem modo plurificantur Nomina quinque & quattuor literarum, cùm ex quinque reijciatur vltima vel penultima. Modò dicendum de Compositis.

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM
Nominum Compositorum trium literarum.

Cum Additione ة, nota generis Feminini, in fine, iuxta فعلة.

Singularia.		Pluralia fracta.
ثَمَرَةٌ ثُمْرَةٌ	*fructus.* Plur. collectiuè. ثَمَرٌ Plur. pluralis ثِمَارٌ & Plur. huius est ثُمُرٌ & Plur. huius أَثْمَارٌ.	
جَمْرَةٌ	*carbo accensus.*	جَمَرٌ
جُفْرَةٌ	*concauitas pectoris seu ventris, Amphitheatrum.*	جِفَارٌ جُفَرٌ
سِدْرَةٌ	*arbor Sebasten.* سِدَرٌ & sana سِدْرَاتٌ سِدَرَاتٌ سِدْرَاتٌ	

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
حَجْرَةٌ	*pars, plaga, regio.*	حَجْرٌ حَوَاجِرُ حَجَرَاتٌ
أَجَمَةٌ	*arboretum satis nemorosum.*	أَجَمَاتٌ ءَآجَامٌ إِجَامٌ أَجَمٌ أُجُمٌ أُجْمٌ
دَبَرَةٌ	*vlcus iumenti.*	دَبَرٌ
جُدَرَةٌ	*cicatrix, callum.*	أَجْدَارٌ جُدَرٌ
تُخَمَةٌ	*nausea.*	تِخْمَانٌ تُخَمٌ
حِبَرَةٌ	*genus tapeti Arabici.*	حِبَرَاتٌ حِبِرَاتٌ حِبَرَاتٌ حِبَرٌ
نَمِرَةٌ	*nubecula.*	نَمَرٌ
جَرَّةٌ	*phiala.*	جِرَارٌ جَرٌّ
جَنَّةٌ	*viridarium, paradisus.*	جَنَّاتٌ جِنَانٌ
ثَرَّةٌ	*fons copiosus.*	ثِرَارٌ ثُرُورٌ
ذَرَّةٌ	*formica parua.*	ذَرٌّ
دُرَّةٌ	*margarita magna.*	دُرَّاتٌ دُرَرٌ دُرٌّ
دِرَّةٌ	*flagellum, scutica: sanguis, lactis profluuium.*	دِرَرٌ
حَرَّةٌ	*terra habens saxa nigra veluti combusta.*	حَرَّاتٌ حِرَارٌ حَرٌّ
حُرَّةٌ	*ingenua, nobilis, libera.*	حَرَائِرُ
شَامَةٌ	*pustula in cute diuersi coloris.*	شَامَاتٌ شَامٌ
قِرْيَةٌ قَرْيَةٌ	*oppidum, villa, castellum, ciuitas.*	قِرًى قُرًى
رَكِيَّةٌ	*puteus.*	رِكًى
أَيَّةٌ	*signum, nota.*	ءَآيَا ءَآيَا ءَآيٌ ءَآيَاتٌ أَيٌّ أَيٌّ
أَمَةٌ	radix est امو *ancilla, serua.*	ءَمْوَانٌ ءَامْوَانٌ أَمْوَانٌ ءَآمٍ إِمَاءٌ أَمَوَاتٌ

R TA-

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM
Nominum Compositorum trium literarum.

Additione ا *brevis*, & ا *longæ in fine, not. gen. fem: & additione* ا & ن *etiam cum* ّ.

Secundùm formas,

فعلى فعلآء فعالآ فعلان فعالى فعلان فعلانه

Singulare.		Pluralia fracta.
أَلْكُبْرَى	*Maxima, maior.*	كُبَارِى كُبَرٌ
أَلدُّنْيَا	*mundus.*	دُنِّى
حَرْمَى	*canis, lupa, vel aliud brutum expetens admissariũ.*	حَرَامِي حُرَامِي حِرَامٌ
جَرَى	*fas & nefas, debitum & indebitum.*	جَارِى
دِفْرَى	*os exporrectum post aures.*	دِفَارِى
زِرْبِى	*stratum, apparatum.* ∴	زَرَابِى
خُرَّى	*os, seu foramen molæ.*	خُرَارِى خُرَرٌ
عَذْرَآءُ	*virgo.*	عُذْرَاوَاتٌ عَذَارِى عَذَارَى
بَوْغَآءُ	*terrenum molle, mulier stolida, confusio, fragrantia unguenti.*	بَوَاغِى
بَبْغَآءُ	*auis quædam viridis.*	بَبَاغِى
سِعْلَآةٌ	*esse maniacum.* dicitur de iumentis.	سُعَالَى
سِبْسَآءٌ	*series ossium spinæ.*	سَيَاسِبُ
الغُرَاوَى	*butyrum, spuma.* idem quod الرغوة ∴	غَرَاوَى
كُنَاثَآءُ	*nouale.*	كُنَاثِى
نَصْرَانٌ	*vindex, adiutor, Christianus, Nazarenus.* ∴	نُصَارَى

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
نَصْرَانَةٌ	*Christiana, Nazarena.*	نُصَارَى
عِهْدَانٌ	*fideiussor, sponsor, vas, præs.* ∴	عُهَادِى
عَيْدَانَةٌ	*palma procerissima.*	عَيْدَانٌ
نَدْمَانَةٌ نَدْمَانٌ	*pœnitens.* ∴	نَدَامَى نَدَامَى
سُكْرَانٌ	*ebrius.* ∴	سُكَارَى سُكَارَى

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM
Nominum trium literarum, Compositorum virtute Tesdid super ع, vel ل, & cum additione etiam ّ in fine.

Secundùm formas.

فعّل فعّل فعّلة فعلّة فعّلّة فعلّيّة فعلياّ

Singulare. ∴		Pluralia fracta.
فُلْزٌ فِلْزٌ فِلِزٌّ	*stannum.*	فَلَازِزُ
خِجْرٌ	prior est خ, secunda ج *comestor, nequam, nebulo.*	خُجَارِرُ خُجُرُونَ
هِيَافٌ	*parasitus, homo auarus. struthio mas senio confectus.*	هَيَافِقُ
عُتُلٌّ	*lancea rudis, parasitus, crassus, auarus.*	عَتَالِلُ
دُجُنٌّ	*tenebræ.* ∴	دُجُنٌّ
دُجُنٌّ دُجْنَةٌ	*tenebræ.*	دُجُنٌّ
دِفْرَةٌ	*camela crassæ ceruicis.* ∴	دُفَارِرُ
اِفْرَةٌ	*cœtus, caterua, confusio, tribulatio.*	اِفَارِرُ
قَضِيَّةٌ	*propositio, iudicium, sententia, enunciatio.* ∴	قَضَايَا

Singulare.		Pluralia fracta.
خَطِيَّةٌ	*peccatum.*	خَطَايَا
رَكِيَّةٌ	*puteus.*	رَكَايَا
خَفِيَّةٌ	*puteus, nemus implexum.*	خَفَايَا
أَمِعَّةٌ أَمِعٌّ أَمَعٌّ	*vir qui leuiter quoquo trahitur.*	أَمَامِعُ
أَمَرٌّ أَمِرٌّ	*agnus paruus.*	أَمَابِرُ
سَلَّمٌ	*scala.*	سَلَالِمُ سَلَالِيمُ
سُرِّيَّةٌ	*concubina.*	سُرِّيَّاتٌ سَرَارِي
ذُرِّيَّةٌ ذَرِّيَّةٌ	*progenies.*	ذُرِّيَّاتٌ ذَرَارِي
عَمِيَّةٌ عَمِيَّةٌ	*error, cordis cæcitas, senectus decrepita.*	عَمَايَا
كِبْرِيَاءُ	*superbia.*	كِبَارِي

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM

Nominum trium literarum, Compositorum additione ا in principio, & Tesdid super ل, & etiam cum ة in fine.

Iuxta formas افعلّة افعلّ.

Singulare.		Pluralia fracta.
أَضْخَمٌ	*carnosus, corpulentus.*	أَضَاخِمُ
أَحْجَرٌ	*lapis.*	أَحَاجِرُ
أُرْدُنٌ	*Iordanis fluuius.*	أَرَادِنُ
أَرْدَبٌّ	*aquæductus. Item mensura Aegyptijs, continens* 24. صاع	أَرَادِبُ

Singu-

Singulare.		Pluralia fracta.
أَرْدَبَّةٌ	*lapis magnus: vas testaceum, capaci sinu & arcto orificio.*	أَرَادِبُ
كِبْرَةٌ	*magnificentia, amplitudo.*	أَكَابِرُ

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM

Nominum trium literarum, Compositorum.

Additione ا post primam radicalem, etiã cum ة in fine, iuxta formas فاعل & فاعلة.

Singularia.		Pluralia fracta.
أَلطَّابِقُ	*sartago, lapis magnus.*	طَوَابِقُ
صَاحِبٌ	*socius, possessor. curam habens.*	أَصْحَابٌ صِحْبَانٌ صِحَابٌ صَحَابَةٌ صِحَابَةٌ صَحْبٌ
حَاجِرٌ	*fossa, argines.*	حِجَرَانٌ
سَامِهٌ	*indefessus ad cursum.*	سُمَّهٌ
أَلسَّائِدُ	*dominans, dominus.*	سَيَايِيدُ سَادَةٌ
أَلمَاهِرُ	*eruditus, practicus, industrius, sapiens.*	مَهَرَةٌ
بَازٍ أَلبَازِي	*accipiter.*	بُزَاةٌ
أَلصَّاعِقَةُ	*tormentum mortale, mars.*	صَوَاعِقُ
زَاوِيَةٌ	*angulus.*	زَوَايَا

Et cum additione etiam post secundam, iuxta formas.

فَاعَالٌ فَاعُولٌ فَاعِيلٌ فَوْعَالٌ فَاعُولَةٌ

Singulare.		Pluralia fracta.
رَاحُولٌ	*cameli ephippium.*	رَاحِيلُ
يَامُورٌ	*hircus syluestris.*	يَوَامِيرُ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
حَاجُورٌ	*prohibitio prohibitum, ripa vadi aquas continens.*	حَوَاجِيرُ
طَابَاقٌ	*lapis magnus latus.*	طَوَابِيقُ
فُولَاذٌ فَالُوذٌ	*chalyps.*	فَوَالِيذُ
دُوَلُولٌ	*tribulatio, confusio, permixtio.*	دَوَالِيلُ
شَاهِينٌ	*cygnus.*	شَوَاهِينُ
طَاحُونَةٌ	*mola.*	طَوَاحِينُ
حَاجُورَةٌ	*ludus, in quo pueri intra circulū aliquem cōprehendere student.*	حَوَاجِيرُ
بَالُوعَةٌ	*ingluuium.*	بَوَالِيعُ

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM
Nominum trium literarum, Compositorum

Additione ا, و, vel ى post secundam, etiam cum ة & ـا, notis gen. fem.

Secundùm formas

فعال فعول فعيل فعالة فعولة فعيلة فعيلى فعيلاء

Singulare.		Pluralia fracta.
مَكَانٌ	*locus.*	أَمْكِنَةٌ أَمَاكِنُ
مِزَاجٌ	*complexio, corporis humores.*	أَمْزِجَةٌ
جَبَانٌ جَبِينٌ	*segnis, ignauus.*	جُبَنَاءُ
إِخْفَاءٌ	*vestimentum.*	أَخْفِيَةٌ
غُلَامٌ	*adolescens.*	غِلْمَانٌ غِلْمَةٌ أَغْلِمَةٌ
سَرِيرٌ	*lectus, grabatus.*	سُرُرٌ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta
كِتَابٌ	*liber, scriptura.*	كُتُبٌ
حِوَارٌ حُوَارٌ	*pullus camelæ quandiu sequitur matrem.*	حُورَانٌ حِيرَانٌ أَحْوِرَةٌ
ذِرَاعٌ	*brachium.*	ذُرْعَانٌ أَذْرُعٌ
إِيَامٌ	*fumus.*	أُيُمٌ
إِنَاءٌ	*vas.*	أَوَانٍ آنِيَةٌ
حَشُورٌ	*pecus bene compactum.*	حَشُورَةٌ
صَبُورٌ	*patiens, constans.*	صُبُرٌ
عَثُولٌ	*stolidus, demens.*	عُثُلٌ
ذَرُورٌ	*collyrium, seu puluis ad oculos, casia.*	أَذِرَّةٌ
عَتُودٌ	*hædus anniculus.*	أَعْتِدَةٌ عِدَّانٌ
تُخُومٌ	*limes, terminus, confinis.*	تُخُومٌ تُخْمٌ
فَنِيقٌ	*admissarius præstans.*	أَفْنَاقٌ & plurale pluralis فُنُقٌ
كُمَيْتٌ	*castaneacei coloris.*	كُمَيْتٌ كُمَاتٍ
جَبِينٌ	*extremitas frontis ad tempora.*	جُبُنٌ جَبْنٌ أَجْبِنَةٌ
جَنِينٌ	*infans quandiu est in vtero.*	أَجِنَّةٌ أَجْنُنٌ
جُنَانٌ	*clypeus.*	جُنَانَةٌ
حُمَالَةٌ	*impositio tributi.*	حَمَائِلُ
حُمَالَةٌ	*cingulus gladij.*	حُمَائِلُ
حُمُولَةٌ	*iumentum oneribus aptum.*	حَمَائِلُ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
خُرُودٌ خُرَّدٌ خَرِيدٌ خَرِيدَةٌ	*virgo verecunda.*	خَرَائِدُ
سَرِيرَةٌ	*secretum.*	سَرَائِرُ
ذَرِيرَةٌ	*cassia.*	ذَرَائِرُ
قَنِيقَةٌ	*nobilitas, præstantia.*	قَنَائِقُ
مَشِيمَةٌ	*secundina, pellicula in qua fœtus in vtero.*	مَشَائِمُ مَشَامٌ
جُمَيْزَى	*sycomorus.*	جُمَائِزُ
حُبَارَى	*gradipes,* quædam auis.	حُبَارِيَاتٌ حُبَارَى
سَمِيهَاءُ سَمِيهِيٌّ	*inutile, vanum.*	سَمَائِهُ

Et cum Teſdid in ſecunda, vel tertia radicali.

Iuxta formas.

فَعَّال فَعُّول فَعِّيل فَعَّالة فَعُّولة فَعِّيلة فَعَّيلى فَعِّيلآ فعالّ فعالّة فيعلّة

Singulare.		Pluralia fracta.
رَأَجٌ	*tectum domus.*	أَجَاجِرَةٌ أَجَاجِيرُ
جُبَّانٌ جُبَّانَةٌ	*vecors, ignauus, cœmeterium, campus.*	جُبَابِينُ
رُمَّانَةٌ رُمَّانٌ	*malum punicum.*	رُمَّامِينُ
صُرَّيْدٌ صُرَادٌ	*nubecula ſine aqua,*	صَرَارِيدُ
سِنَّارٌ سِنَّوْرٌ	*feles.*	سَنَانِيرُ
تِنُّورٌ	*clibanus.*	تَنَانِيرُ
سِكِّينٌ	*culter.*	سَكَاكِينُ
قُبَّيْطَى قُبَّيْطٌ	*ſuſpicioſus, iniurioſus.*	قَبَابِيطُ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
نَشَافَةٌ	*mappa ad abſtergendum.*	نَشَاشِيفُ
ذَرَارَةٌ	*fons copioſus.*	ذَرَارِيرُ
إِجَّانَةٌ	*hydria.*	أَجَاجِينُ
بَلُّوعَةٌ بَلَّاعَةٌ	*ingluuium, capaci ſinu arcto orificio.*	بَلَالِيعُ
خِلِّيقَى	*via arcta inter montes.*	خَلَالِيقُ
عُهَيْدَى	*fideiuſſor, ſponſor.*	عَهَاهِدَةٌ
سَمِيهَاءُ سَمِيهِيٌّ	*aer: vanum, inutile.*	سَمَامِيهُ
حُبَالَةٌ	*diſceſſus, opportunitas, onus.*	حُبَالِلُ
حُمَارَةٌ حُمَّارَةٌ	*æſtus vehemens, ardor æſtiuus.*	حَمَارِرُ
صُبَارَةٌ صُبَّارَةٌ	*algor, frigoris vehementia.*	صَبَارِرُ
سِيفَنَةٌ	*auis quædam in Aegypto, arborum frondes deuorans.*	سَيَافِنُ

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM

Nominum quattuor literarum, Compoſitorum

Virtute Teſdid ſuper tertia, vel quarta radicali, etiam cum ö, vel ى in fine.

Iuxta formas.

فعلّل فعللّ فعللّة فعللّى

Singulare.		Pluralia fracta.
عَدَنَّسٌ	*validæ complexionis, fortis, robuſtus.*	عَدَانِسُ
صُفْرُقٌ	*chalybs, item planta quædam.*	صَفَارِقُ صَفَارِرُ
عَطُودٌ عَطْرَدٌ	*vehemens, violentus, via patēs, velox, probus, mōs altus.*	عَطَارِدُ عَطَاوِدُ

Singulare.		Pluralia fracta.
قِرْشَبٌ	*annosus, malæ indolis, parasitus, crassus & longus, item leo.*	قَرَاشِبُ
قِلْعَمٌ	*decrepitus.* ∴	قَلَاعِمُ
عِثْوَلٌ	*pilosus, stolidus, dissolutus.*	عَثَاوِلُ
قِطْيَمٌ	*admissarius camelorum, qui inuadit homines vt occidat.*	قَطَآئِمُ
يَهْيَرٌ	*lapis durus, mendacium.*	يَهَآئِرُ
يَهْيَرَةٌ	*camela lacte abundans.* ∴	يَهْيَرَاتٌ
يَهْيَرَى	*aqua abundans, vanitas.*	يَهَآئِرُ
دَوْدَرَى	*vagabundus.* ∴	دَوَادِرُ
صِفْصِلَّى	quædam planta.	صَفَاصِلُ
هَجَنَّفٌ هَجَنَّعٌ	*longus latus, & crassus.* ∴	هَجَانِفُ هَجَانِعُ

TABVLA

SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM

Nominum quattuor literarum, Compositorum additione post secundam radicalem, & etiam cum ة vel ى in fine.

Iuxta formas.

فعالل فعولل فعنلل فعاللة فعوللة فعوللى فعوللآء

Singulare.		Pluralia fracta.
عُطَارِدٌ	*Mercurius, stella secundi cæli.* ∴	عَطَارِدُ
عُجَاهِنٌ	*erinaceus.*	عَجَاهِنُ
أَلْعُجَاهِنُ	item *cocus, paranymphus, vir ignotæ familiæ, minister.*	أَلْعَجَاهِنَةُ
قُنَاصِرٌ	*fortis, vehemens.* ∴ ∴	قَنَاصِرُ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
سُدَانِقٌ سَدَانِقٌ	*accipiter, cygnus, auis rapax in aere vel aquis.*	سَدَانِقُ
فُرَانِقٌ	*leo.*	فَرَانِقُ
عُذَافِرٌ عُذَوْفِرٌ	*camelus magnus & fortis.*	عَذَافِرُ
عُذَافِرَةٌ عُذَوْفِرَةٌ	*camela magna & fortis.* ∴	عَذَافِرُ
عَشَنْزَرَةٌ عَشَنْزَرٌ	*fortis, ingens.*	عَشَازِرُ عَشَانِزُ
عَضَنْفَرٌ	*leo, crassus corpore.*	عَضَافِرُ عَضَانِفُ
حَبَوْكَلٌ حَبَوْكَرٌ	*tribulatio, arena in qua incedens mergitur, velox.*	حَبَاكِرُ حباكل
حَبَوْكَرَى حَبَوْكَرَآءُ حَبَوْكَرَانُ	*tribulatio.*	حَبَاكِرُ

TABVLA

SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM

Nominum quattuor literarum, Compositorum

Additione و ا vel ى ante vltimam, etiam cum ة in fine, iuxta formas.

فعلال فعلول فعليل فعليلة فعلالة فعلولة

Singulare.		Pluralia fracta.
دِحْرَاجٌ	*reuolutio.*	دِحْرَاجَاتٌ دَحَارِيجُ
شِمْرَاخٌ	*botrus vuæ, racemus cum dactylis.* ∴	شَمَارِيخُ
عِثْكَالٌ	*racemus vuæ, vel dactylorum.*	عَثَاكِيلُ
سِرْدَابٌ	*ædificium subterraneum pro æstiuo tempore,*	سَرَادِيبُ
سِمْسَارٌ	*sensalis, proxeneta.* ∴	سَمَاسِرَةٌ
سَيْدَاقٌ	quædam arbor.	سَيَادِيقُ
أَلصَّعْفُوقُ	*auarus, vilis.* ∴	صَعَافِيقُ

Sin-

Singulare.		Pluralia fracta.
سِجِلَّطٌ	*gelseminum, mappæ lineæ acu pictæ.*	سَجَالِيطُ
دُعَرُورٌ	*auarus, sordidus, vilis.* ∴	دَعَارِيرُ
زُهْلُوقٌ	*pinguis.*	زَهَالِقُ
أَلصَّنْدُوقُ أَلزَّنْدُوقُ أَلصَّنْدُوقُ أَلصَّنْدُوقُ	*arca.*	صَنَادِيقُ
شَمْرُوخٌ & عُنْكُولٌ	*racemus.* ∴	شَمَارِيخُ عَنَاكِيلُ
لُحْقُوقٌ	*scissura terræ præ nimia ariditate.*	لَحَاقِيقُ
إِبْلِيمُ	*diabolus.*	أَبَالِيسُ أَبَالِسُ أَبَالِسَةٌ
زِنْدِيقٌ	*Atheista, Sadducæus.* ∴	زَنَادِقَةٌ زَنَادِيقُ
رَجُلٌ زِنْدِيقٌ	*vir auarissimus.*	زَنَادِقَةٌ
ثَرْثَارَةٌ ثَرْثُورَةٌ	*fons copiosus.*	ثَرَائِيرُ
عُقْبُولٌ عُقْبُولَةٌ	*residuum infirmitatis, vel inimicitiæ, vel concupiscentiæ.* & *pustulæ quæ oriuntur in labijs ex vi febris.*	عَقَابِيلُ *tribulationes, afflictiones.*
عُنْكُولَةٌ	*botrus, racemus.*	عَنَاكِيلُ
نَفْطُورَةٌ	*primum germen herbæ* الوسمى. item	نَفَاطِيرُ *herbæ sparsæ per agrum.*
كِنْفِيرَةٌ	*lepus nasi.*	كَنَافِيرُ
حُنْدُرٌ حُنْدُورٌ حِنْدِيرٌ حِنْدُورٌ حِنْدَارَةٌ حُنْدُورَةٌ حِنْدُورَةٌ حُنْدُورَةٌ حِنْدِيرَةٌ	*pupilla oculi.*	حَنَادِرُ حَنَادِيرُ

Et cum Tesdid in tertia.

سِمَّارٌ	*luna, fur, noctu non dormiens.*	سَمَامِرَةٌ سَمَامِيمُ سَمَامِيرُ
جِلْبَابٌ	*pallium amplum, quo se & etiam vestes superiores mulieres tegunt.*	جَلَابِيبُ

TA-

TABVLA
SINGVLARIVM, ET PLVRALIVM
Nominum quinque literarum, Compositorum

Additione ا و, vel ى ante vltimam radicalem.

Secundùm formas

ففعليل ففعلول ففعلال

Singulare.		Pluralia fracta.
سُوْدَنِيقٌ	*auis rapax in aere, & in aquis, accipiter, cygnus.*	سَدَانِقُ سَوَادِقُ
سُوْدَانِقٌ سُوْدَانُقٌ سُوْدَانِقٌ سَيْدَانُقٌ	Idem	سَوَادِيقُ سَوَادِيبُ
سُوْدَانِقٌ سَيْدَانُقٌ سَيْدَانُقٌ سُوْدَنِيقٌ		سَدَانِيقُ
دَيْدَانٌ	*vsus, mos, consuetudo.* ∴	دَيَادِيدُ دَيَادِيبُ
خُزَّازَقٌ	*vestis alba.*	خَزَارِيقُ خَزَارِيبُ
زَنْجَبِيلٌ	*Zinziber, vinum.*	زَجَابِيلُ زَنَاجِيبُ زَنَاجِيلُ
عَنْدَلِيبٌ	*carduelis, auis quædam.*	عَنَادِلُ
صَهْصَلِيقٌ	*anus litigiosa.* ∴	صَهَاصِلُ
زَنْدَبِيلٌ	*elephans ingens.*	زَنَادِلُ
سَلْسَبِيلٌ	*mollis, lenis, sine asperitate.* ∴	سَلَاسِيلُ سَلَاسِيبُ
عَفَشْلِيلٌ	*nauseans.* ∴	عَفَاشِلُ
عَنْكَبُوتٌ	*aranea.*	عَنَاكِبُ
سِقَنْطَارٌ سِنْقِطَارٌ	*solers, industrius, dexter, non obliuiosus.*	سَقَاطِرُ
حِنْدَقُوقَى	*herba habens lac.*	حَنَادِقُ
حَنْدَقُوقٌ	*vir stolidus.* ∴	حَنَادِقُ حَنَادِيقُ

Singu-

Singulare.	Pluralia fracta.
حُمَّرُورٌ *pullus auis, quæ dicitur* الحُبَارَى	حُبَارِيرُ حُبَايِيرُ
بَاذُرُوجٌ *ocymum, basilicum.*	بَوَانِرُ بَوَارِجُ بَوَارِيجُ
عَيْجُورٌ *camela fortis & velox, vel quæ est maniaca.*	عَسَاجِيرُ
فَيْلَكُونٌ *scirpus, pix, bitumen.*	فَيَالِيكُ

Et ex præmissis Tabulis obseruare poteris, quæ Pluralia ex quibus Singularibus deriuentur, quæ frequentiùs, quæ rariùs: nam Formas فِعَالٌ أَفْعَالٌ فُعُولٌ frequentissimas agnosces ex Singulari فَعْلٌ. At Formas فِعْلَةٌ فِعْلَانٌ أَفْعُلٌ frequentiores: ceteras verò rariores:

Item frequentissimè deriuari ex Singulari فُعْلَةٌ Plurale ad instar فُعُلٌ: & ex فُعْلَةٌ ad instar فُعُلٌ: & ex فِعْلَةٌ ad instar فِعِلٌ. Quando autem vltima radicalis fuerit Infirma, penultima suscipit Tanuinum Fathhi, & vltima manet sine Vocali in omnibus casibus, quasi indeclinabiliter, vt قُرًى *ciuitates, oppida*, ex قَرْيَةٌ *vrbs*. Et quando habet articulum, penultima semper habet Fathhum, & vltima quiescit, vt القُرَى ex القَرْيَةُ. Cetera verò Pluralia sunt rariora, vt in quarta Tabula constat, quæ est Pluralium quæ ex Singulari فعلة deriuantur. Ex ceteris autem Pluralibus aliquanto frequentiùs est فِعَالٌ, ad cuius instar Pluralia formantur non rarò tam ex Singulari فعل quàm ex فعلة.

Frequentissimum autem est super omnia Plurale ad instar فَعَالِلُ, vel adiuncto ى quiescente ante vltimam ad instar فَعَالِيلُ, vel addito ة in fine, ad instar فَعَالِلَةٌ, quod ab omnibus Singularibus excedentibus tertiam literam (non tamen computatis ة ى و, quæ frequenter admiscentur radicalibus, & reliquis adiunctis, ad producendas syllabas, vel ad indicandum genus femininum) si itaque tertiam literam, illis non computatis, excedat, quæcumque alia sit quarta, Plurale huius formæ ex ipso deriuatur: etiam si fuerit Singulare quinque vel sex literarum, quia semper reducitur ad quartam, vt omnes fatentur, præsertim Author libri Chamus in dictione عندل, sic dicens: وعندليل بلامين ضرب من العصافير والعنادل جمع العندليب لان ما جاوز اربعة ولم يكن حرف مدّ ولين يردّ الى الرباعى *Et* عندليل *cum duobus Lam, est species Passerum, seu volatilium paruorum. Et* العنادل *est Plurale à Singulari* العندليب, *quia quod excedit quattuor, & non fuerit litera Maddi seu productionis, vel mollis, reducitur ad quaternarium, & inflectitur ex eo Plurale.* Itaque frequentissimæ sunt eiusmodi tres Formæ فعالل فعاللة فعاليل, quia sunt Formæ, quæ ex Quaternarijs deriuantur, & deseruiunt non solum Quaternarijs simplicibus, sed etiam Ternarijs, quæ per additionem vnius literæ quattuor literarum euaserunt: insuper & Quinarijs, & sex literarum; cùm ad Quaternaria reducantur, vt dictum est, propterea in pluribus Tabulis supra positis, eiusmodi Pluralia tam frequenter replicata sunt.

Quòd si quis interroget, ex huiusmodi tribus Plural. formis, quodnam frequentiùs formetur? dicam, ex Praxi haberi, quòd فعاللة frequentius formetur à Singularibus quattuor, quinque, vel sex literarum, significantibus Nationes, Personatus, Status, Officia, Dignitates, & cetera huiusmodi, vt مُشَارِقَةٌ مُشْرِقِيٌّ *Orientalis*, عَمَالِقَةٌ عَمَالِيقُ *Orientales populi*: عَمَالِيقُ *Amalec*, عَمَالِقَةٌ *Amalecitæ*: أَسَاقِفَةٌ أُسْقُفٌ *Episcopus*, تَلَامِذَةٌ تِلْمِيذٌ *Episcopi*: تِلْمِيذٌ *discipulus*, تَلَامِذَةٌ *discipuli*: إِبْلِيسُ *diabolus*, أَبَالِسَةٌ *diaboli*.

Quando verò post tertiam radicalem adest و ا, vel ى ad producendam syllabam, tunc frequentiùs formatur Plurale ad instar فعاليل, vt الشَّمْرُوخُ, vel شِمْرَاخٌ *racemus uuæ, vel dactylorum*: شَمَارِيخُ *botri*. Nec tamen per hoc quòd dicatur frequentiùs hoc modo formari, prohibetur quominùs & duobus reliquis modis formetur: quodnam verò ex tribus sit magis in vsu, regula prædicta docet, sed aliquando exceptio satis rara in Dictionarijs adnotatur.

Quando autem non adest و ا, vel ى post tertiam, nec altera ratio superius explicata, tunc frequentiùs ex quaternario formatur Plurale ad instar فعالل. Et hæc omnia in Tabulis supra expansis facile potes agnoscere.

Huc reuocari possunt Pluralia ad instar مُفَاعِيلُ مُفَاعِلُ أَفَاعِيلُ أَفَاعِلُ, & quæcumque sunt, quæ habent, post duas literas motas vocali Fathho, ا quiescentem, & post ipsam ا duas syllabas, prout sunt Formæ mox allatæ: quæ etiam frequentissimæ sunt, & formantur ab omnibus Nominibus, quæ tertiam quoquo modo excedunt literam: ita vt literæ, quæ hanc Pluralis formam impediunt, reijciantur, vt ex مُسْتَخْرَجٌ *locus extrahendi*, reijciuntur ت & س, literæ superadditæ, vt fiat Plurale مَخَارِجُ *loca extrahendi*, & ex مُنْقَطَعٌ *locus incisionis*, reijcitur ن, ne impediat hanc Pluralis formam مَقَاطِعُ *loca incisionis*. Insuper etiam reijcitur & ipsa م formatiua Nominis ex مُدَّخَرٌ *locus & tempus reuoluendi*, vt fiat Plurale دَخَارِجُ *loca & tempora reuoluendi*. Itaque, ad hoc, reijciuntur priùs literæ superaddi-

additæ, etiam in principio: quòd si non sufficiat, reijciuntur etiam radicales, sed quæ in fine, vt ex فَرْزَدَقٌ *panis, qui cecidit de clibano, frustum panis*, reiecto ق vel د, fit فَرَازِدُ, vel فَرَازِقُ *frusta panis*: & ex خَزْرَنَقٌ *aranea*, fit خَزَارِقُ vel خَزَارِنُ *araneæ*. Et quandoque additur in principio ا, ad simile Plurale formandum, vt ex حُرٌ *calor*, fit Plurale حُرُورٌ *calores*: & ex hoc Plurali, quia quattuor est literarum, formatur Plurale Pluralis, addita ا in principio, sic أَحَارِرُ *æstus, calores*. Ita etiam ex Singulari مَكَانٌ *locus*, addita ا in principio fit Plurale أَمَاكِنُ *loca*. Itaque, cùm in Nomine quattuor literæ apparent, fit & additio & detractio, vt Plurale iuxta hanc formam accommodetur, vt supra constat in Tabulis.

Constat etiam in Tabulis, quòd quotiescumque est ا in Singulari post primam radicalem iuxta formam فَاعِلٌ, vel quocumque alio modo ا quiescens post primam addita reperiatur, tunc in Plurali ante illam ا addendum est و, vtex فَاعِلٌ fiat فَوَاعِلُ, & ة nota generis feminini non alterat formam Pluralis, sed eodem modo fit ex طَابِقٌ *sartago*, طَوَابِقُ *sartagines*: ac ex صَاعِقَةٌ *consternatio*, quod est cum ة, صَوَاعِقُ *consternationes*.

Constat etiam ex Tabulis, si post tertiam sit ا, و, vel ى quiescens, tunc in Plurali vertendam esse in ى, si non sit, literam mollem, Chesrata præcedenti, ita vt ex فَعْلُولٌ, vel فَعْلَالٌ, fiat in Plurali فَعَالِيلُ, prout constat in Tabula Nominum quattuor literarum habentium ا, و, vel ى additas post tertiam.

Quòd si in eodem Singulari ا post primam, & aliqua ex mollibus post tertiam reperiatur, tunc vtraque regula seruatur, & ante ا adijcietur و in Plurali, & litera mollis in ى conuertetur, si non sit, Chesrata præcedenti, vt ex طَابَاقٌ *lapis magnus, latus*, fiat طَوَابِيقُ *lapides magni, lati*: & ex فَالُوذٌ *ferrum validum, chalyps*, fiat Plurale فَوَالِيذُ. Et ex طَاحُونَةٌ *mola*, fiat طَوَاحِينُ *molæ*.

Et tandem quod constat ex Tabulis est, quòd Nomen trium literarum si habeat ante vltimam aliquam ex mollibus additam, iuxta formam فَعُولٌ, vel فَعَالٌ, vel فَعِيلٌ, tunc, si sit generis Feminini, frequenter plurificetur iuxta formam فَعَائِلُ, prout supra in Tabulis: idem fieri, cùm Singulare fuerit iuxta formam فَعِيلَةٌ. Si verò فَعُولٌ, & فَعِيلٌ fuerint generis Masculini, tunc frequenter plurificari iuxta فَعُلٌ. Et فَعَالٌ gen. masc. sæpè habere plur. iuxta أَفْعِلَةٌ. Cætera autem ita vagantur, vt de ipsis regulas tradere, potiùs esset mentem confundere.

DE

DE CASV NOMINIS, EIVSQ. DECLINATIONIBVS.

TRES tantùm sunt Nominum Casus apud Arabes, Rectus seu Nominatiuus, qui dicitur رَفْعٌ *Rafeus*, ideſt, *eleuatio*, quia Nomen in eo casu locatus, stare videtur per se eleuatus, non alteri suppositus, sicut in altero qui dicitur نَصْبٌ *Nasbus*, ideſt, *positio*, & respondet Accusatiuo Latinorum: tertius dicitur خَفْضٌ *Chasdsus*, ideſt, *depressio*, vel جَرٌ *Giarrus*, ideſt, *contractio*, quia Nomen in eo casu depressus videtur, & contrahitur medio alio ad Verbum, vel Nomine vel Particula, vt patebit in tractatu De Constructione, & hic casus æquiualet cæteris casibus, Genitiuo, Datiuo, & Ablatiuo Latinorum. Et quidem Nomini conuenit quoad hos Casus, vel الْإِعْرَابُ *Declinatio*, seu (vt dictio apposita sonat) *Arabicatio*, & dicitur مُعْرَبٌ *declinabile*, seu *Arabicabile*: vel illi conuenit الْبِنَاءُ *fabricatio*, ideſt, *inuariabilitas*, ita vt se habeat tamquam ædificium, quod numquam mouetur; & dicitur exinde مَبْنِيٌّ *fabricatum*, seu *indeclinabile*.

Declinabilium autem sunt aliqua quæ declinantur variatione Vocalium tantummodo, alia verò declinantur variatione etiam literarum.

Variatione dūtaxat Vocaliū declinātur omnia Nomina singularia, siue reuolubilia siue irreuolubilia (est enim alia significatio apud Arabes indeclinabilitatis, & irreuolubilitatis: indeclinabilitas est quā mox explicauimus Nomine الْبِنَاءُ *firmatio, fabricatio*: at irreuolubilitas est quā explicabimus, agentes de Declinatione Nominū irreuolubilium, quæ dicuntur غَيْرُ مُنْصَرِفٍ *irreuolubilia*) Pluralia item fracta omnia, siue reuolubilia siue irreuolubilia, declinantur sola variatione Vocalium, similiter & Pluralia sana feminina sola mutatione Vocalium contenta sunt.

At Dualia omnia & Pluralia sana masculina, exigunt mutationem literarum. Sed Dualia solùm literas mutant; at Pluralia sana masculina variant & vocales, & etiam literas.

Ex his igitur habemus

Primò declinationem singularium omnium reuolubilium, cum declinatione Pluralium fractorum reuolubilium.

Secundò declinationem omnium Nominum irreuolubilium, siue Singularium, siue Pluralium.

Tertiò, declinationem omnium Dualium.

Quartò, declinationem Pluralium sanorum masculinorum.

Quintò, declinationem Pluralium sanorum femininorum.

Sextò, declinationem sex Nominum, quæ diuersò modo declinantur, dum sunt in regimine, vel cum affixo.

Prima Declinatio.

PRima Declinatio eſt Reuolubilium omnium, tam Singularium quàm Pluralium Fractorum: & declinantur variatione Vocalium tantummodo: & requiruntur in Rapheo Dſammum: in Nasbo Fathhum: & in Giarro Cheſrum. Et quando non ſunt annexa, ſeu non ſunt in regimine, nec cum affixis, nec habent Articulum, debetur eis Tanuinum: vt,

رَفْعٌ Rafeus.	نَصْبٌ Nasbus.	خَفْضٌ Chaphdſus, vel جَرٌّ Giarrus.	
رَجُلٌ	رَجُلاً	رَجُلٍ	*viri cuiuſdã, viro cuidã, vel quodã.*
vir quidam.	*virum quendam.*		
رِجَالٌ	رِجَالاً	رِجَالٍ	*virorum quorumdam.*
viri quidam.	*viros quoſdam.*		
وَحْيٌ	وَحْيًا	وَحْيِ	*reuelationis.*
reuelatio, inſpiratio.	*reuelationem.*		
عَطْوٌ	عَطْوًا	عَطْوِ	*largitionis.*
donatio, largitio.	*largitionem.*		

Et cum Articulo. وبالمعرفة

اَلرَّجُلُ	اَلرَّجُلَ	اَلرَّجُلِ	*viri illius.*
vir ille.	*virum ilium.*		
اَلرِّجَالُ	اَلرِّجَالَ	اَلرِّجَالِ	*horum virorum.*
hi viri.	*hos viros.*		
اَلْعَدُوُّ	اَلْعَدُوَّ	اَلْعَدُوِّ	*huius inimici.*
hic inimicus.	*hunc inimicum.*		

Et cum Annexione وبالاضافة.

رَجُلُ هِنْدٍ	رَجُلَ هِنْدٍ	رَجُلِ هِنْدٍ	*viri, vel viro Hindæ.*
vir Hindæ.	*virum Hindæ.*		
عَطْوُ اَلرَّبِّ	عَطْوَ اَلرَّبِّ	عَطْوِ اَلرَّبِّ	*munificentiæ Domini.*
munificentia Domini.	*munificentiam Domini.*		
وَحْيُ اَللّٰهِ	وَحْيَ اَللّٰهِ	وَحْيِ اَللّٰهِ	*reuelationis Dei.*
reuelatio Dei.	*reuelationem Dei.*		

Et cum

Et cum Affixis.

رِجَالِي	رِجَالِي	رِجَالِي	
viri mei.	*viros meos.*	*virorum meorum, ſeu viris meis.*	
رِجَالُكَ	رِجَالَكَ	رِجَالِكَ	
viri tui:	*viros tuos.*	*virorum tuorum, vel viris tuis.*	
عَطْوِي	عَطْوِي	عَطْوِي	
largitio mea.	*largitionem meam.*	*largitionis meæ.*	
وَحْيِي	وَحْيِي	وَحْيِي	
reuelatio meæ.	*reuelationem meam.*	*reuelationis meæ.*	
عَطْوُكَ	عَطْوَكَ	عَطْوِكَ	
largitio tua.	*largitionem tuam.*	*largitionis tuæ.*	
وَحْيُكَ	وَحْيَكَ	وَحْيِكَ	
reuelatio tua.	*reuelationem tuam.*	*reuelationis tuæ.*	
عَدُوِّي	عَدُوِّي	عَدُوِّي	
inimicus meus.	*inimicum meum.*	*inimico meo, vel inimici mei.*	
عَدُوُّكَ	عَدُوَّكَ	عَدُوِّكَ	
inimicus tuus.	*inimicum tuum.*	*inimico tuo, vel inimici tui.*	
حَيِّي	حَيِّي	حَيِّي	
viuens meus.	*viuentem meum.*	*viuentis mei.*	
حَيُّكَ	حَيَّكَ	حَيِّكَ	
viuens tuus.	*viuentem tuum.*	*viuentis tui.*	

SVNT autem pleraque pertinentia ad hanc Declinationem: ſed propter debilitatem vltimæ literæ, quia vel eſt ا vel ى, propterea nequeunt ſuſcipere Vocales omnes, quibus Caſuum diuerſitas ſignificatur: ſed quod expreſsè non appareret, tamen virtualiter adeſt, vt

اَلرَّفْعُ Rapheus.	اَلنَّصْبُ Nasbus:	اَلْخَفْضُ Chafdus, vel اَلْجَرُّ Giarus.	
رَحًى vel رَحَا	رَحًى vel رَحَا	رَحًى vel رَحَا	
mola.	*molam.*	*molæ.*	

قَاضٍ	قَاضِيًا	قَاضٍ
iudex.	*iudicem.*	*iudicis.*

Et cum Articulo وبالمعرفة.

أَلرَّحَا vel أَلرَّحَى	أَلرَّحَا vel أَلرَّحَى	أَلرَّحَا vel أَلرَّحَى
mola.	*molam.*	*molæ.*
أَلْقَاضِى	أَلْقَاضِىَ	أَلْقَاضِى
iudex.	*iudicem.*	*iudicis, iudici, iudice.*

Et cum Annexione وبالاضافة.

رَحَى زَيْدٍ	رَحَى زَيْدٍ	رَحَى زَيْدٍ
mola Zaidi.	*molam Zaidi.*	*molæ Zaidi.*
قَاضِى زَيْدٍ	قَاضِى زَيْدٍ	قَاضِى زَيْدٍ
iudex Zaidi.	*iudicem Zaidi.*	*iudicis Zaidi.*

Et cum Affixis وبالضمير المتّصل.

رَحَاىَ	رَحَاىَ	رَحَاىَ
mola mea.	*molam meam.*	*molæ meæ.*
رَحَاكَ	رَحَاكَ	رَحَاكَ
mola tua.	*molam tuam.*	*molæ tuæ.*
قَاضِىَّ	قَاضِىَّ	قَاضِىَّ
iudex meus.	*iudicem meum.*	*iudicis mei.*
قَاضِيكَ	قَاضِيكَ	قَاضِيكَ
iudex tuus.	*iudicem tuum.*	*iudicis tui.*

Et cum Plurali جَوَارِى, quod est à Singulari جَارِيَةٌ *puella*, dices

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
جُوَارٍ	جَوَارِىَ	جَوَارٍ
puellæ quædam.	*puellas quasdam.*	*puellarum quarundam.*
الْجَوَارِى	الْجَوَارِىَ	الْجَوَارِى
illa puella.	*illas puellas.*	*illarum puellarum.*

Dictum est in Nasbo جَوَارِىَ, & non جُوَارِيًا, quia est irreuolubile in Nasbo, habet enim post ا mediam duas syllabas, & ideò est Plurale irreuolubile, pertinens ad

ad secundam coniugationem, respectu Nasbi tantummodo, non respectu Rafei, nec Giarri; quia in Giarro & Rafeo non habet post ا, nisi vnicam syllabam; reiecta enim est ى, vt patet exemplis. Alij autem aliter dicunt, quod parum refert.

Secunda Declinatio.

SEcunda Declinatio est Nominum, quæ dicuntur غَيْرُ مُنْصَرِفَةٍ *irreuolubilia*, quia non obtinent omnia quæ cæteris Nominibus conceduntur; nempe neque Tanuinum, neque Chefrum in Casu Giarri, prout in præcedenti Declinatione. Sed ipsa irreuolubilia habent quidem in Rafeo Dsammum, & in Nasbo Fathhum; at in Casu Giarro non habent Chefrum, sed Fathhum; nisi habuerint articulum, vel affixum, vel fuerint annexa. Vnde dices de huiusmodi Irreuolubilibus

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
أَحْمَرُ	أَحْمَرَ	أَحْمَرَ
rubicundus.	*rubicundum.*	*rubicundi, rubicundo.*
أَحَامِرُ	أَحَامِرَ	أَحَامِرِ
rubicundi.	*rubicundos.*	*rubicundorum, & rubicundis.*
حَمْرَآءُ	حَمْرَآءَ	حَمْرَآءِ
rubicunda.	*rubicundam.*	*rubicundæ*, vel *rubicunda.*

Et cum Articulo habent in Giarro Chefrum, vt

اَلْأَحْمَرُ	اَلْأَحْمَرَ	اَلْأَحْمَرِ
rubicundus ille.	*rubicundum illum.*	*rubicundi illius.*

Similiter cum affixo, vel annexione, vt

أَحْمَرُ زَيْدٍ	أَحْمَرَ زَيْدٍ	أَحْمَرِ زَيْدٍ
rubicundus Zaidi.	*rubicundum Zaidi.*	*rubicundo Zaidi.*
أَحْمَرُكَ	أَحْمَرَكَ	أَحْمَرِكَ
rubicundus tuus.	*rubicundum tuum.*	*rubicundi tui*, vel *rubicundo tuo.*

Et quæ habent ا, etiam scriptum per ى, additum in signum generis feminini, etiam pertinent ad hanc declinationem: sed ratione literæ infirmæ non suscipiunt variationem Vocalium, vt

بُشْرَى	بُشْرَى	بُشْرَى
euangelium.	*euangelium.*	*euangelio*, vel *euangelij.*

بشراك

بُشْرَاكَ	بُشْرَاكَ	بُشْرَاكَ
euangelium tuum.	*euangelium tuum.*	*euangelio tuo.*
بُشْرَايَ	بُشْرَايَ	بُشْرَايَ
euangelium meum.	*euangelium meum.*	*euangelio meo.*
بُشْرَى ٱلْمَسِيحِ	بُشْرَى ٱلْمَسِيحِ	بُشْرَى ٱلْمَسِيحِ
euangelium Christi.	*euangelium Christi.*	*euangelio Christi.*

Cauſæ autem, ſeu ſigna irreuolubilitatis, prout refert Author Grammaticæ Caphiæ, nomine ابن الحاجب *Ebnol Hageb*, ideſt, *filius Supercilij*: & latè proſequitur Pater noſter Franciſcus Martelottus in ſua Grammatica, ſunt nouem: nempe ٱلْعَدْلُ *deuiatio*, ideſt cùm Nomen alteratum eſt de vna Forma in aliam, vt cùm pro عَامِرٌ *viuens*, mutata Forma dicitur عُمَرُ *Homar*. Secundum ſignum eſt الْوَصْفُ *Eſſe adiectiuum*. Tertium التَّانِيثُ *Eſſe generis feminini*. Quartum الْمَعْرِفَةُ *Eſſe Nomen proprium*. Quintum الْعُجْمَةُ *exteritas, ſeu Eſſe Nomen exteræ linguæ*, Sextum الْجَمْعُ *Eſſe plurale*. Septimum التَّرْكِيبُ *Eſſe Nomen compoſitum ex duobus, vel pluribus Nominibus*. Octauum ا & ن addita in fine Nominis vltra radicales. Et tandem nonum ſignum eſt وَزْنُ ٱلْفِعْلِ *forma Verbi*: ideſt, vt Nomen ſit formatum iuxta Formas quæ propriæ ſunt Verbi. Hæc ſunt nouem ſigna, ſeu potiùs cauſæ irreuolubilitatis.

Et quidem Signum, ſeu Cauſa ſexto loco memorata, nempe الْجَمْعُ *pluralitas*, ſeu eſſe Plurale, ſola per ſe ſufficit ad conſtituendum Nomen irreuolubile, dummodo ſit ex pluralibus habentibus quattuor ſyllabas, interpoſita ا in medio, nempe iuxta Formas فَعَائِلُ مَفَاعِيلُ أَفَاعِلُ فَعَالِلُ فَفَاعِلُ مَفَاعِلُ فَوَاعِلُ فَعَالِيلُ. Eo enim ipſo quòd Plurale eſt ex his Formis, intelligitur eſſe irreuolubile, etiam præciſa omni alia cauſa.

Similiter & duæ notæ generis feminini ا breuis, quæ ſcribitur per ى: & ا producta, quæ ſcribitur cum Maddo & Hamzat, ſolæ ſufficiunt, abſque alia cauſa, ad reddendum Nomen irreuolubile, vt بُشْرَى *euangelium*: خُرَى *foramen molæ*: صَحْرَاءُ *campus, ager*: عَذْرَاءُ *virgo*.

At alia nota generis feminini, nempe ة, non ſufficit ſola ad efficiendum Nomen irreuolubile, ſe requirit concomitantiam Proprietatis, ita vt ſit Nomen non ſolum femininum cum ة, ſed etiam proprium, vt فَاطِمَةُ *Fatema*.

Quod

Quod autem eſt Femininum ſine aliqua nota, ad hoc vt ſit irreuolubile, debet eſſe vel exterum, vel pluſquam trium literarum, vel ſaltem habere Vocalem in ſecunda radicali: aliàs enim ad libitum reuoluetur. Quare هِنْدٌ *India*, eſt Nomen ad libitum reuolubile. Non autem مَاهُ *Maho*, & جُورُ *Giuro*; quia Nomina extera: nec زَيْنَبُ *Zainaba*, quia pluſquam Ternarium: nec سَقَرُ *Sachar*, quia habet Vocalem in ſecunda: propterea hæc omnino irreuolubilia ſunt.

Si Femininum nomen trium literarum tantummodo, imponatur Mari, erit reuolubile, vt قَدَمٌ *Cadmus*: ſi autem habuerit plures literas, erit irreuolubile, vt عَقْرَبُ *Achrabus*. Eſt autem vtrumque Nomen generis Feminini, قَدَمٌ ſignificans *pedem*, & عَقْرَبٌ *ſcorpionem*.

Cætera quoque ſigna, ſeu cauſæ irreuolubilitatis, neque ſolæ ſufficiunt, ſed ſaltem binæ requiruntur in quolibet Nomine, vt irreuolubile cenſeatur: quare ٱلْعَدْلُ *deuiatio*, ſeu *alteratio Nominis, mutatis quibuſdam literis, radice integra*, requirit concomitantiam الْوَصْفُ *adiectionis*, ſeù *eſſe Adiectiuum*, vel concomitantiam الْمَعْرِفَةُ ſeu الْعَلَمِيَّةُ *Proprietatis*: ita vt ſit vel Adiectiuum deuiatum, ſeu transformatum, vt in Alchorano, cap. de Mulieribus فَانْكِحُوا مَاطَابَ لَكُمْ مِنَ ٱلنِّسَاءِ مَثْنَى وَثُلَاثَ وَرُبَاعَ *Copulamini cum mulieribus quæ placent vobis, binis, & ternis, & quaternis*. Vbi illa مَثْنَى ثُلَاثَ رُبَاعَ deuiata ſunt ex اثْنَتَيْنِ اثْنَتَيْنِ *à duę à due: binæ, binæ*, & ex ثَلَاثًا ثَلَاثًا *ternæ, à tre, à tre*. Et ex أَرْبَعًا أَرْبَعًا *quaternæ, à quattro, à quattro*. Et quia ſunt Adiectiua deuiata à ſua originaria forma, propterea ſine Tanuino dixit impoſtor Mahomet مَثْنَى ثُلَثَ رُبَعَ, & non dixit مَثْنًى ثُلَثًا رُبَاعًا cum Tanuino. Et hæc eſt vera & realis deuiatio, dicta عَدْلٌ حَقِيقِيٌّ *deuiatio vera*. Eſt enim altera deuiatio, habens annexam proprietatem Nominis, vt reddat Nomen irreuolubile, dicta عَدْلٌ غَيْرُ حَقِيقِيٍّ *deuiatio non vera*, ſed exiſtimatione tantùm, quæ cenſetur de his Nominibus proprijs عُمَرُ *Homerus*: زُفَرُ *Zofarus*, nominibus virorum, quæ cenſentur deuiata ex عَامِرٌ *viuens*, ſeu *habitans*: & ex زَافِرٌ *ingemiſcens*. Item in Nominibus femininis قَطَامِ *Cotama*, & عَلَابِ *Golaba*, quæ cenſentur deducta ex قَاطِمَةٌ *mordens*, & عَالِبَةٌ *vincens*.

الوصف *Epitheton*, seu *Adiectiuum* debet esse ex sua originali natura Adiectiuum, non per accidens vsurpatur: quare nomina numeralia, quæ Substantiua sunt apud Arabes, dicitur enim ثَلَاثَةُ رِجَالٍ *tres hominum*. أَرْبَعَةُ دَرَاهِمَ *quatuor denariorum*, &c. quia Substantiua sunt: & vsurpantur tamquam Adiectiua sic رِجَالٌ ثَلَثَةٌ *homines tres*, دَرَاهِمُ أَرْبَعَةٌ *denarij quatuor*, & sunt reuolubilia: quare si in eiusmodi conueniat altera concausa irreuolubilitatis, non reddet aliquod ex ipsis irreuolubile: vt in أَرْبَعٌ *quattuor*, conuenit cum vsurpatione adiectiuitatis altera concausa, quæ est وَزْنُ ٱلْفِعْلِ Forma Verbi, & tamen non redditur أَرْبَعٌ irreuolubile, quia est originaliter Substantiuum, vnde dicitur نِسْوَةٌ أَرْبَعٌ *mulieres quattuor*. Et è contra si aliquod Nomen Adiectiuum ex sui origine, vsurpetur tamquam Substantiuum, adiuncta altera concausa, est etiam irreuolubile, vt أَسْوَدُ *niger*, non solùm est irreuolubile dum sumitur ad significandam nigredinem, tamquam Adiectiuum; quia concurrunt in eo duæ causæ, scilicet Esse Adiectiuum, & Forma Verbi: sed etiam erit irreuolubile, dum vsurpabitur tamquam Substantiuum ad significandum Serpentem, qui propter sui nigredinem dicitur ٱلْأَسْوَدُ, quamuis tunc videatur deesse altera ex concausis: idem dicendum de عَرْقَمُ *polymitus*, quando vsurpatur ad significandum Serpentem diuersicolorem. Quòd si dubium sit de origine adiectiuitatis, tunc ad libitum erit ipsius reuolutio, vt accidit in أَفْعَى *vipera*, أَجْدَلُ *accipiter*, أَخْيَلُ *harpya*: quæ reuolui possunt, quia Substantiua sunt: & possunt etiam tamquam irreuolubilia tractari, quia cènseri possunt Adiectiua deriuata ex فَعْوَةٌ *vehementia*, جُدَالٌ *promptitudo*; & خُيَالٌ *phantasma*.

ٱلْعُجْمَةُ *exteritas*, ideſt quòd Nomen sit exterum, seu alterius linguæ, exigit concausam Proprietatem Nominis. Sed ad hoc vt sit irreuolubile, debet esse pluſquam trium literarum, vt إِبْرَاهِيمُ *Abraham*, دَاوُدُ *Dauid*, يَعْقُوبُ *Iacob*. Quòd si sit trium literarum, debet in secunda habere Vocalem, ad hoc vt sit irreuolubile, vt سَقَرُ *Sacar*: quòd si media quiescat, fiet reuolubile, vt نُوحٌ *Noe*, لُوطٌ *Lot*, &c.

ٱلتَّرْكِيبُ *Compositio* debet esse Nominis proprij, & sine annexione, vt بَعْلَبَكُّ *Baelabach*, & مَعْدَى كَرِبَ *Maedacharbum*. Si enim fuerit cum annexione, erit reuolubile, vt عَبْدُ ٱللَّهِ *Abdola*, عَبْدُ ٱللهِ, & عَبْدِ ٱللَّهِ.

ن & ا

ا & ن debent esse superadditæ in fine vltra radicales: & concausa requisita, ad hoc vt reddat nomen irreuolubile est, vel Proprietas, ideſt vt sit Nomen Proprium, vt عُثْمَانُ *Othmano*: vel Adiectiuitas, ideſt vt sit Nomen Adiectiuum, vt رَحْمَانُ *misericors*, كَسْلَانُ *negligens*: sed in Nomine Adiectiuo animaduertendum est, an eius Femininum sit iuxta formam فَعْلَى, quia tunc erit irreuolubile: si autem fuerit iuxta formam فَعْلَانَةٌ, tunc erit reuolubile: si autem neutro modo Femininum reperiatur, tunc ad libitum fieri poterit, quia sententiæ hinc inde sunt, communior autem vult, illud esse irreuolubile: vnde رَحْمَانُ vel رَحْمَنُ *misericors*, ad libitum reuolui potest, quia non adest Femininum رَحْمَى, nec رَحْمَانَةٌ. At سَكْرَانُ *ebrius*, est irreuolubile, quia Femininum est سَكْرَى *ebria*: ita etiam نَدْمَانُ *pœnitens*, cùm significat actum pœnitentiæ, est irreuolubile, quia habet in Feminino نَدْمَى: at نَدْمَانُ *pœnitens*, dum sensus est de habitu pœnitentiæ, reuoluitur, quia Femininum est نَدْمَانَةٌ,

وَزْنُ ٱلْفِعْلِ *Forma Verbi* debet esse ex ijs, quæ proprijssima sunt Verbo, vt فَعَلَ & فَعُلَ, أَفْعَلَ, & vt reddat Nomen irreuolubile, debet esse talis Forma Verbi in Nomine proprio, vt شَمَّرَ *Sciammar*, & ضَرِبَ *Dsoreb*, أَحْمَدُ *Ahmed*. Et sunt Formæ Præteriti, vel Formæ Passiuæ, vel Formæ Compositæ virtute Tesdid super secunda radicali: vel iuxta Formam Modsarei, cui in principio adijcitur aliqua ex his literis أتين, vt suo loco dictum est: quare يَزِيدُ *Iazid*, quia est iuxta Formam Modsarei, est etiam irreuolubile. Similiter Adiectiuum, si sit iuxta Formam Verbi erit irreuolubile, vt أَحْدَبُ *gibbosus*, *contortus*, أَحْمَرُ *rubicundus*. Sed requiritur vt Femininum careat ة, aliàs enim fiet reuolubile, vt أَرْمَلٌ *viduus*, quia Femininum eius habet ة, & dicitur أَرْمَلَةٌ *vidua*: similiter reuoluitur يَعْمَلُ *operans*, quia Femininum est يَعْمَلَةٌ.

Sed vtile erit, aliqua exempla ex omnibus irreuolubilium speciebus, quasi in Tabulis apponere, vt vnico intuitu conspiciantur.

IRREVOLVBILIA.

Ratione solius Formæ Pluralis.

Quia interiacet ا media inter binas, syllabas hinc & inde ـ.

سَلَالِمُ & سَلَالِيمُ	هَجَالِسُ	حَضَاجِرُ
Scalæ.	*consessus.*	*ventrosi.*
طَوَابِقُ	بَوَالِيعُ	أَكَالِبُ
Sartagines.	*ingluuies.*	*canes.*
أَنَاعِيمُ	سَرَادِرُ	سَرَارِي
iumenta, pecora.	*secreta.*	*concubinæ.*

Quando autem post ا sequuntur pluſquam duæ syllabæ, tunc Plurale est reuolubile: vnde ex pluralibus ex. gr. formatis à Singulari أُسْقُفٌ *Episcopus*, أَسَاقِفُ *Episcopi*, est irreuolubile: at أَسَاقِفَةٌ est reuolubile. Similiter si minuatur numerus duarum syllabarum post ا, statim redditur Plurale reuolubile, vt patet in Plurali جَوَارٍ *puellæ*, à quo reijcitur ى (quando non habet articulum, nec est annexum) in duobus casibus, Giarri videlicet & Rafei, non autem in Nasbo: quare in Nasbo tantùm est irreuolubile, pertinens ad hanc declinationem; in duobus verò reliquis pertinet ad præcedentem declinationem; quamuis aliqui dicant, Tanuinum, quod apponitur in fine Pluralis جَوَارٍ, esse non declinationis, sed compensationis, loco ى reiectæ. Sed quidquid sit, Plurale hoc, & similia sic declinantur

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
جَوَارٍ	جَوَارِى	جَوَارِ
puellæ.	*puellas.*	*puellarum, & puellis.*

Et cum affixo.

جَوَارِيكَ	جَوَارِيكَ	جَوَارِيكَ
puellæ tuæ.	*puellas tuas.*	*puellarum tuarum.*

IRREVOLVBILIA.

Ratione ا breuis, vel longæ, in signum gen. fem.

عَذْرَاءُ	صَحْرَاءُ	حَمْرَاءُ
virgo.	*campus.*	*rubicunda.*
ظَلْمَاءُ	بُشْرَى	عُذْمُلَى
tenebræ.	*bonum nuncium.*	*omne vetustum.*
حُبْلَى	حُبُوكَرَى	يَهْمَرَى
prægnans.	*tribulatio.*	*aqua abundans, vanitas*

Ratione generis Feminini, & Proprietatis.

طَلْحَةُ	فَاطِمَةُ	زَيْنَبُ
Talhhata.	*Fatema.*	*Zainaba.*
سَقَرُ	جُورُ	مَاهُ
Sachara.	*Giura.*	*Maha.*

Ratione Adiectiuitatis, & Deuiationis.

أُحَادُ vel مُوَحَّدٌ *singuli.*	Deuiata ex	وَاحِدٌ وَاحِدَةٌ
ثُنَاءُ vel مُثَنًّى *bini.*		اِثْنَانِ اِثْنَانِ
ثُلَاثُ vel مُثَلَّثُ *terni.*		ثُلْثَةٌ ثُلْثَةٌ
رُبَاعُ vel مُرَبَّعُ *quaterni.*		أَرْبَعَةٌ أَرْبَعَةٌ
خُمَاسُ vel مُخَمَّسٌ *quini.*		خَمْسَةٌ خَمْسَةٌ
سُدَاسُ vel مُسَدَّسٌ *seni.*		سِتَّةٌ سِتَّةٌ
سُبَاعُ vel مُسَبَّعٌ *septeni.*		سَبْعَةٌ سَبْعَةٌ
ثُمَانُ vel مُثَمَّنٌ *octeni.*		ثَمَانِيَةٌ ثَمَانِيَةٌ
تُسَاعُ vel مُتَسَعٌ *noueni.*		تِسْعَةٌ تِسْعَةٌ
أُخَرُ *vltimi, & vltimæ, alter, altera.*		آخَرُ أُخْرَاوَاتٌ أُخَارَى
جُمَعُ *totæ.*		جُمْعَاوَاتٌ جُمَاعَى

كُتَعُ *totæ.*	Deuiata ex	كَتْعَاوَاتٌ كُتَاعَى
بُتَعُ *totæ.*	∴	بَتْعَاوَاتٌ بُتَاعَى
بُصَعُ *totæ.*		بَصْعَاوَاتٌ بُصَاعَى

Ratione Deuiationis, & Proprietatis.

عُمَرُ *Homerus.*	Existimatione deuiata ex	عَامِرٌ
زُفَرُ *Zopharus.*		زَافِرٌ
قُطَامُ *Chotama.*	∴	قَاطِمَةٌ
غُلَابُ *Golaba.*		غَالِبَةٌ

Ratione Exteritatis, & Proprietatis.

يَسُوعُ *IESVS, Nomen Saluatoris, & Dei nostri.*

أَدَمُ *Adam.*	إِحْنُوخُ vel إِدْرِيسُ *Enoch,* sic vocant post imposturã Mahomet.	إِبْرَاهِيمُ *Abraham.*
إِسْحَاقُ vel إِسْحَقُ *Isaac,*	يَعْقُوبُ *Iacob.* ∴	يُوسُفُ *Ioseph.*
مُوسَى *Moyses.*	يَشُوعُ *Iosue.*	دَاوُدُ دَاوُودُ *Dauid.*

Ratione Compositionis, & Proprietatis.

بَعْلَبَكُّ *Baelabacum.* *Maedacherbum.* مَعْدَى كَرْبُ

Ratione Adiectiuitatis, & additione ا & ن in fine.

كَسْلَانُ *negligens.*	عَطْشَانُ *sitibundus.*	سُكْرَانُ *ebrius.*

Ratione Proprietatis, & ا & ن in fine.

كَنْعَانُ *Chanaan.*	سُلَيْمَانُ *Salomon.*	عُثْمَانُ *Othman.*

عِمْرَانُ *Amran* ex errore Mahomet, Sic vocãt S. Ioachim, patrẽ B.V. MARIAE.

Ratione

Ratione Proprietatis, & Formæ Verbi.

شَمَّرُ *Sciammarus.*	ضُرِبُ *Dsorebus.*	أَحْمَدُ *Ahhmedus.*
أَعْثَرُ *Aeterus.*	يَشْكُرُ *Iascorus.* ∴	يَزِيدُ *Iazidus.*

Ratione Adiectiuitatis, & Formæ Verbi.

أَحْمَرُ *rubicundus.*	أَبْيَضُ *albus.*	أَسْوَدُ *niger.*
أَحْدَبُ *contortus.*	أَكْبَرُ *maior.* ∴	أَصْغَرُ *minor.*
أَحْسَنُ *pulcherrimus.*	أَفْضَلُ *præstantissimus.*	أَوَّلُ *primus.*

Omnia hæc & similia sunt Irreuolubilia, & pertinent ad hanc secundam Declinationem. أَوَّلُ autem, quando est Adiectiuum, Irreuolubile est: quando verò significat *ante*, tunc est reuolubile, & dicitur أَوَّلًا *primùm, antea,* &c.

Tertia Declinatio.

TErtia Declinatio est Dualium omnium, quæ declinantur sola variatione literarum: & exigunt ا quiescentem, post vltimam Fathhatam; & in Nasbo & Giarro mutant illud ا in ى etiam quiescentẽ: in fine autem ن habet suum Chesrũ, nisi sit reijciendum propter Affixum, vel Annexionem: dices igitur

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
رَجُلَانِ *duo quidam viri.*	رَجُلَيْنِ *duos quosdam viros.*	رَجُلَيْنِ *duorum quorumdã virorũ.*
أَلرَّجُلَانِ *hi duo viri.*	أَلرَّجُلَيْنِ *hos duos viros.*	أَلرَّجُلَيْنِ *horum duorum virorum.*

Et reiecto ن propter Annexionem.

رَجُلَا زَيْدٍ *duo viri Zaidi.*	رَجُلَيْ زَيْدٍ *duos viros Zaidi.*	رَجُلَيْ زَيْدٍ *duorum virorum Zaidi.*

Et re-

Et reiecto ن propter Affixum.

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
رَجُلَاكَ	رَجُلَيْكَ	رَجُلَيْكَ
duo viri tui.	*duos viros tuos.*	*duorum virorum tuorum.*

At cum ى Affixo primæ personæ singularis, dicitur:

رَجُلَاىَ	رَجُلَىَّ	رَجُلَىَّ
duo viri mei.	*duos viros meos.*	*duorum virorum meorum.*

Ad hanc Declinationem pertinent Nomina quamuis singularia, significantia tamen per modum Dualis, vt sunt كِلَا *vterque*, كِلْتَا *vtraque*, quibus adiungitur هما *ipsi duo*, vel *ipsæ duæ*. Item إِثْنَانِ *duo*, إِثْنَتَانِ *duæ*, & ثِنْتَانِ *duæ*.

De his igitur dices

كِلَاهُمَا	كِلَيْهِمَا	كِلَيْهِمَا
vterque.	*vtrumque.*	*vtriusque*, vel *vtroque*, *vtriq;*
كِلْتَاهُمَا	كِلْتَيْهِمَا	كِلْتَيْهِمَا
vtraque.	*vtramque.*	*vtriusque*, *vtrique*, *vtraque.*
إِثْنَانِ	إِثْنَيْنِ	إِثْنَيْنِ
duo.	*duos.*	*duorum*, vel *duobus.*
ثِنْتَانِ vel إِثْنَتَانِ	ثِنْتَيْنِ vel إِثْنَتَيْنِ	ثِنْتَيْنِ vel إِثْنَتَيْنِ
duæ.	*duas.*	*duarum*, vel *duabus.*

Quarta Declinatio.

QVarta Declinatio est Pluralium omnium sanorum generis masculini, & quæ ipsis assimilantur: & exigunt mutationem literarum & vocalium: nam in Rafeo requirunt و quiescentem post Dsammum; in Giarro autem vel Nasbo ى quiescentem post Chesrum, vt

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
نَاصِرُونَ	نَاصِرِينَ	نَاصِرِينَ
adiuuantes quidam.	*adiuuantes quosdam.*	*adiuuantium quorumdam.*
اَلنَّاصِرُونَ	اَلنَّاصِرِينَ	اَلنَّاصِرِينَ
hi adiuuantes.	*hos adiuuantes.*	*his adiuuantibus.*

Et quan-

Et quando habent Affixum, vel sunt Annexa, abijciunt ن, vt

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
نَاصِرُوا زَيْدٍ	نَاصِرِى زَيْدٍ	نَاصِرِى زَيْدٍ
adiutores Zaidi.	*adiutores Zaidi.*	*adiutoribus Zaidi.*
نَاصِرُوكَ	نَاصِرِيكَ	نَاصِرِيكَ
adiutores tui.	*adiutores tuos.*	*adiutorum tuorum.*

Et cum ى, Affixo primæ personæ, conuertitur و signum Rafei, in ى, & imittitur in alterum ى: ita etiam in casibus obliquis, ى casus imittitur in ى relatiuum primæ personæ, cum Fathho, vt

نَاصِرِىَّ	نَاصِرِىَّ	نَاصِرِىَّ
adiutores mei.	*adiutores meos.*	*adiutorum meorum.*

Ad hanc declinationem pertinent Nomina numeralia decadum, à vigesimo vsque ad nonagesimum inclusiuè: sunt enim Pluralibus sanis masculinis similia: quare dices

عِشْرُونَ	عِشْرِينَ	عِشْرِينَ
viginti, vel *vigesimus.*	*viginti*, vel *vigesimum.*	*viginti*, vel *vigesimo.*
ثَلَاثُونَ	ثَلَاثِينَ	ثَلَاثِينَ
triginta, & *trigesimus.*	*triginta*, & *trigesimum.*	*triginta*, & *trigesimi.*
أَرْبَعُونَ	أَرْبَعِينَ	أَرْبَعِينَ
quadraginta, & *quadragesimus.*	*quadraginta*, & *quadragesimum.*	*quadraginta*, & *quadragesimo*, vel *quadragesimi.*
خَمْسُونَ	خَمْسِينَ	خَمْسِينَ
quinquaginta, & *quinquagesimus.*	*quinquaginta*, & *quinquagesimum.*	*quinquaginta*, & *quinquagesimi*, vel *quinquagesimo.*
سِتُّونَ	سِتِّينَ	سِتِّينَ
sexaginta, & *sexagesimus.*	*sexaginta*, & *sexagesimum.*	*sexaginta*, & *sexagesimo.*
سَبْعُونَ	سَبْعِينَ	سَبْعِينَ
septuagĭta, & *septuagesimus.*	*septuaginta*, & *septuagesimũ.*	*septuaginta*, & *septuagesimo.*
ثَمَانُونَ	ثَمَانِينَ	ثَمَانِينَ
octoginta, & *octuagesimus.*	*octoginta*, & *octuagesimũ.*	*octoginta*, & *octuagesimo.*
تِسْعُونَ	تِسْعِينَ	تِسْعِينَ
nonaginta, & *nonagesimus.*	*nonaginta*, & *nonagesimũ.*	*nonaginta*, & *nonagesimo.*

Sed

Sed non abijciunt ن: non enim possunt annecti; sed locant in Nasbo numeratum, in Singulari, & dicitur

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
عِشْرُونَ عَبْدًا	عِشْرِينَ عَبْدًا	عِشْرِينَ عَبْدًا
viginti serui.	*viginti seruos.*	*viginti seruis.*
تِسْعِينَ قِنْطَارًا	تِسْعِينَ بَدْرَةً	تِسْعِينَ بَدْرَةً
nonaginta talenta.	*nonaginta talenta.*	*nonaginta talentis*, vel *talentorũ.*
أَلْعِشْرُونَ عَبْدًا	أَلْعِشْرِينَ عَبْدًا	أَلْعِشْرِينَ عَبْدًا
viginti illi serui.	*illos viginti seruos.*	*illorum viginti seruorum.*
أَلتِّسْعُونَ قِنْطَارًا	أَلتِّسْعِينَ بَدْرَةً	أَلتِّسْعِينَ بَدْرَةً
nonaginta hæc talenta.	*nonaginta hæc talenta.*	*nonaginta his talentis.*

Et secundum numeros ordinales dicitur etiam in Decadibus, à 20. vsq. ad 90.

اَلْعَبْدُ اَلْعِشْرُونَ	اَلْعَبْدُ اَلْعِشْرِينَ	اَلْعَبْدِ اَلْعِشْرِينَ
seruus vigesimus.	*seruum vigesimum.*	*seruo vigesimo.*
اَلْعَبْدُ اَلتِّسْعُونَ	اَلْعَبْدَ اَلتِّسْعِينَ	اَلْعَبْدِ اَلتِّسْعِينَ
seruus nonagesimus.	*seruum nonagesimum.*	*seruo nonagesimo.*

Quinta Declinatio.

QVinta Declinatio est Pluralium Sanorum generis feminini, quæ declinantur variatione dumtaxàt Vocalium, & requirunt in Rafeo Dsammum, at in Nasbo & Giarro Chesrum: quare dices

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
نَاصِرَاتٌ	نَاصِرَاتٍ	نَاصِرَاتٍ
adiuuantes quædam.	*adiuuantes quasdam.*	*adiuuantium quarundam.*
اَلنَّاصِرَاتُ	اَلنَّاصِرَاتِ	اَلنَّاصِرَاتِ
illæ adiuuantes.	*illas adiuuantes.*	*illarum adiuuantium.*
هِنْدَاتٌ	هِنْدَاتٍ	هِنْدَاتٍ
Hindæ.	*Hindas.*	*Hindis*, vel *Hindarum.*
جُلْبَاتٌ	جُلْبَاتٍ	جُلْبَاتٍ
crustæ cicatricis.	*crustas cicatricis.*	*crustis*, vel *crustarum cicatricis.*

Hoc modo declinantur vniuersa Pluralia habentia in fine additas ا & ت.

Sexta

Sexta Declinatio.

SExta Declinatio est peculiaris sex Nominibus, non semper, sed quando sunt annexa vel habent Affixum; aliàs enim pertinent ad primam Declinationem. Sunt autem nomina أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *socer*, هَنٌ *vulua*, فَمٌ *os*, ذُو *præditus, habens*: Quæ vox semper est cum annexione. Hæc igitur omnia, annexa vel cum affixis, exigunt in Rafeo و quiescens post Dsammum: in Nasbo ا post Fathhum: & in Giarro ى quiescens post Chesrum, vt

In Rafeo.	In Nasbo.	In Giarro.
أَبُوكَ	أَبَاكَ	أَبِيكَ
pater tuus.	*patrem tuum.*	*patris tui, patri* vel *patre tuo.*
أَبُو زَيْدٍ	أَبَا زَيْدٍ	أَبِي زَيْدٍ
pater Zaidi.	*patrem Zaidi.*	*patris, patri* vel *patre Zaidi*
أَخُوكَ	أَخَاكَ	أَخِيكَ
frater tuus.	*fratrem tuum.*	*fratris tui fratri* vel *fratre tuo.*
حَمُوكَ	حَمَاكَ	حَمِيكَ
socer tuus.	*socerum tuum.*	*soceris tui.*
هَنُوكِ	هَنَاكِ	هَنِيكِ
vterus tuus.	*vterum tuum.*	∴ *vtero tuo.*
فُوكَ	فَاكَ	فِيكَ
os tuum.	*os tuum.*	*oris, ori*, vel *ore tuo.*
ذُو رَحْمَةٍ	ذَا رَحْمَةٍ	ذِى رَحْمَةٍ
præditus misericordia.	*præditũ misericordia.*	*prædito*, vel *præditi misericordia.*

Cùm autem annectuntur Affixo primæ personæ, additur tantùm ipsum ى relatiuum quiescens post Chesrum, in omnibus casibus, vt

أَبِى	أَبِى	أَبِى
pater meus.	*patrem meum:*	*patris mei, patri*, vel *patre meo.*

فُو *Os* verò, cùm est sine annexione, dicitur فَمٌ *bucca*. Et cum Affixo etiam dicitur فُكَ *os tuum*. فَكَ *buccam tuam*. فِكَ *ore tuo*. Et فِى *os meum*. فِى *buccam meam*. فِى *oris mei, ori*, vel *ore meo*.

DE SPECIEBVS NOMINIS.

PLVRIBVS modis diuidi potest Nomen: vel ratione Quantitatis, in Simplex, vel Compositum: in Duarum literarum, trium, quattuor, vel plurium. Vel ratione Qualitatis, in Perfectum, Duplicatum seu Surdum, Infirmum, vel Hamzatum. Ratione Generis, in Masculinum, Femininum, vel Commune. Ratione Numeri, in Singulare, Duale, & Plurale, Sanum vel Fractum. Ratione Casus, in Rafeatum, Nasbatum, & Giarratum: item in Reuolubile, & Irreuolubile: item in Declinabile & Indeclinabile. De omnibus memoratis iam supra dictum est per singula, præterquam de Indeclinabilibus, de quibus postea. Nunc autem Species Nominum prosequentes, distinguimus præterea Nomen in Adiectiuum & Substantiuum: in Proprium & Appellatiuum: in Nomen quod Arabes dicunt ظَاهِرٌ *manifestum*, quod peculiariter Nomen dicitur, vel in Pronomen, quod videtur assumi loco Nominis, & dicitur مُبْهَمٌ *indistinctum:* quo Nomine dicunt Arabes Pronomina Demonstratiua, & Relatiua. Item dicitur مُضْمَرٌ *subintellectum*, quo Nomine censent Pronomina personalia.

Præcipuè autem diuiditur Nomen in جَامِدٌ *primitiuum*, seu غَيْرُ مُشْتَقٍّ *inderiuatum*, & مُشْتَقٌّ *deriuatiuum*. Primitiuum est quod à nullo deriuatur, vt اَللّٰهُ *Deus*, مَلَكٌ *Angelus*, رَجُلٌ *Homo*, فَرَسٌ *equus*, أَسَدٌ *leo*. Deriuatiuum verò est, quod ab alio, Nomine vel Verbo, deriuatur. Et quidem supra in tractatu de Verbis enumerauimus Nomina quæ à Verbis deriuantur, nempe Masdarum, nomen Agentis & Patientis, Adiectiuum qualificans, & cætera quæ dicuntur Verbis coniuncta. Modo supereſt vt dicamus de ijs Nominibus quæ à Nominibus deriuantur.

Et triplex occurrit deriuationis modus, explicatione indigens: nempe primò eius Nominis quod dicitur مَنْسُوبٌ *relatum*, & apud Latinos proprium retinet nomen Deriuatiui, vt est أَرْضِيٌّ *terrestris*, quod deriuatur ab أَرْضٌ *terra*, سَمَاوِيٌّ *cælestis*, a سَمَآءٌ *cælum*: أَسَدِيٌّ *leoninus* ab أَسَدٌ *leo*.

Secundò, eius Nominis quod dicitur مُصَغَّرٌ *diminutiuum*, vt أُسَيِّدٌ *leunculus*, فُرَيِّسٌ *equulus*, رُجَيِّلٌ *homuncio*.

Tertiò, eius Nominis, quod dicitur اَلْمَكَانِ *loci*, vel اَلْوِعَآ *vasis*, & اَلْكَثْرَةِ *abundantiæ*. Quia verò de his dictum est dum ageremus de Verbo: ibi enim diximus quo nam modo formetur tam à Verbo quàm à Nomine, nomen Loci, Vasis, & Abundantiæ. Supereſt igitur, vt de Deriuatiuo seu Relato, & Diminutiuo dicamus.

De

فى الاسم المنسوب

De Nomine Relato, seu Deriuatiuo.

NOmen اَلْمَنْسُوبُ *Relatum*, seu *Deriuatiuum*, formatur interdum, addita in fine ن, & ى grauato virtute Teſdid, vt ex طُوبَا *beatitudo*, طُوبَانِيٌّ *beatus*, & طُوبَانِيَّةٌ *beata:* & ex رُومِيَةُ *Roma*, رُومَانِيٌّ *Romanus*, رُومَانِيَّةٌ *Romana*. & præsertim cùm vltima Nominis fuerit litera Infirma, ا, و, vel ى.

Frequentiùs tamen formatur Nomen اَلْمَنْسُوبُ *relatum*, seu *deriuatum*, à suo primitiuo, addita in fine ى tantùm, duplicata virtute Teſdid, Cheſrata præcedenti, vt ex أَرْضٌ *terra*, fit أَرْضِيٌّ *terrestris*. اَلٰهٌ *Deus*, اَلٰهِيٌّ *deicus*.

Quòd si in fine Nominis fuerit ة, reijcietur, vt ex نَاصِرَةٌ *adiutrix*, نَاصِرِيٌّ *iuuatilis, ad adiutricem pertinens:* ex بَصْرَةٌ *Basroa*, بَصْرِيٌّ *Basroensis*, فَاطِمَةُ *Fatima*, فَاطِمِيٌّ *Fatimensis*, طَلْحَةُ *Talhata*, طَلْحِيٌّ *Talahensis, ad Talhatam pertinens*, طَوِيلَةٌ *longa*, طَوِيلِيٌّ *ad longam pertinens*.

Similiter, ad maiorem elegantiam, reijciuntur literæ formatiuæ Dualis aut Pluralis Sani masculini, etiam si sit Nomen aliquod proprium, ad instar ipsorum efformatum, vt ex قَنْسَرِينَ *Canaserin*, regio quædam in Syria, fit قَنْسَرِيٌّ *Canaserensis*, قَنْسَرِيُّونَ *Canaserenses*. Dici etiam poterit sine reiectione, قَنْسَرِينِيٌّ *Canaserinensis*.

Quòd si penultima primitiui habeat Cheſrum, pro Deriuatiuo vertetur in Fathum. vt ex كَبِدٌ *hepar*, fiat كَبَدِيٌّ *hepaticus:* ex نَمِرٌ *pardus*, fiat نَمَرِيٌّ *pardalis*, ex دُئِلٌ *Doil* nomen familiæ, fiat دُوَلِيٌّ *Doalensis*.

Si primitium fuerit iuxta formam فعيلة cum ة in fine, & ى post secundam; tunc reijcietur & ة & ى, vt ex سَفِينَةٌ *nauis*, fiat سَفَنِيٌّ *naualis*. Et hoc quidem nisi fuerit Nomen Surdum, tunc enim ى non reijcitur, sed ex مَدِيدَةٌ *extenta*, dicetur مَدِيدِيٌّ *ad extensam pertinens:* similiter nec reijcitur ى ex primitiuo Infirmo ع, quare ex طَوِيلَةٌ *longa*, fiet طَوِيلِيٌّ *ad longam pertinens*. &c.

Si verò primitiuum, iuxta formam فعيلة fuerit Infirmum ل, reiectis vt supra ة, &ى,

& ى, vltima radicalis elegantiùs conuertetur in و, vt أُمَيَّةٌ *Omaiato*, familia quædam Mechenſis, & Fathhata ſecunda dicetur أُمَوِيٌّ *Omaienſis*. Et dici etiam poterit cum ى, vt teſtatur Chamus in dictione امو, أُمَيِّيٌّ *ex familia Omaïja*.

Si in fine primitiui reperiatur ا, tertia vel quarta in ordine, conuerſa ex و vel ى, vertetur in و, vt ex رَحًا *mola*, fiat رَحَوِيٌّ *molaris*, & ex أَفْعًى *vipera*, fiat أَفْعَوِيٌّ *viperinus*.

At quando ا eſt in fine primitiui, pluſquam quarta, tunc lenitatis gratia reijcitur omninò, vt ex جُمَّيْزَى *Sicomorus*, fiat جُمَّيْزِيٌّ *ex Sicomoro*: ex عُدَمْلَى *veteſtum*, fiat عُدَمْلِيٌّ *ad vetuſtatem pertinens*: ex جُبُوكْرَا *tribulatio*, fiat جُبُوكْرِيٌّ *ad tribulationem ſpectans*.

Idem dicendum eſt de ى, ſicut de ا, vt vertatur in و, dum fuerit tertia: aliqui autem nolunt hanc regulam de ى ſeruare, ſed retinent illam dum fuerit tertia. At quando eſt quarta, omnes conſentiunt, elegantiùs eſſe illam reijcere, vt ex القَاضِي *iudex*, fiat, reiecto ى, قَاضٍ *iudicialis*: & ſine reiectione dicetur قَاضَوِيٌّ, conuerſo ى in و: vel vt aliqui volunt قَاضَيِيٌّ *iudiciarium*.

Quando autem ى eſt pluſquam quarta in primitiuo, reijcitur omninò prout ا, in formatione deriuatiui, vt ex المُجَازِي *retributor*, fiat مُجَازِيٌّ *ad retributorem pertinens*: ex المُقْتَدِي *ſectator*, fiat مُقْتَدِيٌّ *pertinens ad ſectatorem*: ex المُسْتَقْصِي *attingens à fine vſque ad finem*, fit مُسْتَقْصِيٌّ *pertinens ad omnia peruadentem*: ex المُسْتَرْشِي *petens munera*, fit مُسْتَرْشِيٌّ *ſpectans ad ſubornationem*.

Aliquando, in fine primitiui reperitur ا, non conuerſa ſed ſuperaddita, ita vt ſit quarta in ordine, & tunc licet illam reijcere, vel in و conuertere, vt ex سَكْرَى *ebria*, fiat سَكْرِيٌّ, vel سَكْرَوِيٌّ *ad ebriam pertinens*. At in قَدْوَى *directio, regula, inſtitutio*, quia ante ا eſt و, propterea omninò reijcienda eſt ا, ad euitandam diſſonantiam, nec dicetur قَدْوِيٌّ, ſed قَدَوِيٌّ *inſtitutiuus, regularis, directiuus*: ſed tamen non deſunt qui negligant eiuſmodi elegantiam.

Aliquando in fine Nominis reperitur Hamzat poſt ا productionis; & tunc, ſi fuerit Nomen reuolubile, nulla fiet mutatio ipſius Hamzat, ſed addito in fine ى cum ſuo Teſdid, formabitur eius Deriuatiuum, vt ex خِفَاءٌ *veſtimentum*, fiat خِفَائِيٌّ *ad*

ad indumentum pertinens: ex كِسَاءٌ *veſtis*, fit كِسَائِيٌّ *ſpectans ad veſtem*: ex جَزَاءٌ *retributio*, fit جَزَائِيٌّ *retributiuum*: ex سَوَاءٌ *æqualitas*, fit سَوَائِيٌّ *æquus*. Si autem Nomen fuerit irreuolubile; tunc Hamzat conuertetur in و, vt ex حَمْرَاءُ *rubicunda*, fiat حَمْرَاوِيٌّ *ad rubicundam pertinens*: ex عُذْرَاءُ *virgo*, عُذْرَاوِيٌّ *virginalis*: ex زَكَرِيَّاءُ *Zacharias*, fit زَكَرِيَّاوِيٌّ *ad Zachariam pertinens*, &c.

باب الاسم المصغر

De Nomine Diminutiuo.

DIminutiuum formatur ex ſuo Poſitiuo, poſita motione ſeu vocali Dſammo ſuper prima Nominis, & Fathho ſuper ſecunda, mox poſt ſecundam additò ى quieſcente, vt ex رَجُلٌ *vir*, fiat رُجَيْلٌ *homuncio*: quando verò ſyllaba poſt ى immediata non fuerit vltima, ſed erit alia poſt ipſam ſyllaba ſine ŏ, tunc illa debet eſſe cum Cheſro, vt ex عَقْرَبٌ *ſcorpius*, fiat عُقَيْرِبٌ *ſcorpiolus*.

Quòd ſi Nomen fuerit ternarium Femininum ſine ŏ, aut alio ſigno, tunc debet apponi in Diminutiuo, vt ex شَمْسٌ *ſol*, fiat شُمَيْسَةٌ *paruus ſol*: ex أَرْضٌ *terra*, fiat أُرَيْضَةٌ *terrula*. In his quæ ſunt ſupra tres literas hæc regula non ſeruatur: excepta autem ſunt قُدَيْدِمَةٌ *modicus conſpectu*, ex قُدَّامَ *ante, coram*. & وُرَيَّةٌ diminutiuum ex وَرَاءَ *retro*.

Si aliqua radicalis immutata ſit in alteram, ſeu deſit omninò in Poſitiuo, reuertetur in Diminutiuo, vt ex عِدَةٌ *promiſſio*, dicetur cum و radicali وُعَيْدَةٌ *promiſſiuncula*: ex سَهْ pro سَتَّةٌ fiet سُتَيْهَةٌ: ex بَابٌ *oſtium*, quia radix eſt بُوبٌ, dicetur بُوَيْبٌ *oſtiolum*: ex نَابٌ *dens*, dicetur نُيَيْبٌ *denticulus*, quia radix eſt ى.

Quando poſt primam reperietur ا addita, vel originalis, tunc conuertetur in و, vt ex طَابَقٌ *ſartago*, fiat طُوَيْبِقٌ *ſartagula*, ex رَاجِلٌ *pedeſtris*, fiat رُوَيْجِلٌ *homo paruus pedibus incedens*.

Si litera tertia fuerit ا, و, vel ى, tunc immittetur virtute Teſdid in ى additum, vt ex غُلَامٌ *adoleſcens*, fiat غُلَيِّمٌ *adoleſcentulus*: ex جُلُوسٌ *ſeſsio*, fiat جُلَيِّسٌ *ſeſsiuncula*; ex ظَلِيمٌ *ſtruthio*, ظُلَيِّمٌ *ſtruthiolus*. Et ſi fuerit litera ter-

tia

tia Infirma & vltima, addetur ة in fine Diminutiui, vt ex الرَّحَى *mola*, fiat أُرَيْحَةٌ *parua mola*. & شَيٌّ *assatio* شُوَيَّةٌ *assatiuncula*: sed quidam hoc negligunt.

Si autem litera Infirma fuerit quarta & non vltima, conuertetur in ى, propter præcedentem Chesrum, ex مِفْتَاحٌ *clauis*, fiat مُفَيْتِيحٌ *clauicula*. Excipiuntur tamen Nomina iuxta Formam فعلان: & Feminina iuxta فَعْلَآءُ: & Pluralia iuxta Formam أَفْعَالٌ: in his enim nulla facta mutatione, addito tantùm ى quiescente post secundam, dicetur iuxta فُعَيْلَانٌ, vt ex سُكْرَانُ *ebrius*, سُكَيْرَانٌ *ebriolus*: & iuxta فُعَيْلَآءُ, vt ex حَمْرَآءُ *rubicunda*, حُمَيْرَآءُ *rubicundula*: & iuxta أُفَيْعَالٌ, vt ex أَجْمَالٌ *cameli*, أُجَيْمَالٌ *cameluli*. Similiter, quando in fine Nominis fuerit breuis in signum generis Feminini, quarta in ordine, vt ex حُبْلَى *grauida*, nulla facta mutatione, dicetur حُبَيْلَى *grauidula*.

Sed & de Pluralibus animaduertendum est, an sint Pluralia multitudinis vel paucitatis: Pluralia paucitatis sunt vtraque sana, tam Masculina quàm Feminina: ex fractis autem quattuor hæ Formæ dumtaxàt, nempe أَفْعَالٌ, أَفْعُلٌ, أَفْعِلَةٌ, فِعْلَةٌ. Cetera verò omnia sunt Pluralia multitudinis. Et Pluralia quidem paucitatis in eadem qua reperiuntur Forma possunt diminui, vt ex زَيْدُونَ *Zaidi*, زُيَيْدُونَ *Zaiduli*: ex نَاصِرُونَ *adiuuantes*, نُوَيْصِرُونَ *parui adiutores*: ex مُكْرِمُونَ *honorantes*, مُكَيْرِمُونَ *parui honoratores*, ex مُسْلِمُونَ *fideles*, مُسَيْلِمُونَ *fideluli*: ex هِنْدَاتٌ *Hindæ*, هُنَيْدَاتٌ *Hindulæ*: ex نَاصِرَاتٌ *adiutrices*, نُوَيْصِرَاتٌ *paruæ adiutrices*: ex مُسْلِمَاتٌ *fideles*, مُسَيْلِمَاتٌ *fidelulæ*: ex أَطْبَاقٌ *operimenta*, أُطَيْبَاقٌ *parua opercula*: ex أَطْبِقَةٌ *clausuræ*, أُطَيْبِقَةٌ *clausurulæ*: ex غُصْنَةٌ *rami*, غُصَيْنَةٌ *ramuli*: ex أَنْهُرٌ *fluuij*, أُنَيْهِرٌ *fluuioli*.

Plurale autem multitudinis non diminuitur, sed reducitur priùs ad suum Singulare; & ipsum Singulare diminuitur: deinde ex ipso Nomine diminutiuo formatur Plurale ad instar sani Masculini, si sit capax, iuxta regulas supra præscriptas; sin autem, iuxta Plurale sanum Femininum: vt, ad formandum Diminutiuum ex Plurali عُظَمَآءُ *Magnates, Principes*, priùs reuocabitur ad suum Singulare, quod est عُظَيِّمٌ *Magnus*; & diminuetur sic عُظَيِّمٌ *paruus Princeps*: deinde formabitur Plurale, vel

vel عُظَيِّمُونَ *parui Magnates*, vel عُظَيِّمَاتٌ *paruæ Principissæ*, &c.

Quandoque diminuunt etiam Pronomina Demonstratiua, & Relatiua, & dicunt ex ذَا *iste*, ذَيَّا *istulus*: & ex تَا *ista*, تَيَّا *istula*. Et ex أَلَّذِى *qui, quod*. أَلَّذَيَّا *quiculus*: & ex أَلَّتِى *quæ*, أَلَّتَيَّا *quæcula*, &c.

فى الاسما المبنية

DE NOMINIBVS INDECLINABILIBVS.

ENumerantur præcipuè inter Nomina Indeclinabilia ea quæ dicuntur à Latinis Pronomina, & Arabicè dicuntur أَلضَّمَآئِرُ *Pronomina personalia*, & أَلْمُبْهَمَةُ *Indistincta*, & sunt vel أَسْمَآءُ ٱلْإِشَارَةِ *Pronomina Demonstratiua*, vel أَلْمَوْصُولَاتُ *Pronomina relatiua*. Deinde etiam Indeclinabilia dicunt أَسْمَآءُ ٱلْعَدَدِ *Nomina numeralia*. Tertiò أَلظُّرُوفُ *continentia*, idest *Nomina Localia, & Temporaria*. Quartò أَلْكِنَايَاتُ *Substitutionos*, seu *Cognominationes*. Quintò أَلْأَصْوَاتُ *Voces*, seu *Interiectiones*. Sextò أَلْمُرَكَّبَاتُ *Nomina composita*. Et tandem أَسْمَآءُ ٱلْأَفْعَالِ *Nomina Verborum*. Hæc omnia per ordinem supersunt breuibus recensenda, quæ dicuntur أَلْمَبْنِيَّةُ *Indeclinabilia*.

الضمايِر

Pronomina Personalia.

PRonomen Personale aliud est مُنْفَصِلٌ *separatum*, aliud est مُتَّصِلٌ *coniunctum*; & hoc dicitur communiter Affixum: quod coniungitur & affigitur & Nomini, & Verbo, & Particulæ: sed cum Nomine est Giarratum: cū Verbo est Nasbatum: & cum Particula modo Nasbatum, modo Giarratum.

Pronomen Personale separatum, est interdum in casu Rafeo, & interdum in casu Nasbo: non per variationem vltimæ syllabæ, sed per totalem sui immutationem: prout mox sequitur.

ضمايِر الغايب فى الرفع

Pronomina tertiæ personæ in Rafeo.

هُوَ	هُمَا	هُمْ	هِيَ	هُمَا	هُنَّ
ipse.	*ipsi duo.*	*ipsi pl.*	*ipsa.*	*ipsæ duæ.*	*ipsæ pl.*

Por-

ضماير المخاطب فى الرفع

Pronomina ſecundæ perſonæ in Rafeo.

أَنْتَ	أَنْتُمَا	أَنْتُمْ
tu vir.	*vos duo.*	*vos pl.*
أَنْتِ	أَنْتُمَا	أَنْتُنَّ
tu fem.	*vos duæ.*	*vos pl.fem.*

Quidam, dum ſine Vocalibus ſcribunt, addunt ى in fine Singularis feminini, ad diſtinctionem Maſculini: & dicunt أنتى *tu femina.*

ضماير المتكلم فى الرفع

Pronomina primæ perſonæ in Rafeo.

أَنَا vel نَا	نَحْنُ
ego, ſiue vir, ſiue mulier.	*nos duo*, vel *duæ*, vel *pl.* ſiue viri, ſiue mulieres.

الضماير المنفصلة فى النصب

Pronomina Perſonalia ſeparata, in Nasbo.

AD locandum huiuſmodi Pronomina in Nasbo, præfigitur ipſis particula إيَّا, vel أُيَّا, & dicitur per modum affixionis.

إِيَّاهُ	إِيَّاهُمَا	إِيَّاهُمْ
ipſum.	*ipſos duos.*	*ipſos pl.*
إِيَّاهَا	إِيَّاهُمَا	إِيَّاهُنَّ
ipſam.	*ipſas duas.*	*ipſas pl.*
إِيَّاكَ	إِيَّاكُمَا	إِيَّاكُمْ
te.	*vos duos.*	*vos pl. viros.*
إِيَّاكِ	إِيَّاكُمَا	إِيَّاكُنَّ
te fem.	*vos duas.*	*vos pl. fem.*
إِيَّاىَ		إِيَّانَا
me virum, ſiue *fem.*		*nos duos*, vel *duas*, vel *pl.*

Aliqui addunt ى in fine ſecundæ perſonæ ſing. fem. ad diſtinctionem à maſculina, dum ſcribunt ſine vocalibus, & dicunt إياكى *te mulierem.*

Et

Et hæc quidem ſunt ſeparata, tam in Rapheo, quàm in Nasbo, prout eſſe poſſunt. Coniuncta autem, quæ & Affixa dicuntur, ſunt, vel Affixa Verbo, & ſic ſunt ſemper in Nasbo: vel Affixa Nomini, & ſunt ſemper in Giarro: vel Affixa Particulæ, ſeu حرف Hharf, & ſunt interdum in Nasbo, interdum autem in Giarro, prout natura Particulæ requirit, vel Giarrantis vel Nasbantis: vt mox patet exemplis.

الضماير المتصلة بالفعل

Pronomina perſonalia Affixa Verbo.

نَصَرَهُ	نَصَرَهُمَا	نَصَرَهُمْ
adiuuit eum.	*adiuuit illos duos.*	*adiuuit eos pl.*
نَصَرَهَا	نَصَرَتْهُمَا	نَصَرْهُنَّ
adiuuit eam.	*adiuuit eas duas,*	*adiuuit eas pl.*
نَصَرَكَ	نَصَرَكُمَا	نَصَرَكُمْ
adiuuit te virum.	*adiuuit vos duos.*	*adiuuit vos pl.*
نَصَرَكِ vel نَصَرْتِ	نَصَرَكُمَا	نَصَرْكُنَّ
adiuuit te mul.	*adiuuit vos duas.*	*adiuuit vos pl.fem.*
نَصَرَنِى		نَصَرْنَا
adiuuit me, ſiue *virum*, ſiue *mul.*		*adiuuit nos*, vel *duos*, vel *duas*, vel *pl.*

Animaduertenda autem eſt affixio ad ſecundam perſonam pluralem maſculinam Verbi præteriti, nempe نصرتم *adiuuiſtis vos*; requirit enim و interpoſitum, vt

نَصَرْتُمُوهُ	نَصَرْتُمُوهُمَا	نَصَرْتُمُوهُمْ
adiuuiſtis eum.	*adiuuiſtis eos duos.*	*adiuuiſtis eos pl.*
نَصَرْتُمُوهَا	نَصَرْتُمُوهُمَا	نَصَرْتُمُوهُنَّ
adiuuiſtis eam.	*adiuuiſtis eas duas.*	*adiuuiſtis eas pl.*
نَصَرْتُمُونِى		نَصَرْتُمُونَا
adiuuiſtis me.		*adiuuiſtis nos.*

Et quandoque accidit, Verbum requirere duo patientia, vt أَعْطَى *dedit:* huic & ſimilibus, licebit duo affigere Pronomina: & tunc animaduertendum eſt, vt Affixum primæ perſonæ præferatur affixo ſecundæ, & ſecundæ affixo tertiæ, vt in Alchorano cap. الاحزاب *De partibus.* زَوَّجْنَاكَهَا *copulauimus tibi eam.* & أَعْطَيْتُكَهُ *dedi tibi illud.* & أَعْطَيْتَنِيكَ *dediſti mihi temetipſum.* quòd ſi ſeruari

huiusmodi ordo nequeat, tunc fiet separatio, & dicetur أَعْطَيْتُكَ إِيَّاىَ *dedisti te-metipsum mihi*, & أَعْطَيْتُهُ إِيَّاكَ *dedi illum tibi*.

Affixum primæ personæ est regulariter ى quiescens post Chesrum; sed cum Verbo non solùm est ى, sed etiam cum ن, nempe نِى, vt exemplis patet: at quando Verbum habet ن additum in fine, licebit reijcere alterum ن, & dicere يُنْصِرُونِى vel يُنْصِرُونَنِى *adiuuabunt me*, &c.

الضمايِر المتصلة بالاسم

Personalia Affixa Nomini.

عَبْدُهُ	عَبْدُهُمَا	عَبْدُهُمْ
seruus eius.	*seruus eorum duorum.*	*seruus eorum pl.*
عَبْدُهَا	عَبْدُهُمَا	عَبْدُهُنَّ
seruus eius fem.	*seruus earum duarum.*	*seruus earum pl.*
عَبْدُكَ	عَبْدُكُمَا	عَبْدُكُمْ
seruus tuus.	*seruus vestrum duorum.*	*seruus vestri pl.*
عَبْدُكِ vel عبدكى	عَبْدُكُمَا	عَبْدُكُنَّ
seruus tuus mul.	*seruus vestrum duarum.*	*seruus vestrum pl.*
عَبْدِى	∴	عَبْدُنَا
seruus mei.		*seruus nostri.*

Notandum, quòd Pronomen primæ personæ ى, suscipit Fathhum quando præcedens litera nequit habere motionem, vt in Duali dicetur, in Rafeo عَبْدَاىَ *duo serui mei*: & in casibus obliquis عَبْدَىَّ *duos seruos meos, duorum seruorum meorum*, vel *duobus seruis meis:* immisso ى in altero. Similiter in Plurali sano masculino vnum ى formatiuum Pluralis immittitur in alterum, quod est pronominale primæ personæ, in casibus obliquis: & similiter in casu recto, quia و signum casus recti conuertitur in ى, quando suscipit Affixum primæ personę: vt supra diximus in Declinationibus: quare tam in casu recto, quàm in obliquis semper dicetur exẽpli gratia نَاصِرِىَّ *adiutores mei, adiutorum meorum, adiutoribus mei*, & *adiutores meos*, &c.

Circa Affixa tertiæ personæ etiam notandum est, quòd هِ ipsorum semper habet vocalem Dsam (excipitur Affixum Singularis feminini) quando autem præcedit Chesrum, vel ى quiescens, requirit vocalem Chesrum, & dicetur عَبْدِهِ *serui eius*, vel *seruo eius*. عَبْدِهِمَا *seruo ipsorum duorum*, vel *ipsarum duarum*. عَبْدِهِمْ *seruo ipsorum plurium*. عبدهن *serui ipsarum plurium*.

الضمايِر المتصلة بالحرف

Pronomina Affixa Particulis.

Et priùs cum أن particula Nasbante.

أَنَّهُ	أَنَّهُمَا	أَنَّهُمْ
eo quòd ipse.	*eo quòd ipsi duo.*	*quòd ipsi pl.*
أَنَّهَا	أَنَّهُمَا	أَنَّهُنَّ
quòd ipsa.	*quòd ipsæ duæ.*	*quòd ipsæ pl.*
أَنَّكَ	أَنَّكُمَا	أَنَّكُمْ
quòd tu vir.	*quòd vos duo.*	*quòd vos pl.*
أَنَّكِ vel انكى	أَنَّكُمَا	أَنَّكُنَّ
quòd tu fem.	*quòd vos duæ.*	*quòd vos pl.*
أَنَّنِى vel أَنِّى	∴	أَنَّنَا vel أَنَّا
quòd ego.		*quòd nos.*

Et cum من *ex*, particula Giarrante.

مِنْهُ	مِنْهُمَا	مِنْهُمْ
ex illo.	*ex illis duobus.*	*ex illis pl.*
مِنْهَا	مِنْهُمَا	مِنْهُنَّ
ex illa.	*ex illis duabus.*	*ex illis pluribus.*
مِنْكَ	مِنْكُمَا	مِنْكُمْ
ex te vir.	*ex vobis duobus.*	*ex vobis pluribus.*
مِنْكِ vel منكى	مِنْكُمَا	مِنْكُنَّ
ex te fem.	*ex vobis duabus.*	*ex vobis pluribus.*
مِنِّى	∴	مِنَّا
ex me.		*ex nobis.*

Et cum فى *in*, particula Giarrante, propter ى dices Chesrato ه

فِيهِ *in illo.*	فِيهِمَا *in illis duobus.*	فِيهِمْ *in illis pluribus.*
فِيهَا *in illa.*	فِيهِمَا *in illis duabus.*	فِيهِنَّ *in illis pluribus.*
فِيكَ *in te.*	فِيكُمَا *in vobis duobus.*	فِيكُمْ *in vobis pluribus.*
فِيكِ vel فِيكى *in te fem.*	فِيكُمَا *in vobis duabus.*	فِيكُنَّ *in vobis pluribus.*
فِيَّ *in me.*		فِينَا *in vobis.*

اسماء الاشارة

Pronomina Demonstratiua.

ذَا *hic, iste, ille.*	ذَانِ : in obliquis ذَيْنِ. *isti duo.* *hos duos.*	أُولَاىِ vel أُولَا أُولَآءِ *hi, & isti pl.*
ذِهِي تِهِي ذِهِ تِهِ تِي تَا *hæc, ista, illa.*	تَانِ : in obliquis تَيْنِ. *istæ duæ.* *harum duarum.*	أُولَاىِ vel أُولَا أُولَآءِ *hæ, & istæ pl.*

Et præfigitur ipsis omnibus ه, vel هَا, quæ dicitur حَرْفُ التَّنْبِيه *particula excitationis*, & dicitur

هَذَا vel هَاذَا *en hic, ecce iste.*	هَذَانِ : in obliquis هَذَيْنِ *en. hi duo.* *en, hos duos.*	هَؤُلَاىِ هَؤُلَا هَؤُلَآءِ *en, ecce isti pl.*
هَتِي & هَتِهِ هَاتِهِ هَذِهِ *en ista, ecce hæc.*	هَتَانِ : in obliquis هَتَيْنِ *en, istæ duæ.* *en, his duabus.*	هَؤُلَاىِ هَؤُلَآءِ هَؤُلَا *en hæ, & has pl.*

Et affigitur plerumque ipsis in fine ك, quod dicitur حَرْفُ الْخِطَابِ *particula colloquentis*, cum omnibus suis reuolutionibus: & dicitur

ذَاكَ *tu ipse, iste*, vel *iste tuus.*	ذَاكُمَا *iste*, seu *hic vestrum duorum.*	ذَاكُمْ *iste, vestrum pl.*
ذَاكِ vel ذاكى *ista tu.*	ذَاكُمَا *istæ, vos duæ.*	ذَاكُنَّ *iste, vestrum pl.*

تاك

تَاكَ *hæc tua vir.*	تَاكُمَا *hæc vestrum duorum.*	تَاكُمْ *hæc vestrum pl.*
تَاكِ vel تَاكى *tu ipsa, mulier.*	تَاكُمَا *hæc vestrum duarum.*	تَاكُنَّ *hæc vestrum pl mul.*
ذَانِكَ *hi duo tui, vir.*	ذَانِكُمَا *vosmetipsi duo.*	ذَانِكُمْ *hi duo vestrum, ò pl. viri.*
ذَانِكِ vel ذانكى *hi duo tui mul.*	ذَانِكُمَا *hi duo vestri, ò duæ mul.*	ذَانِكُنَّ *hi duo vestri, ò pl. mul.*
ذَيْنِكَ *horum duorum tui, ò vir.*	ذَيْنِكُمَا *vosmetipsos duos.*	ذَيْنِكُمْ *his duobus vestrum pl.*
ذَيْنِكِ vel ذينكى *hos duos, tui, ò mul.*	ذَيْنِكُمَا *his duobus vestrum duarum.*	ذَيْنِكُنَّ *horum duorum vestrũ pl.*
تَانِكَ *hæ duæ tuæ, ò vir.*	تَانِكُمَا *hæ duæ vestrum duorum.*	تَانِكُمْ *hæ duæ vestrum pl.*
تَانِكِ vel تانكى *hæ duæ tuæ, ò mul.*	تَانِكُمَا *vosmetipsæ duæ.*	تَانِكُنَّ *hæ duæ vestrum pl. mul.*
تَيْنِكَ *harum duarum tui vir.*	تَيْنِكُمَا *has duas vestrum duorum.*	تَيْنِكُمْ *his duabus vestrum pl.*
تَيْنِكِ vel تينكى *his duabus tuis, ò mul.*	تَيْنِكُمَا *vosmetipsas duas.*	تَيْنِكُنَّ *harum duarum vestrum pl. mul.*
أُولَاكَ vel أُولَآئِكَ *isti*, vel *hi pl tui, ò vir.*	أُولَاكُمَا vel أُولَآئِكُمَا *isti pl. vestrum duorum.*	أُولَاكُمْ vel أُولَآئِكُمْ *isti pl. vestrum plurium.*
اولاكى & أُولَاكِ أُولَآئِكِ *hi*, vel *hæ tuæ, ò mul.*	أُولَاكُمَا vel أُولَآئِكُمَا *hi*, vel *hæ vestrũ duarũ.*	أُولَاكُنَّ vel أُولَآئِكُنَّ *vosmetipsæ pl. hi*, vel *hæ vest. pl.*

Addi etiam plerumque solet ل ante ك secundæ personæ, sic ذَالِكَ: & compendij causa, reiecta ا, dicitur ذَلِكِ *ille*. Sed si res minutiùs examinetur, ذَا *hic*, & تَا *hæc*, pro vicinis & propinquis. Et ذَاكَ *ipse, iste*, & تَاكَ *ipsa, ista*, pro medijs, seu mediocriter distantibus. At cum ل, ذَلِكَ *ille*, & تِلْكَ *illa*, pro remotis

motis: & in Duali ad significandam eiusmodi distantiam, duplicatur ن in Rafeo, in reliquis autem casibus nequit duplicari, propter concursum plurium quiescentium, contra regulas. Et quamuis cetera sint indeclinabilia, Duale tamen excipitur, vt exemplis patet. Dices ergo pro remotis

ذٰلِكَ	ذَانِكَ	أُولَٰئِكَ
ille distans.	*illi duo distantes:*	*illi plures distantes.*
تِلْكَ	تَانِكَ	أُولَٰئِكَ
illa distans.	*illæ duæ distantes.*	*illæ pl. distantes.*

Et potest his etiam annecti in fine Pronominale secundæ personæ, sicut diximus de ceteris: non solùm ك, prout in exemplis mox allatis, sed etiam كُمْ كُمَا &c. vsque ad كُنَّ.

Animaduertendum est autem vbique, etiam in Pronominibus, Pluralia vix vsurpari pro rebus non rationalibus: & hoc vniuersaliter intelligendum est de Pluralibus sanis masculinis. At Pluralia sana feminina, Substantiua, vel tanquam Substantiua vsurpata, omnibus indifferenter tribuuntur. Adiectiua autem Pluralia, prout Adiectiua, Femininis tantum rationalibus regulariter tribuuntur; irrationalibus autem, ratione necessitatis tantummodo, ad euitandam amphibologiam. Ita etiam de Pronominalibus; nam ipsorum Pluralia de rationalibus tantùm dicuntur; pro ceteris verò sumitur, non Plurale, sed Singulare femininum: vt, exempli gratia, non dicatur أُولَا الْكُتُبُ *isti libri*, sed هٰذِهِ الْكُتُبُ *isti libri*, quod propriè sonat, *Hæc libri*, idest (prout Arabes explicant) *hæc multitudo librorum*, &c.

Sunt & alia Pronomina Demonstratiua, seu potiùs Aduerbialia, pertinentia ad locum: vt sunt ثَمَّ *ibi*, هٰنَا vel هٰنَّا *hic*, proxmè هُنَاكَ *illuc*, vel *illic*, vel *illinc*, vel *illac*, remotè & هُنَالِكَ *illic, illuc, illinc, illac*, remotissimè, &c.

الموصولات

Coniuncta, seu Pronomina relatiua.

DIcuntur Pronomina relatiua الْمَوْصُولَاتُ *Coniuncta*; quia semper præcedit, vel prolatione, vel saltem virtualiter, aliqua summa cui annectatur, quæ summa dicitur صِلَةٌ *coniunctio*. Sunt autem hæc

الَّذِي	اللَّذَانِ in obliquis	اللَّذَيْنِ	الَّذِينَ
qui.	*qui duo.*	*quos duos, quorũ duorũ.*	*qui pl.*
الَّتِي	اللَّتَانِ in obliquis	اللَّتَيْنِ	اللَّاتِي اللَّوَاتِي اللَّائِي اللَّاءِ
quæ.	*quæ duæ.*	*quibus, quas, quarũ duarũ.*	*quæ, quas pl.*

مَنْ *Quis, qui, quicumque: quæ, quæcumque,* interrogatiuè, vt مَنْ فَعَلَ هٰذَا *quis fecit hoc?* vel مَنْ فَعَلَتْ هٰذَا مِنْكُنَّ *quænam fecit hoc?* vel conditionaliter, vt مَنْ يَفْعَلْ هٰذَا يُدَنْ *quicumque fecerit hoc, condemnabitur.* Et etiam enunciatiuè; quamuis rariùs, vt قد مات من فعل هذا *iam mortuus est qui fecit istud.* Et supponit non solum pro Singulari, sed etiam pro Plurali, vt apud Italos *Chi?*

مَا *Quod, quid.* De non Personis dicitur: & interrogatiuè, & conditionaliter, & etiam enunciatiuè.

ذَا Vel Pronomen demonstratiuum significans *hìc, hoc:* vel alia particula, additur relatiuo مَا, & dicitur مَاذَا *quid hoc?* interrogatiuè. Et post ا & ل, vt لِمَاذَا *quare?* أَلِمَاذَا *propter quid?* Et aduertendum est, quòd مَا est particula negatiua, significans *non:* est præterea Pronomen relatiuum, vt diximus, *quod, quid,* & sumitur interrogatiuè, conditionaliter, & enuntiatiuè: insuper volunt, eandem significationem habere, quam شَيْءٌ *res, aliquid,* & dici potest exempli gratia اَلْإِنْسَانُ مَا *homo est aliquid:* æquè, ac si diceretnr اَلْإِنْسَانُ شَيْءٌ *homo est res.* Apud Philosophos item, interrogationi مَا هُوَ *quid est hoc?* respondetur per id quod prædicatur in recto, seu in quid. At interrogationi أَيُّ شَيْءٍ هُوَ *qualis res est? quale est hoc?* respondetur per id quod prædicatur in obliquo, seu in Quale. Et Grammatici dicunt, quòd interrogationi per مَاذَا *quid hoc?* responderi potest dupliciter: vno modo sicut responderi potest interrogationi مَا الَّذِي مَعَكَ *quid est quod tecum?* cui respondetur per casum Rafeo sic كِتَابٌ *liber:* Alio modo respondetur interrogationi أَيُّ شَيْءٍ مَعَكَ *qualis res est tecum?* cui respondendum volunt per Nasbum, sic خَيْرًا *bona.* Et vtroque modo (inquiunt Grammatici, & cum eis etiam Camus) licet respondere interrogationi factæ per مَاذَا *quid hoc?*

ذُو *Qui?* & ذِي *quem, cui, cuius,* & *quo.* Non habet Duale, nec Plurale. & dicitur, exempli gratia, أَتَانِي ذُو قَالَ ذٰلِكَ *venit ad me qui dixit illud.* & in obliquis dices لَا أَفْعَلُ ذٰلِكَ بِذِي تَسْلَمُ *non faciam hoc per quem salueris.* & etiam ad alias personas dicitur بِذِي تَسْلَمَانِ *per quem saluemini vos duo,* &c. idest, *Non faciam per*

per ſalutem tuam, ſeu *per ſalutem veſtram*. ita Chamus in fine inter particulas in dictione ذا.

Et omnia ſuperiùs enumerata ſunt indeclinabilia, præterquam Dualia. At أَيٌّ *quis, qui, quicumque, qualis, qualiſcumque:* Interrogatiuè, enunciatiuè, & conditionaliter: declinatur iuxta primam declinationem, & dicitur

أَيٌّ	أَيًّا	أَيِّ
quis, quilibet.	*quemlibet, quem, quemcumque.*	*cuiuſlibet, cuius, &c.*
أَيَّةٌ	أَيَّةً	أَيَّةِ
quæ, quæcumque.	*quam, quamcumque.*	*cuius, cui, qua, quacumque.*

Affigitur etiam ipſi particula ما *quid, quæ, aliquid*: & dicitur

أَيُّمَا	أَيَّمًا	أَيِّمَا
quiſquis, quidquid, quilibet.	*quemlibet, quodlibet.*	*cuiuſlibet, cuilibet, quolibet.*

Similiter affigitur ei Pronomen مَنْ *quis, qui, quæ*, pro perſonis, & quandoque pro animantibus :& dicitur

أَيُّمَنْ	أَيَّمَنْ	أَيِّمَنْ
quicumque, quæcumque.	*quemcumque, quamcumque.*	*quocumque, quacumque.*

Annectuntur etiam ipſi Pronomina perſonalia, in Duali, & Plurali, & dicitur

أَيُّهُمَا	أَيُّهُمْ	أَيِّهِنَّ
vter eorum, vtra earum.	*vter ipſorum.*	*vtra ipſarum.*

Nomina etiam reguntur ab ipſo in Giarro, per modum annexionis: ſed in ſingulari, cum ſenſus eſt Diſtributiuus, & dicitur أَيُّ رَجُلٍ *quis vir*. أَيُّ اِمْرَأَةٍ *quæ mulier*. Poſſet etiam dici, ſed minus eleganter أَيُّ رِجَالٍ *quis virorum*: أَيُّ نِسَاءٍ *quæ mulierum*. Sed ſi res minutiùs inſpiciatur, alius eſt ſenſus, quando iungitur Singulari, & quando iungitur Plurali & Duali; nam cum Singulari أَيُّ رَجُلٍ *quicumque vir*, denotat diſtributionem circa ſingulos: cum Duali أَيُّ رَجُلَيْنِ *quilibet bini viri:* denotat diſtributionem duorum copulatim ſumptorum, per modum vnius; ita vt actio vel paſſio referatur ad vtrumque ſimul, copulatim, non diuiſim. Et cum Plurali أَيُّ رِجَالٍ duplicem poteſt habere ſenſum, vel quem diximus, *quiſquis hominum*, diſtributiuè; ſed non eſt præcipuus: ſenſus autem primarius eſt, ſi intelligatur copulatiuè de collectione virorum, ita vt idem ſit dicere أَيُّ رِجَالٍ *quicumque plures viri*, ac dicere أَيُّ جَمَاعَةِ رِجَالٍ *quæcumque collectio virorum*, &c.

اسماء العدد

NVMERALIA.

NOmina Numeralia, alia dicuntur Cardinalia, vt Vnus, Duo, Tres, &c. Alia dicuntur Ordinalia, vt Primus, Secundus, Tertius, Quartus, &c. Alia Diſtributiua, vt Singuli, Bini, Terni, Quaterni, &c. Alia Partitiua, ſeu Aliquota, vt Tertia pars, Quarta pars, Quinta pars, &c. Sic, immò copioſiùs, Arabibus Numeralia computantur: quæ ſingillatim expedit recenſere: & primò Cardinalia, quæ præcipua ſunt.

Numeri Cardinales.

Maſculini.	Feminini.
وَاحِدٌ vel أَحَدٌ	وَاحِدَةٌ أُحْدَى
Vnus.	*Vna.*
اِثْنَانِ & in obliq. اِثْنَيْنِ	اِثْنَتَانِ vel ثِنْتَانِ & in oliq. اِثْنَتَيْنِ vel ثِنْتَيْنِ
duo. *duos, duorum.*	*duæ.* *duas, duarum, duabus.*

His dices per modum Adiectiui رَجُلٌ وَاحِدٌ *vir vnus*. اِمْرَأَةٌ وَاحِدَةٌ *mulier vna*. رَجُلاً وَاحِدًا *virum vnum*. رَجُلٍ وَاحِدٍ *viri vnius, viro vni*, vel *vno*. Et رَجُلَانِ اِثْنَانِ *viri duo, ambo*. اِمْرَأَتَانِ اِثْنَتَانِ *mulieres duæ, ambæ*: اِثْنَاهُمَا *ambo ipſi*. ثِنْتَاهُمَا *ambæ ipſæ*. اِثْنَيْهِمَا *ambos ipſos, amborum ipſorum, ambobus ipſis*. اِثْنَتَيْهِمَا *ambas ipſas, ambarum ipſarum, ambabus ipſis*.

Maſculini.	Feminini.
ثَلَاثَةٌ	ثَلَاثٌ vel ثَلَاثَتٌ
Tres.	*Tres.*
أَرْبَعَةٌ	أَرْبَعٌ
Quattuor.	*Quattuor.*
خَمْسَةٌ	خَمْسٌ
Quinque.	*Quinque.*
سِتَّةٌ	سِتٌّ
Sex.	*Sex.*
سَبْعَةٌ	سَبْعٌ
Septem.	*Septem.*

Masculini.		Feminini.
ثَمَانِيَة		ثَمَانِى vel ثَمَانٍ
Octo.		*Octo.*
تِسْعَة		تِسْعٌ
Nouem.		*Nouem.*
عَشَرَة		عَشْرٌ
Decem.		*Decem.*

Et omnia hæc, à tribus vsque ad decem inclusiuè, locant numeratum in Giarro per modum annexionis, & in numero Plurali: dicitur enim ثَلَاثَةُ رِجَالٍ *tres viri:* ثَمَانِى نِسَآءَ *octo mulieres:* عَشَرَةُ دَرَاهِمَ *decem denarij*. Et licet etiam dicere per modum Adiectiui ثَلَاثَةُ رِجَالٌ *viri tres:* ثَمَانٍ نِسَآءٌ *mulieres octo:* دَرَاهِمُ عَشَرَةٌ *denarij decem*. Sed dum dicitur per modum Adiectiui, debent concordari in genere, Feminina cum Femininis, Masculina cum Masculinis: quando autem dicitur per modum annexionis, non est huiusmodi necessitas.

Et supra decem.

Masculini:	Feminini.
أَحَدَ عَشَرَ	أَحْدَى عَشْرَةَ
vndecim.	*vndecim.*
إِثْنَا عَشَرَ	إِثْنَتَا عَشْرَةَ
duodecim.	*duodecim.*
ثَلَاثَةَ عَشَرَ	ثَلَاثَ عَشْرَةَ
tredecim.	*tredecim.*
أَرْبَعَةَ عَشَرَ	أَرْبَعَ عَشْرَةَ
quatuordecim.	*quatuordecim.*
خَمْسَةَ عَشَرَ	خَمْسَ عَشْرَةَ
quindecim.	*quindecim.*
سِتَّةَ عَشَرَ	سِتَّ عَشْرَةَ
sexdecim.	*sexdecim.*
سَبْعَةَ عَشَرَ	سَبْعَ عَشْرَةَ
decem & septem.	*septemdecim.*

Ma-

Masculini.		Feminini.
ثَمَانِيَةَ عَشَرَ		ثَمَانِى عَشْرَةَ
decem & octo.		*decem & octo.*
تِسْعَةَ عَشَرَ		تِسْعَ عَشْرَةَ
decem & nouem.		*decem & nouem.*

Tamim, in Fœmininis copulatis, ab 11. vsque ad 19. ponunt Chesrum in عَشْرُ ش
Et hæc omnia locant numeratum in Nasbo sine articulo, & in Singulari, per modum Tamijz seu distinctionis, vt تِسْعَةَ عَشَرَ دِيكاً *decem & nouem galli.* إِثْنَا عَشَرَ فَلْساً *duodecim quadrantes*. Ita etiam decades vsque ad nonagintanouem inclusiuè.

Sequentes Decades communes sunt.

In recto.	In obliquis.		In recto.	In obliquis.
عِشْرُونَ	عِشْرِينَ		ثَلَاثُونَ	ثَلَاثِينَ
viginti.			*triginta.*	
أَرْبَعُونَ	أَرْبَعِينَ		خَمْسُونَ	خَمْسِينَ
quadraginta.			*quinquaginta.*	
سِتُّونَ	سِتِّينَ		سَبْعُونَ	سَبْعِينَ
sexaginta.			*septuaginta.*	
ثَمَانُونَ	ثَمَانِينَ		تِسْعُونَ	تِسْعِينَ
octoginta.			*nonaginta.*	

Et his dicitur exempli gratia عِشْرِينَ رَجُلاً *viginti homines:* ثَلَاثُونَ اِمْرَأَةً *triginta mulieres*. Locata re numerata in Nasbo & in Singulari: & sic proceditur vsque ad centum exclusiuè; etiam quando Decades numero minori copulantur, quia minor numerus præmittitur interposito و, & dicitur وَاحِدَةٌ وَثَلَاثُونَ اِمْرَأَةً *mulieres triginta & vna:* إِثْنَانِ وَثَلَاثُونَ رَجُلاً *triginta duo homines:* تِسْعَةٌ وَتِسْعُونَ دِرْهَماً *nonagintanouem denarij*.

Et Decades cum Numeris minoribus sic copulantur.

Masculinæ.		Femininæ.
أَحَدٌ وَعِشْرُونَ vel وَاحِدٌ وَعِشْرُونَ		أَحْدَى وَعِشْرُونَ vel وَاحِدَةٌ وَعِشْرُونَ
vnus & viginti.		*vna & viginti.*
إِثْنَانِ وَعِشْرُونَ		ثِنْتَانِ وَعِشْرُونَ vel إِثْنَتَانِ وَعِشْرُونَ
viginti duo.		*viginti duo.*

Masculinæ.	Femininæ.
ثَلٰثَةٌ وعشرون	ثَلٰثٌ وعشرون
viginti tres:	*vigintitres.*
أَربعة وعشرون	أَربع وعشرون
viginti quatuor.	*viginti quatuor.*
خَمسة وعشرون	خَمس وعشرون
viginti quinque.	*viginti quinque.*
سِتّة وعشرون	سِتّ وعشرون
viginti sex.	*viginti sex.*
سبعة وعشرون	سَبع وعشرون
viginti septem.	*viginti septem.*
ثمانية وعشرون	ثمانٍ وعشرون vel ثُمانِي وعشرون
viginti octo.	*viginti octo.*
تسعة وعشرون	تِسع وعشرون
viginti nouem.	*viginti nouem.*

Et sic iunguntur Decadibus numeri minores vsque ad nonaginta nouem: & numeratum locant in Nasbo (vt diximus) sine Articulo, in Singulari numero, per modum specificationis. A Centum verò & supra, res numerata in Singulari numero locatur in Giarro per modum Annexionis: vt مِائَةُ رَجُلٍ *centum homines:* ثَلٰثُمِائَةِ دِينَارٍ *mille denarios:* أَلْفُ دِرْهَمٍ *trecenti denarij:* ثَلٰثَةُ أُلُوفِ مَلَكٍ *tercentum mulieres:* ثَلٰثُ مِائَةِ اِمْرَأَةٍ *tria millia Angelorum.* & sunt communia.

Quæ sequuntur sunt communis generis.

مِيَاتٌ	مِائَتَيْنِ	مِائَتَانِ: & in obliquis مِائَتَانِ	مِيَاةٌ vel مِائَةٌ
centinaria plura.		*ducentum.*	*centum.*
خَمسمِائَةٍ vel خَمسُ مِائَةٍ		أَربعمِائَةٍ vel أَربعُ مِائَةٍ	ثَلٰثُمِائَةٍ vel ثَلٰثُ مِائَةٍ
quingenti.		*quadringenti.*	*ter centum.*
سبعمِائَةٍ vel سبعُ مِائَةٍ			سِتّمِائَةٍ vel سِتُّ مِائَةٍ
septingenti, & septingentæ.			*sexcenti, & sexcentæ.*
تِسعمِائَةٍ vel تِسعُ مِائَةٍ			ثَمانمِائَةٍ vel ثَمانُ مِائَةٍ
nongenti, & nongentæ.			*octingenti, & octingentæ.*

الف

أَلْفٌ	أَلْفَانِ & in obliquis أَلْفَيْنِ	أُلُوفٌ vel آلافٌ
mille.	*bis mille.*	*milliaria.*
ثَلٰثَةُ أُلُوفٍ	أَربعةُ أُلُوفٍ	خَمسةُ أُلُوفٍ
tria millia.	*quattuor milia.*	*quinque millia.*
سِتّةُ أُلُوفٍ	سَبعةُ أُلُوفٍ	ثَمانيةُ أُلُوفٍ
sex millia.	*septem millia.*	*octo millia.*
تِسعةُ أُلُوفٍ		عَشرةُ آلافٍ
nouem millia.		*decem millia.*

Et deinceps locatur أَلْفٌ *mille* in Nasbo vsque ad كُرَّةٌ, idest مِائَةُ أَلْفٍ *centum millia:* dicitur exempli gratia خَمسةَ عَشرَ أَلْفَ رَجُلٍ *quindecim millia virorum.* Si autem post mille nihil sequatur, dicetur خَمسةَ عَشرَ أَلْفاً *quindecim millia:* & dici poterit sine Tanuino خَمسةَ عَشرَ أَلْفَ, ratione virtualis annexionis rei numeratæ, quæ subintelligitur. Proceditur ergo vlterius.

أَحدَ عَشرَ أَلْفاً	اِثنَا عَشرَ أَلْفاً	ثَلٰثةَ عَشرَ أَلْفاً
vndecim millia.	*duodecim millia.*	*tredecim millia.*
أَربعةَ عَشرَ أَلْفاً	خَمسةَ عَشرَ أَلْفاً	سِتّةَ عَشرَ أَلْفاً
quattuordecim millia.	*quindecim millia.*	*sexdecim millia.*
سَبعةَ عَشرَ أَلْفاً	ثَمانيةَ عَشرَ أَلْفاً	تِسعةَ عَشرَ أَلْفاً
decem & septem millia.	*decem & octo millia.*	*decem & nouem millia.*

Et sic deinceps vsque ad nonaginta nouem millia. Deinde dices مِائَةُ أَلْفٍ *centum millia:* مِائَتَا أَلْفٍ *ducenta millia.* ثَلٰثُمِائَةِ أَلْفٍ *trecenta millia.* أَربعمِائَةِ أَلْفٍ *quadringenta millia:* خَمسمِائَةِ أَلْفٍ *quingenta millia.* vel dicunt

كُرَّاتٌ	كُرَّتَيْنِ	كُرَّتَانِ & in obliquis	كُرَّةٌ
plura centena milliaria.		*ducenta millia.*	*centum millia.*
خَمسُ كُرَّاتٍ	أَربعُ كُرَّاتٍ	ثَلٰثُ كُرَّاتٍ	
quinquies centena milliaria.	*quater centena milliaria.*	*ter centena milliaria.*	

Et sic vsque ad رِبَوٌ *myrias.* رِبَوَانِ *duæ myriades.* & رِبَوَاتٌ *plures myriades.* Quamuis رِبَوٌ, & Myrias: propriè, *decem millia* tantum denotent. Sed communiter sumunt pro decies centena millia.

Nu-

Numeri Ordinales.

ORdinales Numeri declinabiles sunt vsque ad Decimum inclusiuè: sed vlteriùs sunt indeclinabiles vsque ad vigesimum exclusiuè: à vigesimo & supra componuntur Decades cum Numeris minoribus præmissis, declinabiliter, vt infra.

Masculini.		Feminini.
أَوَّلُ *Primus.*		أُولَى *Prima.*
ثَانٍ *Secundus.*	∴	ثَانِيَةٌ *Secunda.*
ثَالِثٌ *Tertius.*		ثَالِثَةٌ *Tertia.*
رَابِعٌ *Quartus.*	∴	رَابِعَةٌ *Quarta.*
خَامِسٌ *Quintus.*		خَامِسَةٌ *Quinta.*
سَادِسٌ *Sextus.*		سَادِسَةٌ *Sexta.*
سَابِعٌ *Septimus.*	∴	سَابِعَةٌ *Septima.*
ثَامِنٌ *Octauus.*		ثَامِنَةٌ *Octaua.*
تَاسِعٌ *Nonus.*	∴	تَاسِعَةٌ *Nona.*
عَاشِرٌ *Decimus.*		عَاشِرَةٌ *Decima.*
حَادِيَ عَشَرَ *Vndecimus.*		حَادِيَةَ عَشَرَ *Vndecima.*
ثَانِيَ عَشَرَ *Duodecimus.*		ثَانِيَةَ عَشَرَ *Duodecima.*
ثَالِثَ عَشَرَ *Decimustertius.*		ثَالِثَةَ عَشَرَ *Decimatertia.*
رَابِعَ عَشَرَ *Decimusquartus.*		رَابِعَةَ عَشَرَ *Decimaquarta.*
خَامِسَ عَشَرَ *Decimusquintus.*		خَامِسَةَ عَشَرَ *Decimaquinta.*
سَادِسَ عَشَرَ *Decimusextus.*		سَادِسَةَ عَشَرَ *Decimasexta.*
سَابِعَ عَشَرَ *Decimusseptimus.*		سَابِعَةَ عَشَرَ *Decimaseptima.*
ثَامِنَ عَشَرَ *Decimusoctauus.*		ثَامِنَةَ عَشَرَ *Decimaoctaua.*
تَاسِعَ عَشَرَ *Decimusnonus.*		تَاسِعَةَ عَشَرَ *Decimanona.*
عِشْرُونَ *Vigesimus.*		عِشْرُونَ *Vigesima.*
وَاحِدٌ وَعِشْرُونَ *Vigesimusprimus.*		وَاحِدَةٌ وَعِشْرُونَ *Vigesimaprima.*

Ma-

Masculini.		Feminini.
ثَانٍ وَعِشْرُونَ *vigesimusecundus.*		ثَانِيَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimasecunda.*
ثَالِثٌ وَعِشْرُونَ *vigesimustertius.*		ثَالِثَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimatertia.*
رَابِعٌ وَعِشْرُونَ *vigesimusquartus.*		رَابِعَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimaquarta.*
خَامِسٌ وَعِشْرُونَ *vigesimusquintus.*		خَامِسَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimaquinta.*
سَادِسٌ وَعِشْرُونَ *vigesimusextus.*		سَادِسَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimasexta.*
سَابِعٌ وَعِشْرُونَ *vigesimusseptimus.*		سَابِعَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimaseptima.*
ثَامِنٌ وَعِشْرُونَ *vigesimusoctauus.*		ثَامِنَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimaoctaua.*
تَاسِعٌ وَعِشْرُونَ *vigesimusnonus.*		تَاسِعَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimanona.*
ثَلَاثُونَ *trigesimus.*		ثَلَاثُونَ *trigesima.*
وَاحِدٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimusprimus.*		وَاحِدَةٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimaprima.*
ثَانٍ وَثَلَاثُونَ *trigesimusecundus.*		ثَانِيَةٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimasecunda.*
ثَالِثٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimustertius.*		ثَالِثَةٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimatertia.*
رَابِعٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimusquartus.*		رَابِعَةٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimaquarta.*
خَامِسٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimusquintus.*		خَامِسَةٌ وَثَلَاثُونَ *trigesimaquinta.*
أَرْبَعُونَ *quadragesimus.*		أَرْبَعُونَ *quadragesima.*
خَمْسُونَ *quinquagesimus.*	∴	خَمْسُونَ *quinquagesima.*
سِتُّونَ *sexagesimus.*		سِتُّونَ *sexagesima.*
سَبْعُونَ *septuagesimus.*	∴	سَبْعُونَ *septuagesima.*
ثَمَانُونَ *octuagesimus.*		ثَمَانُونَ *octuagesima.*
تِسْعُونَ *nonagesimus*	∴	تِسْعُونَ *nonagesima.*
مِائَةٌ *centesimus.*		مِائَةٌ *centesima.*
وَاحِدٌ وَمِائَةٌ *centesimus primus.*		وَاحِدَةٌ وَمِائَةٌ *centesima prima.*
ثَانٍ وَمِائَةٌ *centesimus secundus.*		ثَانِيَةٌ وَمِائَةٌ *centesima secunda.*
ثَالِثٌ وَمِائَةٌ *centesimus tertius.*		ثَالِثَةٌ وَمِائَةٌ *centesima tertia.*

Ma-

Masculini.	Feminini.
رَابِعٌ وَمِائَةٌ *centesimus quartus.*	رَابِعَةٌ وَمِائَةٌ *centesima quarta.*
خَامِسٌ وَمِائَةٌ *centesimus quintus.*	خَامِسَةٌ وَمِائَةٌ *centesima quinta.*
المَائَتَانِ *ducentesimus.*	أَلْمَائَتَانِ *ducentesima.*
أَلثَّلثمَائَةُ *trecentesimus.*	أَلثَّلثمَائَةُ *trecentesima.*
وَاحِدٌ وَثَلَاثمَائَةٌ *trecentesimus primus.*	وَاحِدَةٌ وَثَلثمَائَةٌ *trecentesima prima.*
ثَانٍ وَأَرْبَعمَائَةٌ *quadringentesimus secundus.*	ثَانِيَةٌ وَأَرْبَعمَائَةٌ *quadringẽtesima secũda.*
رَابِعٌ عَشَرَ وَخَمْسمَائَةٌ *quingentesimus decimus quartus.*	رَابِعَةَ عَشَرَ وَخَمْسمَائَةٌ *quingentesima decima quarta.*
خَامِسٌ وَعِشْرُونَ وَخَمْسمَائَةٌ *quingentesimus vigesimus quintus.*	خَامِسَةٌ وَعِشْرُونَ وَخَمْسمَائَةٌ *quingentesima vigesima quinta.*
سَادِسٌ وَثَلَاثُونَ وَسِتمَائَةٌ *sexcentesimus trigesimus sextus.*	سَادِسَةٌ وَثَلَاثُونَ وَسِتمَائَةٌ *sexcentesima trigesima sexta.*
سَابِعٌ وَأَرْبَعُونَ وَسَبْعمَائَةٌ *septingentesimus quadragesimus septimus.*	سَابِعَةٌ وَأَرْبَعُونَ وَسَبْعمَائَةٌ *septingentesima quadragesima septima.*
ثَامِنٌ وَخَمْسُونَ وَثَمَانِمَائَةٌ *octingentesimus quinquagesimus octauus.*	ثَامِنَةٌ وَخَمْسُونَ وَثَمَانِمَائَةٌ *octingentesima quinquagesima octaua.*
تَاسِعٌ وَسِتُّونَ وَتِسْعمَائَةٌ *nongentesimus sexagesimus nonus.*	تَاسِعَةٌ وَسِتُّونَ وَتِسْعمَائَةٌ *nongentesima sexagesima nona.*
أَلْفٌ *millesimus.*	أَلْفٌ *millesima.*
وَاحِدٌ وَأَلْفٌ *millesimus primus:*	وَاحِدَةٌ وَأَلْفٌ *millesima prima.*
وَاحِدٌ وَمِائَةٌ وَأَلْفٌ *millesimus centesimus primus.*	وَاحِدَةٌ وَمِائَةٌ وَأَلْفٌ *millesimus cẽtesima prima.*
الأَلْفَانِ *bis millesimus.*	الأَلْفَانِ *bis millesima.*
وَاحِدٌ وَثَلَاثَةُ أَلُوفٍ *ter millesimus primus.*	وَاحِدَةٌ وَثَلَاثَةُ الآفٍ *ter millesima prima.*
أَلثَّالِثُ وَالعَشَرَةُ الآفٍ *decies millesimus tertius.*	أَلثَّالِثَةُ وَالعَشَرَةُ الآفٍ *decies millesimus tertia*
ثَالِثُ عَشَرَ أَلْفاً *ter denus millesimus.*	رَابِعَةَ عَشَرَ أَلْفاً *quater dena millesima.*
خَامِسَ عَشَرَ أَلْفاً *quindenus millesimus.*	سَادِسَةَ عَشَرَ أَلْفاً *sex dena millesima.*

Ma-

Masculini.	Feminini.
أَلْخَامِسُ وَالثَّالِثُ عَشَرَ أَلْفاً *terdenus millesimus quintus.*	أَلْخَامِسَةُ وَالثَّالِثَةُ عَشَرَ أَلْفاً *terdena millesima quinta.*

Et sic proceditur vsque in infinitum.

Numeri Distributiui.

SVnt præterea Numeri qui dicuntur Distributiui, vt apud Latinos Singuli, Bini, Terni, Quaterni, &c. Et hos Arabes replicant sicut Itali, dicentes, *ad vno ad vno, à due à due*, &c. Et Arabes triplici modo dicere solent, vno modo directè, & reuolubiliter cum Tanuino, vt وَاحِدًا وَاحِدًا *Singuli, ad vno, ad vno.* Duobus verò modis deuiatis (prout dicunt) & irreuolubiliter, nempe مُوَحَّدُ مُوَحَّدُ, vel أُحَادُ أُحَادُ *Singuli, ad vno ad vno.* Et quamuis regulariter in Nasbo locentur tãquam حَالٌ *Dispositio*, vel تَمْيِيزٌ *Distinctio*, vt جَآءُوا وَاحِداً وَاحِداً, vel جَآءُوا أُحَادُ أُحَادٌ, vel جَآءُوا مُوَحَّدُ مُوَحَّدُ *venerunt Singuli, Singuli, ad vno ad vno*, nihilominus etiam in alijs casibus locari possunt, reuolubilia, prout reuolubilia, irreuolubilia prout irreuolubilia, vnumquodque secundum suam declinationem, & dici poterit exempli gratia وَهَبَ لَهُمْ وَاحِدٍ دِرْهَماً *dedit singulis denarium.*

Sunt autem quædam Masculina, quædam Feminina, quædam Communia.

Masculina.	Feminina.	Communia.
وَاحِداً وَاحِداً *Singuli.*	وَاحِدَةً وَاحِدَةً *Singulæ.*	أُحَادُ أُحَادُ vel مُوَحَّدُ مُوَحَّدُ *Singuli*, vel *Singulæ.*
إِثْنَيْنِ إِثْنَيْنِ *bini.*	ثِنْتَيْنِ ثِنْتَيْنِ vel إِثْنَتَيْنِ إِثْنَتَيْنِ *binæ.*	ثُنَاءَ ثُنَاءَ vel مُثْنَى مُثْنَى *bini*, vel *binæ.*
ثُلَاثَ ثُلَاثَ *terni.*	ثُلَاثَا ثُلَاثَا *ternæ.*	ثُلَاثَ ثُلَاثَ vel مُثَلَّثُ مُثَلَّثُ *terni*, vel *ternæ.*
رُبَاعَ رُبَاعَ *quaterni.*	أَرْبَعًا أَرْبَعًا *quaternæ.*	رُبَاعَ رُبَاعَ vel مُرَبَّعُ مُرَبَّعُ *quaterni*, vel *quaternæ.*
خُمَاسَ خُمَاسَ *quini.*	خُمْسًا خُمْسًا *quinæ.*	خُمَاسَ خُمَاسَ vel مُخَمَّسُ مُخَمَّسُ *quini*, vel *quinæ.*
سُدَاسَ سُدَاسَ *seni.*	سِتًّا سِتًّا *senæ.*	سُدَاسَ سُدَاسَ vel مُسَدَّسُ مُسَدَّسُ *seni*, vel *senæ.*

Masculina.	Feminina.	Communia.
سُبْعَةٌ سُبْعَةٌ	سُبْعًا سُبْعًا	سُبَاعُ سُبَاعُ vel مُسْبَعُ مُسْبَعُ
septeni.	*septenæ.*	*septeni*, vel *septenæ.*
ثُمَانِيَةٌ ثُمَانِيَةٌ	ثُمَانِيًا ثُمَانِيًا	ثُمَانُ ثُمَانُ vel مُثْمَنُ مُثْمَنُ
octeni.	*octenæ.*	*octeni*, vel *octenæ.*
تِسْعَةٌ تِسْعَةٌ	تِسْعًا تِسْعًا	تُسَاعُ تُسَاعُ vel مُتَسَّعُ مُتَسَّعُ
noueni.	*nouenæ.*	*noueni*, vel *nouenæ.*
عَشَرَةٌ عَشَرَةٌ	عَشْرًا عَشْرًا	عُشَارُ عُشَارُ vel مُعَشَّرُ مُعَشَّرُ
deni.	*denæ.*	*deni*, vel *denæ.*

أَحَدَ عَشَرَ أَحَدَ عَشَرَ *vndeni vndeni.* Et sic vlterius.

De Numero Quotiente.

CVm verò aliquis integer Numerus diuiditur in duas, vel plures æquales partes, quælibet ipsarum dicitur Pars aliquota, & Numerus Quotiens, & formatur eius Nomen ad instar فَعْلٌ, vel فُعْلٌ, vel فُعَيْلٌ: medietas autem dicitur نِصْفٌ, & أَنْصَفُ نِصْفٌ *duæ medietates.* Dices شَقَّهُ نِصْفَيْنِ *diuisit eum bisariam*, seu *in duas medietates*: & dicitur vlterius.

ثُلُثٌ vel ثُلَيْثٌ	ثُلُثَانِ vel ثُلَيْثَانِ	أَثْلَاثٌ
tertia pars.	*duo tertij.*	*pl. tertiæ partes.*
رُبْعٌ vel رُبَعٌ vel رُبَيْعٌ	رُبْعَانِ vel رُبَيْعَانِ	رُبُعٌ vel رِبَاعٌ
quarta pars.	*duo quadrantes.*	*plures quadrantes.*
خُمُسٌ	خُمُسَانِ	أَخْمَاسٌ
quinta pars.	*duæ quintæ partes.*	*pl. quintæ partes.*
سُدُسٌ	سُدُسَانِ	أَسْدَاسٌ
sexta pars.	*duæ sextæ partes.*	*pl. sextæ partes.*
سُبْعٌ vel سُبَيْعٌ	سُبْعَانِ	أَسْبَاعٌ
septima pars.	*duæ septimæ partes.*	*pl. septimæ partes.*
ثُمُنٌ	ثُمُنَانِ	أَثْمَانٌ
octaua pars.	*duæ octauæ partes.*	*pl. octauæ partes.*
تُسْعٌ	تُسْعَانِ	أَتْسَاعٌ
nona pars.	*duæ nonæ partes.*	*pl. nonæ partes.*

عُشْرٌ	عُشْرَانِ	عُشُورٌ vel أَعْشَارٌ
decima pars.	*duæ decimæ partes,*	*pl. decimæ partes.*

Dicitur etiam decima pars الْعُشَيْرُ, & الْمِعْشَارُ *Decima.* Supra decem sumuntur Numeri Ordinales, & dicitur exempli gratia أَلْنَّصِيبُ ٱلْحَادِى عَشَرَ *vndecima pars.* أَلْجُزْءُ ٱلثَّانِى عَشَرَ *duodecima pars.* أَلْحَظُّ ٱلثَّالِثُ عَشَرَ *decimatertia pars.* Et sic vlterius.

Numeri Alternationis.

ALiquando Numeris significatur intermissio, vel accessio alternans, actionis vel passionis, euentus rei, &c. Et Numerus, hoc denotans formatur ad instar فِعْلٌ cum Chesro in prima, & dicitur exempli gratia سَقَى نَخْلَهُ ٱلثِّلْثَ *irrigauit palmas suas tertio quolibet die.* Et شَرِبَ ٱلْخَمْرَ ثِلْثًا *bibit vinum ternis quibusque diebus.* Et quamuis non addatur explicitè يوم *dies*, سنة *annus*, ساعة *hora*, intelligitur tamen iuxta subiectam materiam: in materia autem improportionata debet explicari, vt شَرِبَ مَرَّةً ٱلثِّلْثَ سَنَةً *bibit semel ternis quibusque annis*, &c.

أَلْثِّنْيُ vel ثِنْيًا	أَلثِّلْثُ vel ثِلْثًا	أَلرِّبْعُ vel رِبْعًا
alternis diebus, horis, &c.	*tertio quoque anno, mense*, &c.	*quarta quaq. hebdom.* &c.
أَلْخُمْسُ vel خُمْسًا	أَلسُّدْسُ vel سُدْسًا	أَلسُّبْعُ vel سُبْعًا
quinta quaq. die, hebdom. &c.	*sexto quoq. anno, die, mese*, &c.	*septimo quoq. die*, &c.
أَلثُّمْنُ vel ثُمْنًا	أَلتُّسْعُ vel تُسْعًا	أَلْعُشْرُ vel عُشْرًا
octauo quoq. die, mese, anno, &c.	*nona quaq. hora, die, hebd.* &c.	*decimo quoq. anno*, &c.

EX dictis Numeris deriuantur, & dicitur

ثُنَائِيٌّ	ثُلَاثِيٌّ	رُبَاعِيٌّ
Binarius.	*Ternarius.*	*Quaternarius.*
خُمَاسِيٌّ	سُدَاسِيٌّ	سُبَاعِيٌّ
Quinarius.	*Senarius.*	*Septenarius.*
ثُمَانِيٌّ	تُسَاعِيٌّ	عُشَارِيٌّ
Octenarius.	*Nouenarius.*	*Denarius.*

Dicitur etiam ثُلَاثَةُ أَيَّامٍ *trifariam*, ثُلَاثَةُ أَحْوَالٍ vel نِصْفَيْنِ حَالَيْنِ *bifariam*,

triduum, أَرْبَعَة أَيَّام *quatriduum*, ثَلَاثَة سِنِين *triennium*, أَرْبَعَة سِنِين *quadriennium*, &c.

مُفْرَدٌ vel وَحْدَانِيٌّ *simplex.*	مُضَاعَفٌ *duplex.*	ثَلَاثَه أَضْعَافٍ *triplex.*
أَرْبَعَه أَضْعَافٍ *quadruplex.*	خَمْسَه أَضْعَافٍ *quintuplex.*	سِتَّه أَضْعَافٍ *sexuplex.*
سَبْعَه أَضْعَافٍ *septuplex.*	ثَمَانِيَه أَضْعَافٍ *octuplex.*	تِسْعَه أَضْعَافٍ *nouempliciter.*

عشرة اضعاف *Decuplum.* & sic vsque in infinitum.

أَرْبَعُ مَرَّاتٍ *quater*, &c. ثلاث مرات *ter*, مرتين *bis*, مرة واحدة *Semel*, &

الظروف

Continentia, Localia, & Temporalia.

QVamuis apud Latinos Localia & Temporalia dicantur Aduerbia; nihilominus apud Arabes Nomina censentur. Et Localia sunt

هُنَا vel هَاهُنَا *hic.*	هُنَاكَ هَاهُنَاكَ هَنَّاكَ هَاهُنَّا *isthic.*	هُنَالِكَ *illic.*
إِلَى هُنَا *huc.*	إِلَى هُنَاكَ *isthuc.*	إِلَى هُنَالِكَ *illuc.*
مِنْ هُنَا مِنْ هُنِي *hinc, & hac.*	مِنْ هُنَاكَ *isthinc, & isthac.*	مِنْ هُنَالِكَ *illinc, & illac.*
حَيْثُ *vbi.*	إِلَى حَيْثُ *quo.*	مِنْ حَيْثُ *vnde, & quà.*
أَيْنَ *vbi.*	إِلَى أَيْنَ *quo.*	مِنْ أَيْنَ *vnde, & quà.*

Dicitur sic enuntiatiuè & conditionaliter, vt أَنَا أَسْكُنْ حَيْثُ تَسْكُنْ *vbicumque manseris ego manebo.* جِئْتُ إِلَى حَيْثُ تَسْكُنْ *veni vbi tu manes.*

أَيْنَ & أَنَّى *Vbi, & Quando*, interrogatiuè conditionaliter, vt أَنَّى يَكُونُ ٱلْقِتَالُ *quando erit bellum?* & أَنَّى يَكُنِ ٱلْقِتَالُ أَنَا أُخَلَّصُ *vbicumque*, vel *quandocumque fuerit bellum, ego saluabor.*

أَيْنَ

أَيْنَ هِيَ ٱلْخُصُومَةُ فَأَنَا ٱلْغَالِبُ *Vbicumque fuerit iurgium, ego victor existam.*

حَيْثُ etiam sumitur pro quatenus, vt أَلْمَسِيحُ هُوَ مَاتَ مِنْ حَيْثُ هُوَ انْسَانٌ وَلَمْ يَمُتْ مِنْ حَيْثُ هُوَ اللَّهُ *Christus mortuus est quatenus homo, non autem mortuus est quatenus Deus.*

لَدُنْ لَدُنِ لَدُنْ لَدَى لَدُنْ لَدُنَ لَدُنِ لَدُنْ لَدُ لَدُ لَدُ لَدُ *Iuxta, prope, apud, coram.*

Sunt etiam quædam Localia, quæ dicuntur الجهات *situs*, vt

قَبْلَ *ante.*	فَوْقَ *supernè.*	يَمِينَ *dextrorsum.*	
بَعْدَ *post.*	تَحْتَ *infernè.*	يَسَارَ *sinistrorsum.*	
أَمَامَ *in conspectu.*	قُدَّام *coram.*	عَلَى *super.*	
خَلْفَ *à tergo.*	وَرَاءَ *retro.*	أَسْفَلَ *infernè.*	شِمَالَ *à sinistra.*

Et ex his قَبْلَ *ante*, & بَعْدَ *post*, etiam respectu temporis vsurpantur.

Vniuersa autem memorata, ad situm pertinentia, si annexa sint annexione explicita, sunt declinabilia iuxta primam declinationem, vt هُوَ بَعْدَهُ *ipse est post eum*, & هُوَ مِنْ بَعْدِهِ *post illum sequitur ipse.* Si autem annexio sit implicita, tunc redduntur indeclinabilia, vt أَعْطَيْتُ أَنَا زَيْدًا دِينَارًا مِنْ قَبْلُ *dedi ego Zaido denarium ante:* nempe subintelligitur antequam ipse mihi obsequium præstaret. Si autem absolutè dicatur sine vllo respectu ad annexionem, tunc sunt declinabilia, & in Nasbo locari solent cum Tanuino ad instar Tamijz, seu Distinctionis, vt أَعْطَيْتُ زَيْدًا دِينَارًا قَبْلًا *dedi Zaido denarium in primis*, &c.

اسماء الزمان

Temporalia.

الْآنَ Et aliquando (vt testatur Chamus) لَآنَ pro الان *nunc, modò.*

إِذْ *Cùm, postquam.* item *eo quòd, quia:* vt خُلِّصْ إِذْ قَدْ تُبْتَ إِلَى ٱللَّهِ *saluus eris, cùm iam pœnitens reuersus sis ad Deum.* & اُقْعُدْ إِذْ قَعَدَ أَبُوكَ *sede, quia iam sedit pater tuus.* Itaque sensum facit de Præterito.

إِذَا Autem significat *quando*, de Futuro, vt إِذَا جِئْتَنِي أُكْرِمُكَ *cum veneris ad me honorabo te.*

Vtra-

Vtraque autem est nota inopinati euentus, vt خَرَجْتُ وَإِذَا ٱلْأَسَدُ بِٱلْبَابِ *egressus sum, & ecce leo astabat ad ianuam.* Et sic dici poterit وَإِذِ ٱلذِّيبُ بِٱلْبَابِ *& ecce lupus ad ianuam.* Quidam verò volunt ante إِذْ prærequiri particulam بَيْنَا *dum.* vt فَبَيْنَمَا ٱلْعُسْرُ إِذْ دَارَتْ مَيَاسِيرُ *cumque difficultas adesset, ecce conuersa est alea.*

Præmittitur autem ipsi إِذَا, أَ interrogationis, & supponitur litteræ Hamzat ى, propter Chesrum, & dicitur أَإِذَا *quando?* vt Alchor. سورة اسرى. أَإِذَا كُنَّا عِظَامًا وَرُفَاتًا أَإِنَّا لَمَبْعُوثُونَ خَلْقًا جَدِيدًا *Quando erimus ossa & putredo? quando suscitabimur in nouam creaturam?*

Componitur quandoque إِذَا, seu إِذْ cum Nomine يَوْم *dies*, & dicitur يَوْمَئِذٍ *in illo die.* Et cum Nomine حِين *tempus*, & dicitur حِينَئِذٍ *tunc temporis*, vt يَوْمَئِذٍ تُحَدِّثُ أَخْبَارَهَا *tunc enumerabis exercitus eius.* حِينَئِذٍ تُحَدِّثُ قُوَّاتِهِ *tunc diei enarrabis virtutes eius.*

Et quamuis إذ intelligatur semper de Præterito, & إذا regulariter de Futuro, nihilominus aliquando إذا intelligitur de Præsenti, vt in Alchorano post iuramentum ad explicandam dispositionem subiecti, لِلْحَال, prout dicunt Grammatici, وَٱللَّيْلِ إِذَا يَغْشَى *per noctem quando obscuratur:* وَٱلنَّجْمِ إِذَا هَوَى *& per stellam quando occidit*, &c.

أَيَّانَ & عَايَّانَ *Quando? quo tempore?* idem sonant ac أَيُّ حِينٍ interrogatiuè, vt Alchoranus سورة النازعات cap. De Agonizantibus, يَسْأَلُونَكَ عَنِ ٱلسَّاعَةِ أَيَّانَ مُرْسَاهَا *interrogabunt te de hora, quando erit stabilitas eius?* conditionaliter etiam vsurpatur, vt أيان تاكل اكل *quandocumque comederis, comedam.*

أَمْسِ vel أَمْسُ vel أَمْسَ *heri*, indeclinabiliter, quando est sine Articulo, licèt quandoque vsurpetur, sed rarò, cum Tanuino Chesri, vt inquit Chamus: رَأَيْتُهُ أَمْسٍ *vidi eum heri.* At quando habet Articulum declinatur iuxta primam Declinationem, vt ٱلْأَمْسُ حَارٌّ *hesternus dies fuit calidus:* vel dici potest فِي ٱلْأَمْسِ *die hesterno.* Pluralia eius sunt أَمْسٌ أُمُوسٌ أَمَاسٌ *hesterni dies.*

لَمَّا *cùm, postquam*, pro Præterito, & requirit post se summam verbalem, vt لَمَّا جِئْتَنِي أَكْرَمْتُكَ *cùm venisses ad me, honoraui te.* Differt autem ab إِذْ, quia hæc non bene præmittitur, sed aliquid præmitti debet, vt أَكْرَمْتُكَ إِذْ جِئْتَنِي *honoraui te, cùm venisti ad me.* Et vtraque requirit duas summas, saltem virtualiter, cum quadam dependentia vnius ab altera, quasi illationis vel prioritatis.

Ad significandam verò omnimodam concomitantiam, adhibetur Nomen حِين *tempus, quando*, indeclinabiliter, cum Fathho, vt جَلَسَ زَيْدٌ حِينَ جَلَسَ يُوسُفُ *sedit Zaidus ipso tempore quando sedit Ioseph.*

قَطُّ vel قَطُّ vel قَطُّ vel قَطُّ vel قَطُّ *vnquam, aliquando*, pro Præterito, vt مَا رَأَيْتُهُ قَطُّ *non vidi eum vnquam.*

عَوْضُ vel عَوْضَ vel عَوْضِ *aliquando, vnquam, in æternum*, præmissa negatione, pro Futuro, vt لَا أُفَارِقُكَ عَوْضَ *non recedam à te in æternum.* Et aliquando etiam pro Præterito, vt مَا رَأَيْتُ مِثْلَهُ عَوْضَ *non vidi simile aliquando.* Et quando annectitur, declinatur, prout inquit Chamus, vt كَلَّا أَفْعَلُهُ عَوْضَ ٱلْعَايِضِينَ *nequaquam faciam istud in sæcula sæculorum.*

مُنْذُ vel مُنْذَ vel مُنْذُ vel مُذْ, & interdum مُنْذُ vel مُذُ *ex*, pro Præterito, vt مَا رَأَيْتُهُ مُنْذُ يَوْمِ ٱلْخَمِيسِ *non vidi eum à die Iouis.* Significat etiam idem quod بَيْنَ *inter, circa*, vt لَقِيتُهُ مُنْذُ يَوْمَانِ *occurrit mihi duo iam circiter dies.* Et potest ponere in Giarro Nomen quod sequitur, vt مَا لَقِيتُهُ مُنْذُ ٱلْيَوْمِ *non vidi eum tota hac die.* Et potest Nomen sequens locari in Rafeo, quasi esset Chabarum, seu Prædicatum eius, vt testatur Chamus, dicens, مُنْذُ يَوْمَانِ *spatium sunt duo dies:* vel *secundus iam agitur dies.*

مَتَى vel مَتَى *quando?* vt مَتَى نَصْرُ ٱللَّهِ *quando aderit auxilium Dei?* Et quandoque conditionaliter, vt مَتَى أَضَعِ ٱلْعِمَامَةَ تَعْرِفُونِي *quando deposuero armillam*, seu *fasciam capitis, agnoscetis me.* Reperitur, vt Chamus testatur, in significationem مِنْ *ex*, vt أَخْرَجَهَا مَتَى مَكَّةَ *eduxit eam ex Mecha.*

قَدْ *Iam*, præmittitur Præterito, vt قَدْ قَامَ زَيْدٌ *iam surrexit Zaidus.* Et hoc in confirmationem, vt قَدْ كُنْتُ فِي خَيْرٍ *iam fruitus sum bonis:* & hoc in ostensionem

ſionem rei iam tranſactæ, prout dictum eſt, *Iam fuimus Troes*. Iungitur etiam Modſareo in ſignificationem raritatis, & euentus rei quæ vix accidit, vt قد يَقْدُمُ ٱلغَائِبُ *iam apparet abſens*. قَدْ يَصْدُقُ ٱلكَاذُوبُ *iam veritatem fatetur mendax, &c.*

أَوَّلاً *Primùm, antea*. Et eſt Correlatiunm بَعْدَ *poſt, deinde*. Et illud eſt Irreuolubile, cùm ſumitur tamquam Adiectiuum, non autem cum ſignificat *antea, primùm, &c.*

لَدُنْ vel لَدَنْ vel لَدِنْ vel لُدْنِ vel لَدْنُ vel لُدُنْ vel لَدْ vel لُدْ vel لَدَ vel لَدًا vel لَدَى *Mox, dudum:* eſt locale, & temporale, ſignificans idem quod عِنْدَ *apud, prope, iuxta*, tam reſpectu temporis, quàm reſpectu loci, vt لَدْنَ ٱلآنَ *iamiam, nunc, dudum*, &c.

الكنايات

Subſtitutiones, ſeu Cognominationes.

DIcuntur eiuſmodi Nomina Subſtitutiones, quia loco aliorum ſubſtituuntur, & ſunt كَمْ *quot*, interrogatiuè, & enunciatiuè: كَذَا *ſic, tot, taliter*. كَيْتَ *ſic*. ذَيْتَ *hoc*.

Et quidem كَمْ *quot?* interrogatiuè, locat Nomen, in Singulari numero tamquam ſpecificationem ſine Articulo, in Nasbo, vt كَمْ سَفْرًا لِلْكِتَابِ ٱلْمُقَدَّسِ *quot libros continet Sacra Scriptura?*

At كَمْ *quot*, enunciatiuè, locat Nomen ſine Articulo in Giarro, ſiue in Plurali ſiue in Singulari, vt نَعْرِفُ كَمْ سَفْرٍ لِلْكِتَابِ vel نَعْرِفُ كَمْ أَسْفَارٍ لِلْكِتَابِ *nouimus quot libros Scriptura contineat*. Et poteſt dici cum particula مِن *ex*, tam enunciatiuè quàm interrogatiuè, vt كَمْ مِنْ سَفْرٍ *quot ex libris*.

Et poteſt locari كَمْ *quot*, virtualiter, vel in Nasbo, vt كَمْ نَصَرْتَ *quot adiuuiſti?* vel in Giarro, vt إِلَى كَمْ مَدِينَةً دَخَلْتَ *in quot ciuitates intraſti?* vel etiam in Rafeo, vt كَمْ دِرْهَمًا عِنْدَكَ *quot denarij apud te?* Et poteſt præteriri Nomen, cum aliàs pateat de quo ſit ſermo, vt in exemplo allato كَمْ نَصَرْتَ *quot adiuuiſti?* homines ſcilicet.

كذا

كَذَا Eſt compoſitum ex كَ, quæ ſignificat *ſicut*, & ذَا, quæ ſignificat *hoc*; quaſi dicat, *ſicut hoc, tantundem, tantum, ſic*. Et dicitur إِسْمٌ مُبْهَمٌ *nomen indiſtinctum:* & conſtruitur eodem modo quo كَمْ *quot*, Nasbans, vt كَذَا دِرْهَمًا لِي *tot denarij ſunt mihi*.

ذَيْتَ. Et ſecundum Auctorem Nomine ابن القطاع *Ebnolcatai*, dicitur ذَيْتَ vel ذَيْتِ vel ذَيْتُ, item cum ة ذَيْتَةَ & ذَيْتَةِ & ذَيَّا & ذِيَّا, idem eſt quod كَيْتَ, & كَيْتِ *ſic, tantundem, taliter, tali modo*.

كِيتَ وَكَيْتَ vel كِيتِ وَكَيْتِ *ſic & ſic, hoc & hoc*. Eſt autem ت pro ة, vt notatur in libro Chamus. Et Nasbat, ſicut كَذَا, Nomen Singulare ſine Articulo, vt كَيْتَ وَكَيْتِ مَالاً لِي *ſic & ſic, tantundem bonorum mihi eſt*, &c.

الاصوات

Voces, ſeu Interiectiones.

INteriectiones Latinis, Arabibus dicuntur ٱلأَصْوَاتُ *Voces:* & ſunt vel Suſpirantis, vt اه *ah*, vel Dolentis, vt أَخْ *heu:* vel Faſtidientis, ſeu tedij, vt أَفْ quod, vt teſtatur Chamus, quadraginta modis dicitur.

Sunt etiam & voces quibus comminantur iumentis, vt نَخَّ, & حَرِّ, vnde deſumptum videtur *Arri*, qua ſolent Itali impellere iumenta: idem enim ſignificat.

Inter hæc etiam recenſentur voces, quibus ſonus garritus auium, hinnitus equorum, rugitus leonum, & voces ceterorum animalium imitantur, vt عَاقَ pro Corui crocitatione, &c.

المركبات

Nomina Compoſita.

NOmen Compoſitum triplex eſt, vel enim ſine ordine & annexione partium ad inuicem, vt بَعْلَبَكَّ *Baelbac*, quod componitur ex بَعْلَ, & بَكَّ ſine annexione, & eſt irreuolubile. Vel eſt cum annexione, vt عَبْدُ ٱللهِ *Abdolahi*, tunc priùs eſt indeclinabile, ſecundum communiorem opinionem, poſteriùs verò eſt locatum in Giarro. Tertiò, vel ita componitur, vt ſubintelligatur aliqua particula

medians, vt accidit in Numeris ab أَحَدَ عَشَرَ *vndecim*, vsque ad تِسْعَةَ عَشَرَ *decem & nouem*. Implicitè enim continent coniunctiuam وَ &, sicque Compositum Nomen est indeclinabile, excepto اِثْنَا عَشَرَ *duodecim*.

His simile est بَيْتَ بَيْتَ *ostiatim*, vt cum dicitur اِبْتَغَى الْمِسْكِيْنُ بَيْتَ بَيْتَ مِنْ بُيُوْتٍ *mendicauit pauper ostiatim*: dicere enim بَيْتَ بَيْتَ, idem est ac dicere صَبَاحَ مَسَاءَ إِلَى بَيْتٍ *de domo in domum*. Pari ratione indeclinabiliter dicitur اُسَبِّحُ لِلّٰهِ صَبَاحَ مَسَاءَ *psallam Deo mane & vespere omni mane & vespere*. vt Idem est ac dicere كُلَّ صَبَاحٍ وَكُلَّ مَسَاءٍ *omni mane & omni vespere*.

اسماء الافعال

Nomina Verborum.

HIuiusmodi, dicuntur Nomina Verborum, quia cùm Nomina sint, Verborum sensum & operationem obtinent: Sunt autem quædam in sensu Imperatiui, vt رُوَيْدَ *expecta, sustine*: & Nasbat, vt رُوَيْدَ زَيْدًا, & idem sonat, ac أَمْهِلْهُ *differ, expecta, sustine Zaidum*.

Alterum est, Nasbans etiam, & in sensu Imperatiui بَلْهَ *sine, relinque*: vt بَلْهَ زَيْدًا, ideſt دَعْهُ, seu أُتْرُكْهُ *sine Zaidum*, vel *relinque Zaidum*.

Tertium, in sensu etiam Imperatiui, & locans in Nasbo Nomen, est عَلَيْكَ *adhere, adiungere*: & dices عَلَيْكَ زَيْدًا, ideſt اِلْزَمْهُ *innitere Zaido, sectare Zaidum*.

Quartum, in sensu Imperatiui etiam, & Nasbans, est دُونَكَ *apprehende*, vt دُونَكَ زَيْدًا, ideſt خُذْهُ *accipe, apprehende Zaidum*.

Quintum est simile præcedenti in sensu & operatione, & est هَاءَ *apprehende*: & dices هَاءَ زَيْدًا, ideſt خُذْهُ *apprehende Zaidum*.

Sextum هَلُمَّ *veni*. Ex هَا & لُمَّ, commune Numero & Genere. Quidam verò dicunt هَلُمَّ *veni tu*, com. gen. هَلُمَّا *venite vos duo*, vel *duæ*. هَلُمُّوا *venite vos viri pl.* هَلُمُمْنَ *venite vos mul. pl.* Et addunt eis نَ confirmationis graue, vt هَلُمَّنَ *afferte omnino, veni omnino*. & هَلُمَّ شُهَدَاءَكُمْ *afferte testimonia vestra*.

Inter-

Interdum formantur ex Verbo ternario Nomina quædam ad instar فَعَالَ, & sensum faciunt Imperatiui, vt نَزَالَ *descende*: dicitur pro اُنْزِلْ. Et بَرَاكَ *attende, attendite, animaduertite*: sed hoc potiùs formatum videtur ex بِ particula Giarri, & رَأْيٌ *visio, attentio*, & ex كَ Affixo secundæ personæ: quasi dicatur: *in attentione tua*.

Præterea حَيْهَلَ, vel حَيْهَلْ, vel حَيَّهَلْ, vel حَيَّهَلاً, vel حَيَّهَلَا, vel حَيَّهَلْ compositum ex حَيَّ, ideſt اُعْجَلْ *accelera*, & ex هَلَا, ideſt صِلْهُ *pertinge ad eum, assequere eum, adiungere ei*: vel ex حَيَّ, ideſt هَلُمَّ *veni*, & ex هَلَا, ideſt حَثِيثًا *impulsus*, vel اِسْرَعْ *accelera*, prout inquit Chamus in dictione حى, post medium. Dices حَيَّهَلَا بِزَيْدٍ *excita, voca, hortare, stimula Zaidum, apprehende eum*, & حَيَّ هَلَا عَلَى كَذَا vel حَيَّ هَلْ إِلَى كَذَا *veni cito ad hoc, insiste, insta ei*.

هَيْهَاتَ, vel هَيْهَاتَ, vel هَيْهَاتَ *distauit, longè abfuit*: dices هَيْهَاتَ زَيْدٌ, ideſt بَعُدَ زَيْدٌ *elongatus est Zaidus*.

شَتَّانَ *Diuisio, dissensio*, dices شَتَّانَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو, ideſt اِفْتَرَقَا *diuisus est Zaidus & Amrus, dissensio est inter eos*.

Pro سرع *festinauit*, dicitur سُرْعَانَ, vel سِرْعَانَ, vel سُرْعَانَ: & dices سُرْعَانَ زَيْدٌ *accelerauit Zaidus*.

Et hæc sufficiant de Nomine. Modò de tertia Orationis parte, nempe حَرْفٌ *Particula* dicendum.

DE PARTICVLIS.

Tertia Orationis parte.

Arabicè الحرف.

PARTICVLA, quæ & الحروف *Hharf*, est dictio illa, quæ non est Nomen, neque Verbum. Et Verbum quidem est significatiuum cum Tempore. Nomen significatiuum sine Tempore. Particula autem non est per se significatiua, sed consignificatiua: requirit enim semper consortium Verbi vel Nominis, vt aliquid significet. Sunt autem diuersi generis Particulæ, quas omnes per ordinem referemus.

حروف الجرام الخفض

Particulæ Giarri, seu Chafdsi.

PArticulæ Giarri dicuntur decem & septem, & locant Nomen cui præmittuntur in casu Giarro, propterea ex eo denominantur: sunt autem

مِن *Ex, è, à, ab*. Et semper habet Chesrum subtus م, & eius ن quiescit: sed, cùm sequitur Hamzat vnionis, assumit Fathhum, vt مِنَ السَّمَاءِ *de cælo*. Cùm verò iungitur Pronomini primæ personæ, dicitur cum immissione مِنِّي *ex me*, & مِنَّا *ex nobis*: & non dicitur مِنْنَا, nec مِنْنِي. Similiter cùm sequitur مَا *id quod*, non dicitur مِنْ مَا, nec مِنَّا, sed conuersio ن in م, dicitur مِمَّا *ex quo*. Ita etiam fit in omnibus Particulis habentibus ن quiescens in fine. Dicitur autem مِنْ esse لِلْاِبْتِدَاءِ in significationem inceptionis, vt خَرَجْتُ مِنَ الْفِرْدَوْسِ *exiui de Paradiso*. Et in significationem التَّرْكِيبِ *compositionis*, scilicet materiæ, ex qua, vt اَلْبَيْتُ مِنَ الْحِجَارَةِ وَالْخَشَبِ *domus ex lapidibus & lignis*. Dicitur etiam لِلتَّبْيِينِ *in sensum declarationis*, vt in Alchorano اِجْتَنِبُوا الرِّجْسَ مِنَ الْاَوْثَانِ *fugite turpitudinem, quæ est idolorum*. Est etiam لِلتَّبْعِيضِ in significationem partis, vt أَخَذْتُ مِنَ الدَّرَاهِمِ *accepi partem nummorum*. Aliquando est زَائِدَةٌ *abundans*, quando sermo est negatiuus, vt cum dicitur مَا جَاءَنِي أَحَدٌ pro مَا جَاءَنِي مِنْ أَحَدٍ *non venit ad me quisquam*.

Se-

Secunda est إِلَى *vsque ad*: & dicitur esse لِلِانْتِهَاءِ *in significationem termini ad quem*, vt نَزَلْتُ مِنَ السَّمَاءِ إِلَى الْاَرْضِ *descendi de cælo in terram*. Aliquando est in significationem مَعَ *cum*, vt زَادَ فُرْسَانًا إِلَى الرَّاجِلِينَ *adiunxit equites cum peditibus*.

Tertia est حَتَّى *vsque ad, etiam vsque*: idem significat quod إِلَى, sed propriè حَتَّى significat inclusiuè, إِلَى autem exclusiuè: dicitur enim مَاتَ الرِّجَالُ حَتَّى الْاَنْبِيَاءُ *mortui sunt homines, etiam & Prophetæ*: & أَكَلْتُ السَّمَكَةَ حَتَّى رَأْسِهَا *comedi piscem, vsque etiam & caput eius*. Sed cum إِلَى sensus est exclusiuè, vt أَكَلْتُ السَّمَكَةَ إِلَى رَأْسِهَا *comedi piscem vsque ad caput eius*, scilicet caput intactum reliqui.

Quarta est فِي *in*, & dicitur لِلظَّرْفِيَّةِ *in significationem continentis*, idest explicationē Temporis vel Loci, vt هٰذَا كَانَ فِي السَّنَةِ اَلْفٍ وَسِتَّمِائَةٍ فِي رُومِيَّةَ الْعُظْمَا *hoc factum est anno millesimo sexcentesimo in Vrbe Roma*.

Quinta est بِ, quæ significat اَلْاِلْتِصَاقَ *adhæsionem*, vt أَقْسَمْتُ بِاللّٰهِ *iuraui per Deum*, مَرَرْتُ بِزَيْدٍ *transiui iuxta Zaidum*. Denotat etiam اَلْاِسْتِعَانَةَ *instrumentum*, vt كَتَبْتُ بِالْقَلَمِ *scripsi calamo*. Deseruit etiam transitioni Verborum, & dicitur لِلتَّعْدِيَةِ, cum assumitur Verbum Intransitiuum, & præfigitur بِ Nomini sequenti, vt جَاءَ بِهِ *attulit illud*. Qui sensus habetur per بِ, nam جَاءَ significat *venit*, intransitiuè. Sumitur etiam & in significationem فِي *in*, vt جَلَسْتُ بِرُومِيَةَ *mansi Romæ*. Denotat etiam اَلْمُصَاحَبَةَ *concomitantiam*, vt إِشْتَرَيْتُ الْفَرَسَ بِسَرْجِهِ *emi equum cum sella sua*. Quandoque est abundans, vt لَسْتُ بِعَالِمٍ *non sum doctus*. بِحَسْبِكَ زَيْدٌ *sufficit tibi Zaidus*. vel *secundùm te Zaidus*.

Sexta est لِ *ad, propter*, dicitur esse لِلْاِخْتِصَاصِ *in significationem appropriationis*, seu *attributionis*, vt اَلنُّطْقُ لِلْاِنْسَانِ *rationalitas propria est hominis*. Interdum لِلتَّعْلِيلِ denotat causalitatem, vt هَلَكَ مُحَمَّدٌ لِخَطِيئَتِهِ *periit Mohammed propter peccatum suum*.

Septima est رُبَّ vel رُبَّ رُبَّ رُبَّ رُبَّ رُبَّ vel رُبَّ vel رُبَّتَ رُبَّتَ رُبَّتَ رُبَّتَ vel رُبَّتَ

vel

رُبَّمَا vel رُمَّا vel رُمَّا vel رُمَّا vel رُبَّمَا vel رُبَّمَا vel رُبَّمَا vel رُبَّمَا *vix*, denotat أَلتَّقْلِيلَ *paucitatem*, seu *penuriam*: præponitur nomini Singulari Substantiuo sine Articulo, vt رُبَّ رَجُلٍ صَادِقٍ وَجَدْتُ *vix hominem veridicum reperi*.

Quando autem habet annexum مَا potest præmitti Verbo, vt رُبَّمَا وَجَدْتُهُ *vix illum reperire potui*.

Octaua & Nona sunt وَ & تَ, notæ iuramenti, quibus additur بِ. Sed تَ deseruit tantum iuramento, cùm iuratur per nomen اللهُ *Deus*, vt تَاللهِ *per Deum*. وَ autem deseruit iuramento, cùm iuratur per nomen, quod dicitur ظَاهِرٌ *Manifestum*, ideſt non pronomen Relatiuum, nec Personale, nec Demonstratiuum, vt وَالرَّبِّ *per Dominum*. Et in Alchorano وَالتِّينِ وَالزَّيْتُونِ وَالْقَلَمِ إِذَا يَسْطُرُونَ *per ficum, per oliuam, per calamum quando scribunt*. Et aliàs ibidem وَاللَّيْلِ إِذَا يَغْشَى *per noctem quando obscuratur*.

بِ Autem est communis ad omnia, quocumque modo iuretur, vt بِرَأْسِ هَذَا الْإِبْنِ *per caput huius filij*. بِالَّذِي سَجَدْتُ لَهُ *per quem adoro*. بِهَذِهِ النَّفْسِ *per hanc animam*, &c.

Decima est عَنْ *à, ab, de*: dicitur esse لِلْمُجَاوَزَةِ *in significationem recessus*, seu *transitionis*. هُوَ خَارِجًا عَنِ الْهَيْكَلِ *ipse stabat foras extra templum*. بَعُدَ عَنِ الْكَرْمِ *elongatus est à vinea*.

Interdum significat fauorem, gratiam, ita vt sit idem quod مِنْ أَجْلِ *propter*, vt فَعَلْتُ هَذَا عَنْكَ *feci hoc gratia tui*, & سَأَلْتُ عَنْهُ *interrogaui de eo*. Et جِئْتُ مُهَيَّأً لِلْحَرْبِ عَنْهُ *veni paratus ad prælium in auxilium eius*. Huius autem particulæ ن assumit Chesrum, prout omnes literæ quiescentes in fine dictionis, sequente Hamzat vnionis, & conuertitur prout diximus supra de Particula مِنْ.

Vndecima est عَلَى *super, contra, erga, versus*, vt يُوسُفُ عَلَى رَأْسِ الْجَبَلِ *Ioseph stat super verticem montis*. Et غَضِبْتُ عَلَيْهِ *iratus sum contra eum*. Et خَرَجَ دَاوُدُ عَلَى الْجَبَّارِ *egressus est Dauid versus, vel contra gigantem*.

Duo-

Duodecima كَ, est لِلتَّشْبِيهِ *in expressionem similitudinis*, vt اِفْتَرَسَهُ كَالْأَسَدِ *discerpsit eum ad instar leonis*, &c.

Decimatertia, & decimaquarta est مُذْ, & مُنْذُ *in significationem*. اَلْإِبْتِدَاءِ *inceptionis in tempore præterito*, vt مَا رَأَيْتُهُ مُنْذُ الْجُمُعَةِ فِي الزَّمَانِ الْمَاضِي *non vidi eum à die Veneris*. Et significat etiam pro tempore præsenti, vt مَا رَأَيْتُهُ مُذْ شَهْرِنَا vel مُنْذُ يَوْمِنَا *non vidi eum toto hoc mense*, vel *tota hac die*.

Decimaquinta, decimasexta, & decimaseptima sunt عَدَا & خَلَا خَاشَا, quæ dicuntur Particulæ اَلْإِسْتِثْنَاءِ *exceptionis*, quibus dicitur exempli gratia جَاءَنِي اَلْقَوْمُ خَاشَا زَيْدٍ vel عَدَا زَيْدٍ vel خَلَا زَيْدٍ *venit ad me populus, præter Zaidum*. Dici etiam potest سِوَا زَيْدٍ *præter Zaidum*. Verùm سِوَا non est Particula, sed Nomen, sicut غَيْرَ *præter*: propterea inter Particulas non recensentur. Nos autem dum de Particulis exceptionis agemus, de omnibus ad sufficientiam dicemus.

الحروف المشبهة بالفعل

Particulæ similes Verbo.

HIuiusmodi Particulæ dicuntur similes Verbo, quia tres vel quattuor literas habent sicut Verba in Præterito; item & quia regunt Nomina ad instar Verborum, Mobtadaum seu subiectum locantes in Nasbo, & Prædicatum in Rafeo, vt exemplis patebit. Sunt autem sex, nempe

إِنَّ *certè, vtique, sanè.*	أَنَّ *quòd.*	لَكِنَّ *verumtamen, sed, at.*
كَأَنَّ *quasi, æquè ac si.*	لَيْتَ *vtinam.*	لَعَلَّ *forsitan.*

His dices, exempli gratia إِنَّ الْإِنْسَانَ كَاذِبٌ *certè homo est mendax*.

Et بَلَغَنِي أَنَّ زَيْدًا مُنْهَزِمٌ *peruenit ad me, quòd Zaidus in fugam versus est*, seu *fractus est exercitus eius*.

Et cum لَكِنَّ dices جَاءَنِي عَمْرٌو لَكِنَّ زَيْدًا بَعِيدٌ *venit ad me Amrus, sed Zaidus longè absens est*.

Et cum كَأَنَّ *perinde ac si*: كَأَنَّ الْإِنْسَانَ فَرَسٌ *quasi homo esset equus*.

Et cum لَيْتَ *vtinam*, dices لَيْتَنِي قَدِيسٌ *vtinam ego sanctus essem*.

Et cum لَعَلَّ dices لَعَلَّ زَيْدًا جَاءَ *forsitan Zaidus veniet*.

Et

Et Mobtadaum siue Subiectum semper præmitti debet ante Chabarum seu Prædicatum, vt exemplis patuit: quando autem Prædicatum est temporale seu locale, tunc licet præmittere illud, vt عَرَفْتُ أَنَّ فِي ٱلسُّوقِ زَيْدًا *noui quòd in platea est Zaidus*. Et عَلِمْتُ أَنَّ فِي هٰذَا ٱلْيَوْمِ مَطَرًا *scio quòd hodie erit pluuia*.

Nec est prętereundum quod permittit Grammaticus quidam, nomine ٱلْفَرَّاءُ *Elfara*, nempe, vt cum Particula لَيْتَ locetur in Nasbo, non solùm Subiectum, sed etiam Prædicatum, per modum حَالٍ *dispositionis*, vel تَمْيِيزٍ *specificationis*, vt لَيْتَ زَيْدًا قَائِمًا *vtinam Zaidus stans*, scilicet *esset*. & hoc etiam licet in cæteris.

Aliquando reperitur لَعَلَّ *forsitan*, cum Nomine locato in Giarrò: sed hoc est exceptum, prout inquit Ebnolhagebi in sua Grammatica Caphia: & est obseruandum, non imitandum.

Sæpè adiungitur in fine harum Particularum مَا, & dicitur

إِنَّمَا	أَنَّمَا	لٰكِنَّمَا
sanè quòd.	*quòd.*	*verùm quòd.*
كَأَنَّمَا	لَيْتَمَا	لَعَلَّمَا
quasi quòd:	*vtinam quòd.*	*forsitan quòd.*

Et tunc priuantur sua operatione: & præmitti possunt etiam immediatè ante Verbum, vt عَرَفْتُ أَنَّمَا يَخْرُجُ زَيْدٌ *certè quòd egredietur Zaidus*. & إِنَّمَا يَخْرُجُ زَيْدٌ *noui quòd egredietur Zaidus*. Hìc autem aduertere debes differentiam inter إِنَّ, seu إِنَّمَا cum Chesro, & أَنَّ, vel أَنَّمَا cùm Fathho; nam si summa sequens cadat loco simplicis, tunc habet Fathhum; si verò summa sequens non stet loco Simplicis, tunc requirit Chesrum. Quando autem integra summa supponat pro vnica dictione, quasi esset simplex Nomen, facilè patet: Nam, cùm dicitur عَرَفْتُ أَنْ يَخْرُجَ زَيْدٌ *noui quòd egredietur Zaidus*. Illud عَرَفْتُ est Verbum cum Agente, *noui ego:* at integra hæc summa أَنْ يَخْرُجَ زَيْدٌ *quòd egredietur Zaidus*, tota stat loco Simplicis, scilicet loco Patientis respectu Verbi عَرَفْتُ *noui:* sicut si diceretur عَرَفْتُ هٰذَا *noui istud*. Hoc autem magis patebit, dum agemus de Constructione.

Et cum reliquis Particulis dices كَأَنَّمَا يَكُونُ زَيْدٌ أَسَدًا *quasi quòd esset Zaidus leo*. & لَيْتَمَا يَكُونُ زَيْدٌ مِنَ ٱلْعُظَمَاءِ *vtinam quòd esset Zaidus ex Optimatibus*.

&

& لَعَلَّمَا يَنْهَزِمُ جَيْشُ ٱلْأَعْدَاءِ *forsitan quòd confringetur exercitus inimicorum*.

Præfigitur sæpè etiam Particulæ أَنْ, vel grauatæ signo Tesdid, vel leui cum Ossecuno, vt mox dicemus, præfigitur inquam ipsi Particula فَ, vel لَ, ita vt fiant Particulæ causales لِأَنَّ فَإِنَّ لِأَنَّ *quoniam, eo quòd, enimuerò*, & non alteratur eius operatio per لَ, neque per فَ, sed dices لِأَنَّ ٱلرَّبَّ كَبِيرٌ *quoniam Dominus magnus*. Et فَإِنَّ ٱللّٰهَ عَظِيمٌ *quia Deus excelsus*, &c.

Sæpè quattuor Particulæ habentes نَ grauatum in fine, deponunt Tesdid, & assumunt loco eius Ossecun, siue priuationem Vocalis, & dicitur إِنْ *certè, sanè*, أَنْ *quòd*, كَأَنْ *quasi*, لٰكِنْ *sed*, vel præmisso etiam وَ dicitur وَلٰكِنْ *verumtamen*. Et tunc, sic alleuiatæ, non exercent suam operationem: & præmitti possunt etiam Verbo. Et, vt distinguatur إِنْ ab altera إِنْ, quæ est Particula negatiua, præfigitur Chabaro, seu Prædicato Particula لَ, & dicitur إِنْ كَانَ زَيْدٌ لَعَاقِلًا *vtique Zaidus est intelligens:* sine لَ autem posset esse sensus: *non est Zaidus intelligens*. Item ad distinguendam أَنْ ab altera consimili, quæ dicitur Masdaralis, præmittitur Verbo aliqua ex Particulis negatiuis مَا, لَمْ, لَا, &c. vel Particula قَدْ *iam*, vel سَوْفَ vel سَ, vt سَيَمُوتُ وَأَنْ سَوْفَ يَرْجِعُ وَأَنْ يَمُوتَ بَلَغَنِي أَنْ قَدْ أَنْهَزَمَ زَيْدٌ وَأَنْ لَا يَحْيَى *Peruenit ad me, quòd iam fractus est Zaidus, & quòd tandem reuertetur, & quòd finaliter morietur, & quòd non viuet*.

Et licet ante لٰكِنْ *sed*, præmittere وَ, vt جَاءَ ٱلْأَمِيرُ وَلٰكِنْ لَمْ يَجِئِ ٱلْجَيْشُ *venit Princeps, sed non venit exercitus*.

حروف العطف

Particulæ Coniunctionis.

Coniunctionis Particulæ dicuntur ٱلْحُرُوفُ ٱلْعَاطِفَةُ *Particulæ reflectentes*, seu *Complicantes*, vel *Replicantes*: quia sermonem iam prolatum respectu vnius, vel replicant respectu alterius, vel aliquo modò alterant. Sunt autem multæ, sed quia aliud munus exercent in oratione præcipuum, propterea aliter denominantur: Coniunctionis autem sequentes decem præcipuè numerantur.

وَ ,ـو *atque adeò*. فَ *tùm, deinde*. ثُمَّ

حَتَّى *vsque etiam.* أَوْ *vel.* أَمْ *aut.*

إِمَّا *siue, cũ replicatione.* لَا *non autem.* بَلْ *sed, imò.*

لٰكِنَّ vel لٰكِنَّ vel وَلٰكِنَّ *sed, verumtamen:* de qua diximus inter Particulas assimilatas Verbo.

Sunt etiam Particulæ coniunctiuæ hæ, sed etiam Causales dicuntur, nempe لِأَنَّ *quoniam,* فَإِنَّ *quia, enimuero:* لِ *vt:* كَيْ vel لِكَيْ *ad hoc vt.*

Item hæ quæ dicuntur disiunctiuæ: لِئَلَّا vel لِكَيْلَا *ne, vt non.*

Item & hæ, quæ dicuntur aduersatiuę: وَإِنْ vel مَعَ إِنَّ *quamuis, licèt, etsi.*

Item & Particulę conditionales: لَوْ *si,* in significationem Pręteriti, etiam si pręponatur Modsareo, vt لَوْ فَعَلَ *si fecisset.* لَوْ يَفْعَلُ *si faceret.*

أَنْ vel أَنَّ *si:* in significationem Futuri, etiam quando prępmittitur Præterito, vt إِنْ فَعَلَ إِنْ *si fecerit, quando fecerit.* إِنْ يَفْعَلْ *si faciet, quando faciet.*

لَوْلَا vel لَوْمَا *nisi, si non:* vt لَوْلَا رَحْمَةُ اللّٰهِ عَلَيْنَا لَمُتْنَا بِخَطَايَانَا *perijssemus vtique in peccatis nostris, nisi fuisset misericordia Dei super nos.*

Et cum præmissis Particulis dices جَاءَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو *venit Zaidus & Amrus.* Et sic fit Coniunctio, seu Reflexio in eodem casu: & in Nasbo نَصَرْتُ زَيْدًا وَعَمْرًا *adiuui Zaidum & Amrum.* Sic etiam in Giarro, vt مَرَرْتُ بِالْبَيْتِ وَالْبُسْتَانِ *transiui per domum & pomarium.*

Aliquando وَ sumitur pro مَعَ *cum, simul cum.* Et tunc locat Nomen sequens in Nasbo, vt جَاءَ الْأَمِيرُ وَالْجَيْشَ *venit Imperator cum exercitu.*

Et وَ quidem nonnisi concomitantiam denotat; فَ autem in rigore importat etiam aliquam dependentiam, vt جَاءَ السُّلْطَانُ فَالْخُدَّامُ *venit Imperator, igitur & ministri.* طَلَعَتِ الشَّمْسُ فَكَانَ النَّهَارُ *ortus est Sol, & factus est dies.*

Similiter & ثُمَّ ordinem quemdam importat, vt ظَهَرَ الْأَوَّلُ ثُمَّ الثَّانِي ثُمَّ الثَّالِثُ *apparuit primus, mox secundus, tum tertius.*

أَكَلْتُ السَّمَكَةَ حَتَّى رَأْسِهَا autem importat quamdam difficultatem, tamen superatam, vt

أَكَلْتُ السَّمَكَةَ حَتَّى رَأْسِهَا *comedi piscem, vsque etiam & caput eius.* أَخْطَأَ النَّاسُ حَتَّى الْمَلَائِكَةُ *peccauerunt homines, insuper & Angeli.* Et أَسْأَلُكَ حَتَّى تَسْمَعَنِي *rogabo te, vsque dum exaudias me.* Et sic Nasbat Modsareum, quia continet implicitè أَنْ Particulam Masdaralem, de qua infra, æquè ac si diceretur حَتَّى أَنْ تَسْمَعَنِي *vsque dum exaudias me.*

Et cum Particula أَوْ *aut, vel:* أَسْأَلُكَ أَوْ تَسْمَعَنِي *rogabo te, vel exaudias me:* idest *donec exaudias me.* Et sic أَوْ etiam locat in Nasbo Verbum Modsareum.

Aliàs enim dicitur صَنَعَ هٰذَا زَيْدٌ أَوْ عَمْرٌو *fecit hoc Zaidus vel Amrus.*

Et cum أَمْ *an, vel:* cui præmittitur interrogatio, quamuis etiam sine interrogatione adhiberi possit: & dices أَتَقْبَلُ الْحَقَّ أَمْ تَقْبَلُ الْبَاطِلَ *Num suscipies veritatem, an suscipies mendacium?* Et sic dicitur أَمْ coniuncta, quia tantum sequitur post أَمْ, quantum post interrogatiuã: aliàs enim dicitur seiuncta: vt أَتَقْبَلُ الْحَقَّ أَمْ الْبَاطِلَ *num suscipies veritatem, an vanitatem?* Et جَاءَ زَيْدٌ رَاكِبًا أَمْ رَاجِلًا *venit Zaidus equitans, vel pedester.*

Et cum إِمَّا *siue, vel:* dices semper cum replicatione, vt أُعْطِيكَ إِمَّا فَرَسًا أَمَّا إِمَّا وَإِمَّا جَوْهَرًا vel أَمَّا جَوْهَرًا *dabo tibi vel equum vel gemmam.* dr. ēt أَيُّهَا أَمَّا

Et cum لَا *non,* dices رَأَيْتُ زَيْدًا لَا نُوحًا *vidi Zaidum, non Noe.*

Et cum بَلْ *imò,* dices جَاءَ زَيْدٌ بَلْ عَمْرٌو *venit Zaidus, imò Amrus:* idest *venit Amrus, non Zaidus,* quem ex errore protuli priùs.

Præcedente autẽ negatione dices مَا جَاءَ زَيْدٌ بَلْ عَمْرٌو *nõ venit Zaidus, sed Amrus;* vel *nõ venit Zaidus, imò Amrus.* Et sensus duplex esse potest, vel retractãdo dictũ de Zaido, quasi ex errore prolato, ita vt de Amro tantùm intelligendus sit sermo: vel sine retractatione, enuntiando de vtroque, sed de priori negatiuè, de posteriori affirmatiuè.

Cum لٰكِنَّ *sed, verumtamen,* quoque dicendum جَاءَ زَيْدٌ لٰكِنَّ عَمْرٌو لَمْ يَجِئْ *venit Zaidus, sed Amrus non venit.* Et sic requirit duas summas completas, cùm nõ præcedit negatio: si autẽ præcedat negatio, dici poterit مَا جَاءَ زَيْدٌ لٰكِنَّ عَمْرٌو

non venit Zaidus, sed Amrus. Præmittitur etiam ei Particula وَ, vt diximus supra agentes de Particulis assimilatis Verbo, vt رَأَيْتُ زَيْدًا وَلٰكِنْ عَمْرًا مَا رَأَيْتُ *vidi Zaidum, Amrum autem non vidi*.

Et cum Particula causali لِأَنَّ dices أَنَا أَسْجُدُ لِلْمَسِيحِ لِأَنَّهُ كَلِمَةُ اللّٰهِ *ego adoro Christum, quia ipse est Verbum Dei*.

Et cum altera causali فَإِنَّ similiter dices أَنَا أُومِنُ بِمَا قَالَ الْمَسِيحُ فَإِنَّهُ قَوْلُ اللّٰهِ *ego credo quod dixit Christus, quia sermo Dei est*.

Et cum كَيْ dices آمِنْ بِالْمَسِيحِ كَيْ تَخْلُصَ *crede in Christum, vt saluetis*:

Similiter cum لِ dicendum أُتْرُكْ أَبَاطِيلَ إِبْلِيسَ لِتَعْرِفَ الْحَقَّ *relinque insanias diaboli, vt agnoscas veritatem*. Pari modo dicitur cum لِكَيْ *ad hoc, vt*.

Et cum لِئَلَّا *ne*, لَا تَكْفُرْ بِالْإِنْجِيلِ لِئَلَّا تُعَذَّبَ فِي النَّارِ *ne incredulus sis Euangelio, ne crucieris in igne*.

Eodem modo cum لِكَيْلَا *ne*, vt لَا تَتْبَعْ كَذِبَ إِبْلِيسَ لِكَيْلَا تُلْقَى فِي الْجَهَنَّمِ *ne sectaris mendacia diaboli, ne proijciaris in gehennam*.

Et cum Particula Aduersatiua وَإِنْ vel مَعَ إِنَّ *quamuis*, dicitur الْكُفَّارُ يُعَذَّبُونَ فِي النَّارِ وَإِنْ عَمِلُوا بَعْضَ أَعْمَالٍ صَالِحَةٍ *infideles torquebuntur in igne, quamuis fecerint opera quædam bona*.

Cum Particulis item Conditionalibus cum لَوْ, vt لَوْ آمَنُوا فَهُمْ يَخْلُصُوا *si credidissent, vtique saluati fuissent*. Et cum إِنْ dices إِنْ آمَنُوا هُمْ يَخْلُصُوا *si crediderint, vtique saluabuntur*. Vel لَوْ يُؤْمِنُوا فَهُمْ يَخْلُصُوا *si crederent vtique saluarentur*. Et إِنْ يُؤْمِنُوا فَهُمْ يَخْلُصُوا *si crediderint, vtique ipsi salui fient*. Et Gezmant Verbum Modsareum, vt patet exemplis. In quo animaduertendum est, quòd duo Verba requirunt, priùs denotans conditionem, posteriùs retributionem: si priùs Verbum sit Modsareum, necessariò Gezmabitur, ita etiam & posteriùs, si Modsareum sit: Si verò priùs Verbum sit Præteritum, iam non est capax Gezmi; & propterea posteriùs Verbum, si Modsareum sit, nec erit necessariò Gezmandum, sed ad libitum dicetur etiam cum Rapheo. Ita etiam dicitur cum Particula compositа لَئِنْ *si*.

Simili modo dicendum cum Particulis لَوْمَا & لَوْلَا *nisi*. Dices itaque لَوْلَا رَحْمَةُ اللّٰهِ عَلَيْنَا لَمُتْنَا فِي خَطَايَانَا *nisi fuisset misericordia Dei super nos, vtique mortui esse-*

essemus in peccatis nostris. Et لَوْمَا عَوْنُ الرَّبِّ لَقَدْ هَلَكَ *nisi fuisset auxilium Domini, vtique periisset*.

حروف النفى

Particulæ Negatiuæ.

NEgationis Particulæ sunt مَا لَا لَمْ لَمَّا لَنْ أَنْ إِنْ *non*. Item لَيْسَ est Verbum negatiuum, significans *non est, non fuit*: de quo inter Verba Deficientia dicemus, modò dicendum de cæteris.

Et primò مَا est negatiua pro præsenti, vt مَا يَنْصُرُ *non adiuuat*.

Item pro Præterito, vt مَا نَصَرَ *non adiuuit*.

Est etiam negatiua, Nasbans Prædicatum, ad instar Verbi لَيْسَ *non est*, vt مَا أَحْمَدُ صَادِقًا *nõ est Ahmedus veridicus*: vel مَا رَجُلٌ صَادِقًا *non est vir dicens verũ*.

Quando autem præmittitur Prædicatum ante Subiectum, tunc non amplius Nasbat, sed dicitur مَا صَادِقٌ أَحْمَدُ *non est veridicus Ahmed*. Pari modo nec Nasbat si post مَا adijciatur Particula إِنْ, vt مَا إِنْ أَحْمَدُ صَادِقٌ *non est vtique Ahmedus verax*. Euanescit etiam eius operatio, cùm negatio retractatur per Particulam exceptionis إِلَّا *nisi, præterquam*, vt مَا زَيْدٌ إِلَّا مُنْطَلِقٌ *non est Zaidus nisi discedens*.

Secundò Particula لَا est negatiua pro Futuro, vt لَا يَنْصُرُ *non adiuuabit*: quamuis communiter sumatur, largo modo, etiam pro Præsenti: *non adiuuat*.

Est etiam negatiua pro Præterito, vt لَا نَصَرَ *non adiuuit*: quidam autem hoc non admittunt sine replicatione, vt dicatur لَا تَصَدَّقَ وَلَا صَلَّى *non fecit eleemosynam, nec orauit*.

Est etiam Prohibitiui, & tunc Gezmat, vt لَا تَنْصُرْ *ne adiuues*.

Item est Negatiua ante Nomen, vt لَا زَيْدٌ فِي الدَّارِ *non est Zaidus in atrio*.

Item Nasbat Prædicatum ad instar Verbi لَيْسَ, cùm eius Subiectum, seu Nomen de quo dicitur, fuerit ignotum, ideſt sine Articulo, & non nomen Proprium, vt لَا رَجُلٌ حَقِيقًا *non est homo veridicus*: & لَا رَجُلٌ خَيْرًا مِنْكَ *non est aliquis homo melior te*. Si verò Subiectum sit Nomen proprium, aut determinatum per Articulum, vel alia ratione, non amplius Nasbat Prædicatum, sed dicitur لَا الرَّجُلُ كَاذِبٌ

كَاذِبٌ *non est vir ille mendax*. & لَا زَيْدٌ فَاهِمٌ *non est Zaidus prudens*. Euanescit etiam operatio لَا, vt non Nasbet, prout diximus de مَا, nempe quando additur اِنْ: vel quando præmittitur Prædicatum ante Subiectum, de quo dicitur, vt لَا عَالِمٌ اِنْ أَحَدٌ *non est sapiens quisquã*. vel quando præmittitur aliquid pertinens ad Prædicatum, vt مَا عَبْدَكَ زَيْدٌ ضَارِبٌ *non seruum tuum Zaidus est percutiens*. Excipitur tamen si id quod præmittitur sit Continentiale, nempe explicans circumstantiam Loci vel Temporis; tunc enim Nasbant, vt مَا فِى الدَّارِ زَيْدٌ قَائِمًا *nõ est in atrio Zaidus stans*. Et مَا عِنْدَكَ زَيْدٌ آكِلًا *non est apud te Zaidus comedens*. Tertiam causam etiam supra explicuimus, quare non Nasbent Prædicatum, interpositionem scilicet Particulæ exceptiuæ اِلَّا *nisi*.

In casibus verò in quibus Nasbant, licet dicere etiam cum Particula بِ, loco Nasbi, vt مَا زَيْدٌ بِعَالِمٍ *non est Zaidus sapiens*.

Præterea Particula لَا est negatiua vniuersalis, & dicitur لِنَفْىِ الْجِنْسِ *in negationem generis*, & Nasbat Nomen indeterminatum, non Proprium, sine Articulo, & sine Tanuino, vt لَا رَجُلَ فِى الدَّارِ *non est vir quisquam in atrio*.

Quando autem Nomen non fuerit immediatè post لَا, vel fuerit Nomen determinatum: tunc locabitur in Rafeo; & aliqui volunt replicationem لَا, vt لَا فِى الدَّارِ لَا زَيْدٌ وَلَا عَمْرٌو رَجُلٌ وَلَا اِمْرَأَةٌ *non est in atrio vir, neque mulier*. Vel لَا زَيْدٌ فِى الدَّارِ وَلَا عَمْرٌو *non est Zaidus in domo, neque Amrus*. Vel لَا الرَّجُلَ فِيهَا وَلَا الْاِمْرَأَةَ *non est vir ille in ea, neque illa mulier*.

Quando verò fuerit Nomen annexum, vel simile Annexo, locabitur in Nasbo, vt لَا غُلَامَ زَيْدٍ عِنْدَنَا *non est aliquis puer Zaidi apud nos*. Et لَا خَيْرًا مِنِّى فِى الدُّنْيَا *non est in orbe melior, quam ego*. لَا عِشْرِينَ دِرْهَمًا لَكَ *non habes 20. denarios*.

Cùm autem fit replicatio, & Nomen immediatè est post لَا, licebit vtrumque, vel alterutrum Rafeare, vel Fathhare: vel sic لَا رَجُلَ فِى السُّوقِ وَلَا اِمْرَأَةَ *non est vir in platea, neque mulier*. Et dici poterit لَا رَجُلٌ وَلَا اِمْرَأَةٌ sed minùs eleganter.

Tertiò اِنْ, vel أَنْ, prout testatur Chamus, quamuis non admodum frequens

quens sit, est negatiua pro Præsenti tantum, prout inquit Auctor quidam nomine Alanmudag, qui hæc apponit exempla: اِنْ قَامَ زَيْدٌ *non stat Zaidus*: & اِنْ يَقُومُ زَيْدٌ *non surgit Zaidus*: & اِنْ زَيْدٌ مُنْطَلِقٌ *non discedit Zaidus*. Alij autem dicunt, non habere significationem negatiuam, nisi sequente particula اِلَّا, vt in exemplis quæ affert Auctor libri Chamus: اِنِ الْكَافِرُونَ اِلَّا فِى غُرُورٍ *non sunt infideles, nisi in deceptionibus*. & اِنْ أَرَدْنَا اِلَّا الْحُسْنَى *non est voluntas nostra nisi in bonitate*. Omnes autem consentiunt habere vim negatiuam, cùm tali modo profertur: أَعُوذُ بِاللهِ اَنْ تَرْجُمُونِى *confugio ad Deum, ne lapidetis me*.

Quartò, Particula لَمْ *non*, præponitur Modsareo, & Gezmat illud, in significationem Præteriti, vt لَمْ يَنْصُرْ *non adiuuit*.

Quintò لَمَّا *nondum*, eodem modo operatur, sicut لَمْ, vt لَمَّا يَنْصُرْ *nondum adiuuit*.

Sextò لَنْ *numquam, nequaquam*, præponitur Modsareo, & Nasbat illud in significationem perpetuæ negationis in posterum, vt لَنْ يَنْصُرَ *nunquam adiuuabit*.

Est præterea Particula كَلَّا *nequaquam*, quæ dicitur حَرْفُ الرَّدْعِ *Particulæ obiurgationis*. quæ propriè denotat affectum quendam obstandi, ac reprimendi alterius audaciam, & videtur sensum importare negatiuum: vt si quis dicenti sibi أُرِيدُ أَنْ يَفْعَلَ *volo vt faciat*: respondeat كَلَّا يَفْعَلُ *nequaquam faciet*. Vel dicenti لَا يَفْعَلُ *non faciet*. respondeat كَلَّا يَفْعَلُ *nequaquam, imò faciet*.

حروف التنبيه

Particulæ Excitationis.

PArticulæ Excitationis sunt هَا *ecce*, أَلَا *en*, أَمَا *ecce quod*. His dicitur ex. gr. هَا اِنَّكَ بَرِىٌّ *ecce tu liber es*. Et in Alchorano cap. de Boue فَأَمَّا يَأْتِيَنَّكُمْ *ecce veniet ad vos*. Et أَلَا اِنَّ زَيْدًا فِى الْجَحِيمِ *ecce quòd Zaidus est in inferno*.

HIS similes sunt حُرُوفُ التَّحْضِيضِ *Particulæ Adhortationis*: أَلَّا & هَلَّا *num, nonne*: quibus dices هَلَّا رَحِمْتَ *nonne iuisti*? أَلَّا نَصَرْتَ زَيْدًا *num non adiuuisti Zaidum*? & أَلَّا تَكْتُبُ *num non scribes*. هَلَّا تَرُوحُ *nonne abibis*? Quidam inter

has

has recenſent لَوْلَا, & لَوْمَا *niſi, ſi non*, quibus dicitur, prout in Alchorano cap. de Luce لَوْلَا فَضْلُ اللّٰهِ عَلَيْكُمْ وَرَحْمَتُهُ مَا زَكَى مِنْكُمْ مِنْ أَحَدٍ أَبَدًا *niſi fuiſſet munificentia Dei ſuper vos, & miſericordia eius, non eſſet liber quiſquam ex vobis in æternum*.

حروف النداء

Particulæ Vocatiui.

VOcationis Particulæ ſunt يَا *ò, heus*, quæ eſt communiſsima ad omnes Vocationes.

أَيَا & هَيَا *ò, ò heus:* ad vocandum longè diſſitum, vel mente captum, vel ad excitandum ſomnolentum.

أَ & أَيْ *ò*, dum vocatur de propinquo.

أَيُّهَا vel يَا أَيُّهَا pro maribus.

أَيَّتُهَا vel يَا أَيَّتُهَا pro feminis.

Et quandoque locant Vocatum in caſu Rafeo; quandoque verò in Nasbo.

Locant in caſu Rafeo, cùm Nomen eſt determinatum, habens Articulum, vt يَا رَجُلُ *ò vir*. يَا أَيُّهَا الرَّجُلُ *heus vir*. يَا هٰذَا الرَّجُلُ *ò vir iſte*.

Similiter locatur in Rafeo cùm fuerit Nomen proprium: & fuerit nomen etiam Appellatiuum ſine Articulo, ſed ſpecialiter intentum; vt cùm quis videns vnum hominem, vocat eum, & tunc ſine Tanuino locatur in Rafeo: quod Grammatici vocant *Firmatum cum Dſammo*: & dicitur يَا زَيْدُ *ò Zaide*: يَا رَجُلُ *ò vir*.

Locatur autem in Nasbo Vocatum, cùm fuerit Nomen indeterminatum, ſcilicet non Proprium, & non habens Articulum; & tunc non fuerit ſpecialiter intentum, vt يَا رَجُلًا *ò virum*.

Nasbatur etiam Vocatum, quando eſt Nomen Annexum, vt يَا عَبْدَ اللّٰهِ *ò ſerue Dei*. Ita pariter locatur in Nasbo, cùm fuerit ſimile Annexo, vt يَا طَالِعًا جَبَلًا *ò ſcandens montem*. يَا رَفِيقًا بِالْعِبَادِ *ò affabilis cum ſeruis*.

Attributum ſeu Adiectiuum, ſequens vocatum locatum in Nasbo, debet etiam Nasbari, vt يَا عَبْدَ اللّٰهِ الشَّرِيفَ *ò ſerue Dei illuſtris*. Attributum ſequens vocatum Firmatum cum Dſammo, poteſt ad libitum Nasbari, & Rafeari, vt يَا زَيْدُ الْعَاقِلُ

الْعَاقِلَ وَالْعَاقِلُ *ò Zaide intelligens*. يَا رَجُلُ الْكَرِيمَ vel الْكَرِيمُ *ò tu vir liberalis*.

Attributum verò ſequens poſt Vocatum habens Articulum, locatum in Rafeo, etiam in Rafeo locari debet, vt يَا الرَّجُلُ الْكَرِيمُ *ò vir liberalis*. Niſi ipſum Attributum ſit annexum; tunc enim neceſſariò in Nasbo locandum eſt, vt يَا زَيْدُ عَبْدَ اللّٰهِ *ò Zaide ſerue Dei*. يَا زَيْدُ سَلِيمَ الْقَلْبِ *ò Zaide puro corde*. يَا الرَّجُلُ رَاضِيَ الْقَلْبِ *ò vir gratus animo*. يَا زَيْدُ ابْنَ أَخِي *ò Zaide fili fratris mei*.

Quando autem poſt Nomen proprium apponitur Nomen ابْنٌ *filius* tamquam attributum Vocati, annexum alteri Nomini proprio; tunc licet ipſum Vocatum locare in Rafeo ſecundum regulam, ſed elegantiùs ponitur in Nasbo, & volunt aliqui ſcribendum eſſe ابن ſine ا: ſed hoc eſt vniuerſale quotieſcumque mediat inter nomina propria. Dices igitur يَا زَيْدُ بْنَ عَمْرٍو *ò Zaide fili Amri*. Et licebit dicere يَا زَيْدُ بْنَ عَمْرٍو *ò Zaide fili Amri*.

Cùm verò Vocatum eſt annexum ad ى relatiuum primæ perſonæ, dicetur يَا غُلَامِي *ò puer mi*. Et reiecto ى licebit dicere, appoſito Cheſro in vltima يَا غُلَامِ *ò puer mi*. vel يَا غُلَامًا *ò puer*. vel يَا غُلَامَاهْ *ò puer*. Et eſt modus quidam oſtendens affectum quendam erga vocatum, vt يَا زَيْدَاهْ *ò Zaide ah*.

Poteſt etiam, præfixo ل ipſi Vocato locato in Giarro, dici يَا لَزَيْدٍ *ò Zaide*: quod propriè ſonat *ò ad Zaidum*, vel *ò Zaido*.

Dum vocant matrem dicere ſolent يَا أُمِّي vel يَا أُمَّتْ vel يَا أُمَّتِ *ò mater*, &c.

Dum vocant patrem dicunt:

يَا أَبَهْ	يَا أَبَتْ	يَا أَبَتِ	يَا أَبِي
لَا أَبَا لَكَ	لَأَبَ لَكَ	يَا أَبَاهْ	يَا أَبَتَاهْ
لَا أَبَاكَ	لَا أَبَكَ	لَأَبَ لَكَ	*ò pater.*

Quando vocatum eſt Nomen proprium, vel annexum, poteſt ſine Particula vocari, & dici يُوسُفُ *ò Ioſeph*. فَاطِرَ السَّمٰوَاتِ *ò Creator cælorum*.

Quando vocatum eſt Nomen proprium non annexum, nec deploratum, nec imploratum ad auxilium, habens quattuor vel plures litteras, vel ة feminini gene-

ris, tunc licet auferre litteram vltimam, & dicere يَا حَارِ pro يَا حَارِثُ *ò Hareте*. & يَا عُثْمَا pro يَا عُثْمَانُ *ò Othmane*. & يَا إِسْمَ pro يَا إِسْمَاءُ *ò Esmaе*. & يَا مَرْوَ pro يَا مَرْوَانُ *ò Meruan*. & يَا عَبْدَ pro يَا عَبْدَ اللهِ *ò Abdala*. & يَا بَعْلَ pro يَا بَعْلَبَكُّ *ò Balabach*.

وَا Est Particula deplorationis, & dicitur وَا لِلْمَنْدُوبِ *va ad deplorandum*. Dicitur etiam أَوَا زَيْدَاهْ *ab Zaide, oh*. vel أَوَا زَيْدَاهْ *heu Zaide, ah*.

Copulantur etiam simul notæ vocationis, & dicitur يَا أَيُّهَا الرَّجُلُ *ò vir*. Et يَا هَذَا الرَّجُلُ pro يَا أَيُّهَذَا الرَّجُلُ *ò iste vir*, &c.

حروف الايجاب

Particulæ Assertionis.

ASsertionis Particulæ dicuntur etiam أَلتَّصْدِيقِ *verificationis*, seu *certificationis*, quia oblatæ Interrogationi, vel Propositioni negatiuæ vel affirmatiuæ, his respondetur.

Sunt autem نَعَمْ *ita, sic, vtique, bene, placet, ita est, optimè*. Acceptatio, siue præcedentis negationis, siue affirmationis; tam assertiuæ, quàm interrogatiuæ.

بَلَى *Minimè, non*. Acceptatio propositæ negatiuæ.

أَيْ *Ita est, sic, vtique, maximè*. Affirmatio post interrogationem, & cum iuramento semper, vt أَيْ وَاللهِ *ita est, per Deum*.

أَجَلْ *Vtique, ita*. Confirmatiua eius quod enunciatum est: ita pariter & duæ sequentes.

جَيْرِ *Sic est*. & إِنْ *nempe, ita, profectò, &c.*

حروف الزيادة

Particulæ Abundantes.

QVæ Pleonasticè vsurpantur, absque necessitate, & sine quibus bene procederet sermo, sequentes sunt Particulæ.

لِ بِ مِنْ لَا مَا إِنْ أَنْ

His

His dicitur, exempli gratia, لَمَّا أَنْ جَاءَ الْبَشِيرُ *cùm venisset nuncius*. Vbi illud أَنْ est abundans.

إِنَّمَا قَالَ النَّبِيُّ *Enimuerò dixit Propheta*. Vbi مَا cum أَنْ est abundans.

إِذَا مَا فَعَلَ ذَلِكَ *Quando fecerit illud*. Et أَيُّمَا صَنَعَ هَذَا *quicumque fecerit hoc*. Vbi Ly مَا abundat. Similiter dum dicitur أَيْنَمَا تَذْهَبْ *quocumque perrexeris*. Abundat مَا, idem enim esset dicere أَيْنَ تَذْهَبْ sine مَا.

لَا زَيْدٌ وَلَا عَمْرٌو وَلَا هِنْدٌ *Non Zaidus, neque Amrus, neque Hinda*. Quod dici posset etiam sine replicatione Particulæ لَا.

لَيْسَ مِنْ أَحَدٍ *Non est quisquam*. Et dici posset sine Particula مِنْ *ex*, sic لَيْسَ أَحَدٌ *non est aliquis*.

مَا كَانَ زَيْدٌ بِقَاعِدٍ *Non est Zaidus sedens*. Sed directus loquendi modus est sine بِ, sic مَا كَانَ زَيْدٌ قَاعِدًا *non est Zaidus sedens:*

هُوَ زَيْدٌ جَاهِلٌ *Est nempe Zaidus insipiens*. Et sine لَ idem est هُوَ زَيْدٌ جَاهِلٌ.

Aliqui dicunt huiusmodi Particulas حُرُوفُ الصِّلَةِ *connexionis*, quia deseruiunt tantummodo ad concatenationem quandam dictionum ad inuicem.

حروف التفسير

Particulæ Explicationis.

DVæ sunt Particulæ Declarationis. Prior أَيْ *ideſt*, quæ vniuersaliter deseruit ad omnes explicationes, vt Latinis particula *ideſt*; vt قَالَ إِلَهِي أَيْ إِلَاهِي *dixit Eloi, ideſt Deus meus*.

Altera est أَنْ *nempe*, quæ non vsurpatur nisi post Verbum: vt نَادَيْتُهُ أَنْ قُمْ *vocaui eum vt surgeret*: vel *dixi ei clamando, hoc nempe: Surge, &c.*

حروف المصدر

Particulæ Masdari.

MAsdarales dicuntur huiusmodi Particulæ مَا, إِنْ, & أَنْ *quòd*: nam Verbo præpositæ, idem præstant quod Masdarum, seu Infinitiuum. Nam dicere أَعْجَبَنِي أَنْ خَرَجَ زَيْدٌ *placuit mihi, quòd egressus sit Zaidus*. Idem est ac dicere أَعْجَبَنِي

أُرِيدُ أَنْ يَخْرُجَ زَيْدٌ *volo* أَعْجَبَنِي خُرُوجُ زَيْدٍ *placuit mihi egressus Zaidi*. Et dicere *vt egrediatur Zaidus*. Idem est ac dicere أُرِيدُ خُرُوجَ زَيْدٍ *volo egressum Zaidi*.

Et cum مَا dicere ضَاقَتْ عَلَيْهِمُ الْأَرْضُ بِمَا رَحُبَتْ *arctata est eis terra cum superbirem:* idem est ac si diceretur per Masdarum : *in superbitione mea*.

Nasbat autem Verbum Modsareum, cui præmittitur, Particula Masdaralis أَنْ, vt in exemplis. In quo animaduertendum est, ante Particulam quale nam Verbum præcedat: nam si præcedat Verbum notitiæ, scientiæ, visionis, tunc non Nasbat, quia censetur potiùs Particula leuis أَنْ ex assimilatis Verbo de quibus supra, & non Particula أَنْ Masdaralis; quare sine Nasbo dicetur عَلِمْتُ أَنْ سَيَخْرُجُ زَيْدٌ *noui quòd egredietur Zaidus*. Si autem præcedat Verbum dubietatis, existimationis, opinionis, & notitiæ non cum certitudine, tunc potest ad libitum Nasbare, quia potest censeri alterutra: & si censeatur Masdaralis, dicetur ظَنَنْتُ أَنْ يَخْرُجَ زَيْدٌ *existimaui egressurum esse Zaidum:* si verò censeatur Particula assimilata Verbo, tunc dicatur ظَنَنْتُ أَنْ سَيَخْرُجُ زَيْدٌ *putaui quòd egressuras esset Zaidus*. Si verò præcedat Verbum alterius generis, non significans notitiam aliquam, ita vt non sit ex his عَلِمَ *sciuit*, عَرَفَ *nouit*, ظَنَّ *existimauit*, حَسِبَ *putauit*, nec aliud Verbum ex his quæ dicuntur أَفْعَالُ الْقُلُوبِ *verba cordium*, nempe explicantia actum mentis & cognitionis: vt أَرَادَ *voluit*, قَدَرَ *potuit*, أَمَرَ *præcepit*, & quodcumque aliud sit, tunc necessariò Nasbat, tamquam hæc Particula Masdaralis, vt أُرِيدُ أَنْ يَخْرُجَ زَيْدٌ *volo* أَمَرْتُ أَنْ يَخْرُجَ زَيْدٌ *præcipio vt egrediatur Zaidus*. Et *quòd egrediatur Zaidus*. & sic in similibus.

حرف التوقع

Particula Accidentiæ.

VNica est Particula Casus, seu Accidentiæ قَدْ *iam*, quàm quidam vocant التَّقْرِيبِ *approximationis:* & præponitur Verbo præterito, vel in confirmationem, vel ad denotandam propinquitatem, vt قَدْ صَنَعَ *iam fecit*. vel *nuper fecit*. Aliqui autem volunt importare potiùs distantiam temporis præteriti, ita vt sensus sit, *iam fecerat*.

Præponitur etiã Modsareo in significationem raritatis, vt قَدْ يَتَحَرَّكُ الْكَسْلَانُ *iam*

iam se mouet negligens. قَدْ يَصْدُقُ الْكَذَّابُ *iam aliquando verum fatetur mendax*. قَدْ تُسْرِعُ السَّلَاحِفُ *iam tandem aliquando accelerant testudines*.

حرفا الاستفهام

Duæ Particulæ interrogationis.

SVnt Interrogationis Particulæ أَ, & هَلْ *Num? An? Numquid?* Et semper in sermonis initio præmittuntur, vt أَزَيْدٌ قَائِمٌ vel هَلْ زَيْدٌ قَائِمٌ *num Zaidus stans?* Et أَقَامَ زَيْدٌ vel هَلْ قَامَ زَيْدٌ *num surrexit Zaidus*.

Est autem أ vniuersalis ad omnem interrogationem, هَلْ autem non sit. Quando enim patiens præmittitur ante Verbum dicitur cum أَ, vt أَزَيْدًا ضَرَبْتَ *num Zaidum percussisti?* Sed non bene diceretur هَلْ زَيْدًا ضَرَبْتَ.

Nec cum duplici summa bene dicitur cum هَلْ, sed cum أَ, vt أَتَضْرِبُ زَيْدًا وَهُوَ أَخُوكَ *num percuties Zaidum, cum sit frater tuus?*

Item sequente disiunctiua أَمْ *an, vel*, sola vsurpatur أَ, vt أَزَيْدٌ عِنْدَكَ أَمْ عَمْرٌو *Est ne Zaidus apud te, an Amrus?*

Nec vsurpatur هل ante Particulas coniunctiuas immediatè sequentes, sed dicitur cum أَ, vt أَثُمَّ إِذَا مَا وَقَعَ *num deinde postquam euenerit?* أَفَمَنْ كَانَ *quisnam fuit?* vel أَوَمَنْ كَانَ *num & quis fuit?* Et in ceteris similibus non interrogatur per هَلْ, sed tantùm per أ. In disparibus non recensitis, ad libitum cum alterutra.

حروف الاستثناء

Particulæ Exceptionis.

EXceptionis Particulæ sunt إِلَّا *præterquam, nisi*. خَلَا *excipe*. حَاشَى *excepto*. عَدَا, vel مَا عَدَا, vel مَا خَلَا *excipias*. Vsurpantur etiam tamquam Particulæ exceptionis nomina hæc سِوَاءٌ غَيْرٌ سِوَى *præterquam:* & Verba لَا يَكُونُ *non est*. لَيْسَ *non fuit*. De quibus omnibus iuuat hìc regulas tradere, quatenus ad exceptio-

ceptionem pertinent: ne iterum sit sermo de Exceptione resumendus, & sine causa Volumen excrescat.

Dicitur itaque اَلْمُسْتَثْنَى *exceptum*, duplex, nempe مُتَّصِلٌ *coniunctum*: & est illud quod eiusdem generis est cum his, à quibus excipitur, vt جَآءَنِي اَلْقَوْمُ اِلَّا زَيْدًا *venit ad me populus, præter Zaidum*. Vbi Zaidus est exceptum coniunctum, quia est vnus de populo.

Alterum Exceptum dicitur مُنْقَطِعٌ *separatum*, nempe cùm excipitur de numero eorum, inter quos non computatur, vt si quis dicat مَا جَآءَنِي أَحَدٌ اِلَّا فَرَسًا *non venit ad me quisquam, præter equum vnum*.

Et quidem, cùm fuerit Exceptum separatum, semper locandum erit in Nasbo, si exceptio fiat per اِلَّا, in sermone, siue affirmatiuo siue negatiuo, vt هَرَبُوا مِنِّي جَمِيعُهُمْ اِلَّا فَرَسًا *omnes fugerunt à me, præter equum quendam*.

Cum autem fuerit أَلْمُسْتَثْنَى مُتَّصِلٌ *exceptum coniunctum*, & sermo affirmatiuus; tunc quoque exceptum erit in Nasbo locandum, vt قَامَ اَلْقَوْمُ اِلَّا زَيْدًا *surrexit populus, præter Zaidum*.

Si verò de Excepto coniuncto sermo fuerit negatiuus: tunc, vel Exceptum præmittetur ante id de quo fit exceptio, & etiam in Nasbo locabitur, vt مَا نَصَرَنِي اِلَّا زَيْدًا أَحَدٌ *non adiuuit me, excepto Zaido, aliquis*. Vel non præmittitur, sed postponitur Exceptum, & tunc licebit, illud vel locare in Nasbo, sed elegantiùs erit illud locare in casu aliàs requisito, perinde ac si Exceptio non adesset, vt مَا نَصَرَنِي أَحَدٌ اِلَّا زَيْدٌ وَاِلَّا زَيْدًا *non adiuuit me quisquam, nisi Zaidus*, vel *præter Zaidum*. Et مَا مَرَرْتُ بِأَحَدٍ اِلَّا بِزَيْدٍ أَوْ اِلَّا زَيْدًا *non transiui iuxta aliquem, nisi iuxta Zaidum*, vel *excipe Zaidum*. Eadem regula seruanda erit quando vsurpabitur id, de quo excipitur, cum Particula Giarri superaddita, vt cum dicitur مَا نَصَرَنِي مِنْ أَحَدٍ *non adiuuit me ex aliquo*, pro مَا نَصَرَنِي أَحَدٌ *non adiuuit me aliquis*: & appositio Particulæ Giarri non alterabit casum Excepti, sed dicetur مَا نَصَرَنِي مِنْ أَحَدٍ اِلَّا زَيْدٌ أَوْ اِلَّا زَيْدًا *non adiuuit me aliquis, nisi Zaidus*, vel *præter Zaidam*.

Sed aduertendum, quòd sermo potest esse truncus, ita vt non explicetur id, de quo fit exceptio; & tunc Exceptum erit locandum in casu à ceteris regentibus requisito, vt مَا نَصَرَنِي اِلَّا زَيْدٌ *non adiuuit me nisi Zaidus*. مَا نَصَرْتُ اِلَّا زَيْدًا *non adiuui*

adiuui nisi Zaidum: & مَا مَرَرْتُ اِلَّا بِزَيْدٍ *non adhæsi transiens, nisi Zaido*.

In quo rursus est obseruandum, mentionem haberi pro explicita, quando in Verbo virtualiter latet, vt مَا فَعَلُوهُ اِلَّا قَلِيلٌ وَ اِلَّا قَلِيلًا *non fecerunt illud, nisi pauci*. Et licet etiam Nasbare Exceptum, quia in Verbo فَعَلُوا *fecerunt*, est veluti explicitè persona Pluralis, *ipsi*: quare non est sermo truncus, & propterea locari poterit in Nasbo Exceptum, quamuis elegantiùs locetur (vt diximus) in casu aliàs requisito. Ita pariter dum dicitur مَا قَامَ اِلَّا زَيْدٌ وَاِلَّا زَيْدًا *non surrexit, nisi Zaidus*, vel *præter Zaidum*.

Et cùm præmittitur ante Exceptum Particula negatiua لَا, vel مَا, locabitur in eo casu quem requirunt operantes, vt لَا أَحَدَ فِيهَا اِلَّا زَيْدٌ *non est quisquam in ea, nisi Zaidus*. مَا زَيْدٌ شَيْئًا اِلَّا خِنْزِيرٌ *non est Zaidus quicquam, nisi porcus*. مَا زَيْدٌ اِلَّا قَائِمٌ *non est Zaidus, nisi stans*. At cum Verbo negatiuo لَيْسَ *non est*, dices لَيْسَ زَيْدٌ شَيْئًا اِلَّا خِنْزِيرًا *non est Zaidus, nisi sus*: & لَيْسَ زَيْدٌ اِلَّا قَائِمًا *non est Zaidus, nisi stans*: locato in Nasbo Epitheto post Exceptionem: at cum Particulis لَا, vel مَا, non licet dicere مَا زَيْدٌ اِلَّا قَائِمًا cum Nasbo, sed dicendum مَا زَيْدٌ اِلَّا قَائِمٌ cum Rafeo. Rationem autem affert اِبْن اَلْحَاجِب *Ebnolhageb* in sua Grammatica Casia, cur liceat cum Verbo negatiuo dicere لَيْسَ زَيْدٌ اِلَّا قَائِمًا & non cum لَا & مَا: quia Particula exceptiua اِلَّا, non habet vim Nasbandi Epitheta, Adiectiua, seu Attributa; quamuis habeat vim Nasbandi Nomina Substantiua, excepta, vt supra dictum est: quare, dum dicitur cum Particula لَا, vel مَا; Epithetum قَائِمًا locatum in Nasbo, non habet vnde regatur; non enim regitur ab اِلَّا, quia اِلَّا non habet vim Nasbandi Epithetum sic dispositum; nec regi potest à Particula مَا, quia مَا non operatur nisi virtute negationis, cùm sit Particula negatiua, vt supra suo loco; at negatio reuocatur seu destruitur per Particulam exceptiuam اِلَّا, quare مَا non habet vim: dicendum igitur مَا زَيْدٌ اِلَّا قَائِمٌ *non est Zaidus, nisi stans*, locato excepto in Nominatiuo, perinde ac si esset simplex Mobtadaum seu Subiectum cum suo Chabaro seu Prædicato. Non autem sic de Verbo لَيْسَ *non est*, quia, cùm sit Verbum, non operatur ratione negationis, sed virtute Verbi, & ideò non destruitur eius operatio per exceptiuam اِلَّا: quare bene regere

pote-

poterit ly قَائِمًا in Nasbo, iuxta suam operationem, de qua suo loco dicemus inter Verba deficientia: quæ locant Subiectum in Rafeo, & Prædicatum in Nasbo.

Dices igitur cum Particulis لَا, vel مَا, respectu eorum quæ præcedunt Particulam exceptiuam اِلَّا, secundum operationem ipsarum Particularum مَا, & لَا; at respectu eorum quæ sequuntur post اِلَّا, non habent vim. Si igitur dices cum Verbo لَيْسَ sic لَيْسَ زَيْدٌ شَيْئًا اِلَّا مُصَوِّرًا *non est quiquam Zaidus, nisi statuarius.* Cum Particula verò مَا dicas مَا زَيْدٌ شَيْءٌ اِلَّا مُصَوِّرٌ *non est Zaidus quiquam, nisi polymitarius.* Et si dixeris لَيْسَ زَيْدٌ اِلَّا قَائِمًا *non est Laidus, nisi stans:* cum Particula autem مَا dicas مَا زَيْدٌ اِلَّا قَائِمٌ *non est Laidus, nisi stans.* Et similiter dicendum de Particula negatiua لَا, vt لَا أَحَدَ فِي الدَّارِ اِلَّا زَيْدٌ *non est quisquam in atrio, nisi Laidus.* Vide regulas supra traditas inter Particulas negatiuas, de مَا, & لَا, vt hæc plenius capias.

Præter Particulam exceptiuam اِلَّا *nisi, præter, præterquam, excepto,* &c. Aliæ sunt, sumptæ tamquam Particulæ, sed verè sunt Verba, nempè حَاشَا, vel حَاشَى, vel حَشَى, vel حَشَا, item خَلَا, vel مَاخَلَا, item عَدَا, vel مَا عَدَا, & لَيْسَ, & مَا يَكُونُ. Et hæ omnes locant exceptum in Nasbo, quia reuera sunt Verba, & exceptum est patiens ipsorum, dices igitur قَامَ اَلْقَوْمُ خَلَا زَيْدًا *surrexit populus, excipe Zaidum.* غَرِقَ اَلنَّاسُ حَاشَى نُوحًا أَوْ مَا خَلَا نُوحًا أَمْ عَدَا نُوحًا *submersi sunt homines, excipe Noe.*

Simili modo excipitur, locato excepto in Nasbo, cum Verbis defectiuis, vt جَاءَ اَلْقَوْمُ لَا يَكُونُ زَيْدًا وَلَيْسَ زَيْدًا *venit populus, excipe Zaidum.*

Sed post Verba, seu Particulas عَدَا, حَاشَا, خَلَا, licet etiam locare exceptum in casu Giarro, immò id fit frequentiùs quàm in Nasbo, vt جَاءَنِي اَلْقَوْمُ حَاشَا زَيْدٍ *venit ad me populus, excepto Zaido.* Sed & quidam asserunt, hæc tria, Verba esse exceptiua, ac proinde posse etiam locare exceptum in Rafeo, tamquam eorum Agens, vt جَاءَ اَلْقَوْمُ خَلَا زَيْدٌ *venit populus, excipitur Zaidus.* Sed fateor, hoc me non adhuc aduertisse; sed tantùm adnotasse in Nasbo vel in Giarro exceptum

tum per hæc, siue Verba siue Particulas, collocatum, prout in Grammatica Caphia & Giarrumia, & in libro Chamus.

Quòd autem Verba sint potiùs, vsurpata tamquam Particulæ, patet hoc exemplo ex Chamus, dicit enim حَاشَى مِنْهُمْ فُلَانًا, deinde addit explicationem hanc اِسْتَثْنَاهُ مِنْهُمْ *excepit talem ab illis.*

Dicitur etiam حَشَاكَ vel حَشَا لَكَ *absit hoc à te.* Et حَاشَ لِلّٰهِ vel حَاشَى لِلّٰهِ ideest مَعَاذَ اللّٰهِ *auertat Deus.* Sed non dicitur حَاشَ لَكَ, sed حَاشَاكَ vel حَاشَى لَكَ *absit à te.* Verbum item compositum تَحَشَّى, idem est ac قَالَ حَاشَى فُلَانٍ وَمِنْ فُلَانٍ *dixit, Deus me seruet ab illo tali.*

Sunt & aliæ Particulæ exceptiuæ, seu potiùs Nomina quæ declinantur, nempè غَيْرٌ, سِوَاءٌ, سِوًى, vel سِوَى *præter, præterquam.* Et hæ semper collocant exceptum in Giarro, vt جَاءَنِي اَلْقَوْمُ غَيْرَ زَيْدٍ *venit ad me populus, excepto Zaido.*

Et ipsa quidem Nomina سِوًى, vel سِوَاءٌ collocata in Nasbo præmittuntur excepto, perinde ac si essent temporalia vel localia, vt مَا جَاءَنِي اَلْجَيْشُ سِوَاءَ زَيْدٍ *non venit ad me exercitus, nisi Laidus.*

غَيْرٌ Autem locatur in eo casu quem requirit exceptum per اِلَّا, secundum regulas supra traditas. Vnde cùm fuerit exceptum separatum, ideſt non computatum inter eos à quibus excipitur, locandum erit in Nasbo, vt مَا جَاءَنِي أَحَدٌ غَيْرَ فَرَسٍ *non venit ad me quisquam, præter equum vnum.* Similiter in Nasbo locabitur dum sermo fuerit affirmatiuus, quamuis exceptum sit coniunctum, vt جَاءَنِي اَلْقَوْمُ غَيْرَ زَيْدٍ *venit ad me populus, præter Zaidum.* Similiter cùm præmittitur exceptum ante id de quo fit exceptio, vt مَا جَاءَنِي غَيْرَ زَيْدٍ أَحَدٌ *non venit ad me, præter Zaidum quisquam.*

Quando autem sermo fuerit negatiuus, & non præmittetur exceptum ante id de quo excipitur, tunc ad libitum dicetur cum Nasbo, vel in casu alias requisito, vt مَا جَاءَنِي أَحَدٌ غَيْرَ زَيْدٍ أَمْ غَيْرُ زَيْدٍ *non venit ad me aliquis, præterquam Laidus, vel præter Zaidum.*

Si verò fuerit sermo truncus, locabitur غَيْرٌ in casu à ceteris regentibus requisito, vt مَا ضَرَبَنِي غَيْرُ زَيْدٍ *non percussit me, nisi Zaidus.* Et مَا ضَرَبْتُ غَيْرَ زَيْدٍ

non percussi, nisi Laidum. & مَا مَرَرْتُ بِغَيْرِ زَيْدٍ *non transiui, nisi per Laidum.*

Denique admonet Auctor Caphiæ, seruandum esse sermonis decorem, quia, inquit, quamuis liceat secundum Regulas dicere مَا زَالَ زَيْدٌ إِلَّا عَالِمًا *non desitit Zaidus esse, nisi doctus.* Propter sermonis tamen ineptitudinem non licet.

الحروف الناصبه للفعل

Particulæ Nasbantes Verbum.

QVattuor sunt præcipuæ Particulæ Nasbantes Verbum, nempe أَنْ *quòd*, Particula Masdaralis, prout supra suo loco diximus.

لَنْ *Nunquam*, prout supra diximus, inter Particulas negatiuas, & dum agerem de Verbo Modsareo Nasbato.

Item كَيْ, vel لِكَيْ, vel لِ *ad hoc, vt.* Quibus dices, exempli gr. جِئْتُكَ لِأُكْرِمَكَ أَمْ لِكَيْ أُكْرِمَكَ *veni ad te, vt honorem te, vel ad honorandum te.*

Præterea إِذَنْ, vel دَنْ, vel إِذًا *ergo, igitur, benè.* Præsupponit aliquod iam dictum præcedens, vt si quis dixerit قَدْ جَاءَ الْجَيْشُ *iam venit exercitus:* respondeat alter إِذَنْ تُخْرِبَ الْبَلَدَ *benè ergo vastabitur regio.* Et, ad hoc vt Nasbet, non debet præcedere ante ipsam Particulam aliquid, connexionem habens ad summam sequentem: quare non Nasbat si dicatur هُمْ إِذًا يُخْرِبُونَ الْبَلَدَ *ipsi itaque vastabunt regionem.* Quia ly هُمْ præcedit ante إِذَنْ. Nec Nasbabit, nisi Verbum supponat pro Futuro, vnde si dicatur in sensu de Præsenti, sic إِذًا يُخْرِبُونَ الْبَلَدَ *igitur destruunt regionem,* non Nasbabit.

Item si sermo fuerit conditionatus, non Nasbabit إِذًا, sed Gezmabir; vt si quis dicat إِنْ يَأْتِ الْجَيْشُ إِذَنْ يُخْرِبَ الْبَلَدَ *si venerit exercitus, vtique destruetur regio.* Quotiescumque enim in sermone conditionali adest Verbum Modsareum, erit Gezmandum, vel certè illud Gezmare licebit.

Præterea Nasbant Modsareum quattuor aliæ Particulæ, nempe حَتَّى *donec, ità vt.* أَوْ *vel, aut.* و *&.* ف *atque adeò.*

حَتَّى Est ex particulis Giarri, sed præmittitur Modsareo, & Nasbat illud, eo quòd post ipsam saltem subintelligatur Particula أَنْ Masdaralis, vt أُصَلِّي لِلّٰهِ حَتَّى يُسْتَجَابَ لِي

يُسْتَجِيبَ لِي *rogabo Deum, donec exaudiat me.* Perinde est ac si dicatur حَتَّى أَنْ يُسْتَجِيبَ لِي *vsque dum exaudiat.* Ac si diceretur per Masdarum حَتَّى اسْتِجَابَةِ اللّٰهِ لِي *vsque ad exauditionem meam.* & eodem modo dicitur مَرِضَ حَتَّى مَاتَ *infirmatus est, donec tandem mortuus est.*

أَوْ Est ex Particulis disiunctiuis, & Nasbat Modsareum quando est in significationem إِلَى, vel حَتَّى *donec, vsque dum,* vt لَأُلْزِمَنَّكَ أَوْ تُعْطِيَنِي حَقِّي *certè vrgebo te, vel reddas mihi debitum,* seu *vsque dum des mihi ius meum.* لَأُصِيحَنَّ أَبَدًا أَوْ تَسْمَعَ لِي *certè clamabo semper, vel acquiescas mihi.*

وَ, & فَ Nasbant etiam Verbum, præcedente aliquo ex his, nempe الْأَمْرُ *Imperatiuo,* vel النَّهْيُ *Prohibitiuo,* vel النَّفْيُ *Negatione,* vel الِاسْتِفْهَامُ *Interrogatione,* vel التَّمَنِّي *Optatiuo,* vel الْعَرْضُ *Oblatione.*

Et وَ quidem cum his sola contentum est simultate actionis: فَ autem exigit aliqualem dependentiam, vt cum Imperatiuo اِئْتِ عَلَى الْعَدُوِّ وَتَنْجُوَ وَطَنُكَ *irrue in hostem, & liberabis patriam tuam.* اِشْرَبْ خَمْرًا وَتُنْعِشَ مَعِدَتَكَ *bibe vinum, & calefacies stomachum tuum.* لَا تَأْكُلِ الْعِنَبَ وَتَشْرَبَ الْخَمْرَ *ne comedas vuam, & bibas vinum.*

Et cum فَ Prohibitiuo: لَا تَسْرِقُوا فَتُصْلَبُوا *ne furemini, quia suspendemini.*

Et cum Negatione مَا لِي دِينَارٌ فَأُعْطِيَكَهُ *non est mihi denarius, quia illum tibi darem.*

Et cum Interrogatione أَغَضَبٌ فِي قَلْبِكَ وَتَكَلَّمَ شَرًّا عَلَيَّ *num ira est in corde tuo, & loqueris contra me malum?* & أَتَشْرَبُ خَمْرًا فَتَسْكَرَ *Num bibes vinum, & inebriaberis?*

Et cum Optatiuo لَيْتَ الْعَالَمَ يَعْرِفُ الْمَسِيحَ فَيَهْتَدِيَ *vtinam mundus agnosceret Christum, vtique dirigeretur.* لَيْتَ الدُّنْيَا تَكْشِفُ الْبَاطِلَ وَيَدْرِيَ الْحَقَّ *vtinam mundus deprehenderet, seu detegeret vanitatem, vtique aduerteret veritatem.*

Et cum Oblatione أَلَا تُؤْمِنُ بِالْحَقِّ فَتَخْلُصَ *nonne credes veritati? nam saluaberis.*

Et in his omnibus mox allatis exemplis, cùm sine و, & ف dicitur, Verba Modsarea Gezmari debent, non Nasbari: quia continent implicitè conditionem, quare dices, sine و & ف, ايت على العدو تنج الوطن *irrue in hostem, liberabis patriam.* اشرب خمرا تحمى المعدة *bibe vinum, calefacies stomachum.* لا تسرق تصلب *ne fureris, suspenderis.* أتشرب خمرا تسكر *num bibes vinum? inebriaberis.* ليت العالم يعرف المسيح يهتد *vtinam mundus agnosceret Christum, dirigeretur.* لا تكفر تدخل الجنة *ne sis infidelis, intrabis in paradisum.* Vbi notat Auctor Caphiæ, contra Auctorem nomine الكسائي *Elcosai*, non posse dici لا تكفر تدخل النار *ne sis incredulus, ingredieris in ignem.* Rationem autem affert: Quia, inquit, sensus est negatiuus, quia ignis diffugitur, non expetitur. Idem dicendum cum oblatione, & bene dicetur ألا تؤمن تدخل الجنة *nonne credes, intrabis in paradisum*, &c.

الحروف الجازمة للفعل المضارع

Particulæ Gezmantes Verbum Modsareum.

GEzmantes Particulæ sunt (præter ea quæ mox diximus in fine tractatus de Particulis Nasbantibus) & præcipua est لم, quæ præmittitur Modsareo, & vertit eius significationem in Præteritum, vt لم ينتصر *non adiuuit.* لم يصنع *non fecit.* Similiter لما *nondum*, vt لما ينتصر *nondum adiuuit.*

Tertia ل cum Chesro ad formandum Imperatiuum, vt لينتصر *adiuuet ille.*

Quarta لا *non, ne*, ad prohibitiuum, vt لا تنتصر *ne adiuues.*

Quinta est إن *si.* Quæ Gezmat duo Verba, quia conditionalis est, & conditionalis oratio duplicem exigit summam, priorem per quam explicatur conditio, & posteriorem per quam retributio, vt إن تأتني أقبلك *si veneris ad me, suscipiam te.* Et animaduertendum, quòd si Verba ambo fuerint Modsarea, ambo Gezmabuntur: si vtrumque Præteritum, Neutrum est Gezmi capax: vel erit priùs Modsareum, & tunc Gezmabitur, quamuis posteriùs sit Præteritum, vt إن تنصرني أكرمك *si adiueueris me, honorabo te.* Vel è contra si fuerit priùs Præteritum, & posteriùs Modsareum, ad libitum dicetur, vt إن نصرتني لأكرمك أو لأكرمك *si adiu-*

ueris me, honorabo te. Nec tantummodo Particula hæc إن Gezmat, cùm explicitè apponitur, sed etiam implicitè subintellecta: ita vt in omni sermone conditionali, Modsareum, vel sit Gezmandum, vel certè ipsum in Gezmo liceat collocare, vt يكن القتال يخرب البلد *sit bellum, destruetur regio*, &c.

De reliquis Particularum generibus.

PRæterea sunt plures Particularum species; nempe حروف الاستقبال *Particulæ Futuri*, quibus Modsareum determinatur in significationem Futuri, cùm sit indifferens etiam ad Præsens: & per ل determinatur ad præsens, vt ليفعل *facit:* per س autem, vel سوف determinatur ad Futurum, vt سيفعل *faciet:* vel سوف يفعل *tandem faciet.*

حروف الشرط *Particulæ conditionis.* لو, إن, vel لئن *si.* De quibus iam satis dictum est supra inter Particulas coniunctiuas, & inter Particulas Gezmantes.

Particulæ التعليل *causalitatis.* ل, كي, vel لكى *vt.* De quibus etiam diximus inter Particulas coniunctiuas.

حرفا الخطاب *Duæ Particulæ collocutionis*, quæ sunt duæ litteræ ت, & ك, quæ deseruiunt ad exprimendam secundam personam, vt أنت *tu*, ذلك *illud tuum*, vt supra patet in Verbis, & in Pronominibus.

ت تاء التانيث, vel ة *feminini generis*, vt ناصرت *coadiutrix fuit illa mulier:* & ناصرة *adiutrix.*

ن النأكيد *Nun confirmationis*, de qua satis dictum est, dum ageremus de Verbis.

Particula الردع *repulsionis*, seu *obiurgationis* كلا *nequaquam.* Vnde desumptum est illud Hispanum, *calla:* de qua supra inter Particulas negatiuas.

الامات Litteræ ل, quæ ad multa deseruiunt. Primò enim est littera ل, quæ dicitur لام التعريف *Lam articularis*, quæ simul cum ا præfigitur Nominibus, ad determinationem, vt الرجل *vir, l'huomo.* Nam sine Articulo sic رجل vagè sonat *quidam vir.*

Secundò لام القسم *Lam iuramenti*, quæ duplex est: اللام الموطية *Lam præ-*

para-

paratiua; & وَاللّٰهِ لَئِنْ جِئْتَنِي لَأُكْرِمَنَّكَ لاَمُ جَوَابِ الْقَسَمِ *Lam responsionis iuramenti*, vt *per Deum, si venisses ad me, honorassem te*. Prior est ل ly لَئِنْ, pro إِنْ *si*: & altera est ل ly لَأُكْرِمَنَّكَ *vtique honorassem te*. Huic similis est لَوْ responsiua Particulæ لَوْ *si*, & لَوْلاَ *nisi*, vt لَوْجِئْتَنِي لَأُكْرِمَنَّكَ *si venisti ad me, honorauì te*, vel *Si venisses ad me, honorassem te*. Et لَوْلاَ فَضْلُ اللّٰهِ عَلَيْنَا لَمُتْنَا *nisi fuisset benignitas Dei super nos, vtique periissemus*.

Item ل Imperatiui, vt لِيَنْصُرْ *adiuuet ille*.

Item لِ Giarri, quod deseruit ad casum Datiuum, vt لِزَيْدٍ *Zaido*, vel *propter Zaidum*.

Item لَ Inchoationis, quòd præfigitur Subiecto propositionis, vt لَمُحَمَّدٌ شَرِيرٌ *sanè Mahomet scelestus*.

Item لَ, quę præfigitur Prædicato seu Epitheto, vt إِنَّ مُحَمَّدًا لَكَذَّابٌ *certè Mahomet est mendax*.

Tandem ل, quod præfigitur Verbo, vel Modsareo ad determinandam eius significationem pro præsenti, vt لِيَنْظُرْ *videt, respicit*. Vel ad quandam confirmationem tam ante Modsareum, quàm ante Præteritum, vt إِنَّ مُحَمَّدًا لَضَلَّ وَأَضَلَّ كَثِيرِينَ *sanè Mahomet deceptus est, & decepit multos*.

Sunt præterea أَلِيفَاتٌ litteræ ىى ad plura deseruientes: vt ى nota Feminini generis in Verbo, vt اِضْرِبِي *percute tu mulier*. & تَضْرِبِينَ *percuties*, vel *percutis tu mulier*.

Et in Nominibus ا breuis, nota generis Feminini, dum non sequitur Affixum, scribitur per ى, vt حُبْلَى *prægnans*. عَطْشَى *sitibunda*. ذِكْرَى *memoria*, &c.

Et يِ grauatum signo Tesdid, quo efficitur Nomen Deriuatiuum à primitiuo, vt ex أَصْبَهَانُ *Asbahan*, أَصْبَهَانِيٌّ *Asbahanensis*.

Et ى signum casuum Obliquorum in Dualibus post Fathhum; & in Pluralibus sanis Masculiuis post Chesrum, vt نَاصِرِينَ *adiuuantes*.

Item ى conuersum ex altera littera, vt in أَلْمِيزَانُ *libra, statera*, pro أَلْمَوْزَانُ.

Item

Item ى, quod dicitur يَاءُ الصِّلَةِ فِي الْقَوَافِي *Ie summæ, in quo consistit rythmi concinnitas in carminibus*.

Prœterea يَاءُ الاِسْتِنْكَارِ, idest ى *negationis*, vt si quis dicenti sibi (prout inquit Auctor Chamus) مَرَرْتُ بِالْحَسَنِ *transiui per bonum*, seu *per pulchrum*: respondeat quasi irridens, & dicat, addito ى, vt prolatio magis sentiatur أَبِالْحَسَنِيهِ *oh, num per pulchrum eius?* negando scilicet propositionem.

Item ى يَاءُ الْهَمْزَةِ فِي الْخَطِّ وَفِي اللَّفْظِ *Ie hamzat in scriptione, & prolatione*, vt صَائِنُونَ *custodiens*.

Prœterea يَاءُ التَّصْغِيرِ *Ie diminutiui*, vt رُجَيْلٌ *homuncio*. بُحَيْرٌ *mare paruum*.

Et ى exclamantis, vt يَا حَسْرَةً عَلَى الْعِبَادِ *Oh oppressionem seruorum*.

Et ى quiescens, quæ relinquitur prout est, cùm esset abijcienda ratione Particulæ Gesmantis, vt أَلَمْ يَأْتِيكَ وَالْأَنْبَاءُ تَنْمِي *num non venit ad te, & pueri creuerunt*.

Tandem أَلْيَاءُ الْمُبْدَلَةُ مِنْ لاَمِ الْفِعْلِ *Ie substituta loco vltimæ radicalis*, vt cum dicitur (prout testatur Chamus) أَلْخَامِسِي pro أَلْخَامِسُ *quintus*: & أَلسَّادِي pro أَلسَّادِسُ *sextus*. Nec silendum est quod notat Chamus in principio litteræ ج, nempe, quandoque pro ى proferri ج, vt pro حُجَّتِي dici حُجَّجِ *causa mea*, seu *quæstio mea*: pro فَقِيمِي dici فَقِيمِجِ *dentulus meus superior ex anterioribus*, &c.

Sunt alia, præter enumerata, tam litteræ ى quàm reliquarum litterarum munia, quæ parum refert hìc recensere: & facilè ex dictis iam de Litteris supra, de Verbis, de Nominibus, de Particulis, constant omnia, & pleniùs infra constabunt, cùm de eorum connexione tractabimus, de qua tantùm supereſt mox dicendum.

DE

DE CONNEXIONE PARTIVM ORATIONIS.

DIXIMVS iam de partibus Orationis singillatim, de Verbo, de Nomine, de Harf seu Particulis: modò supereſt vt de eorum Connexione tractemus, per quam congruus sermo Arabico idiomate obtinetur.

Et quadruplex occurrit Connexionis modus, qui ad rem faciat: vel Verbi cum Nomine: vel Nominis cum Nomine: vel Harf seu Particulæ cum alterutro: quartò vel omnium trium ad inuicem. Et quia iam de Connexione Particularum, tam cum Nomine quàm cum Verbo, dictum eſt ſatis cùm ageremus de Particulis; propterea ſupereſt tantùm, vt de Connexione Nominis cum Verbo primùm: deinde Nominis cum Nomine: & tandem de Connexione omnium trium pariter dicamus. Et hanc Conſtructionem appellabimus: illam verò Concordationem ſeu Concordantiam, vt etiam Nomine facilitatem quæramus. Et vt ordo etiam ad facilitatem proficiat; priùs de Concordantijs, quàm de Conſtructione, agemus: vt Noſtratum ordinem ſequamur. Et priùs de Concordatione Verbi cum Nomine.

Sed quia in huiuſmodi Connexionibus, tam Verbum quàm Nomen, diuerſas ſubeunt munia, ex quibus diuerſas ſortiuntur Denominationes, tanquam ſecundarum intentionum: propterea ipſarum termini & denominationes expedit primùm explicare, vt quod eſt dicendum faciliùs capiatur.

فى تسمية الالفاظ عند مطابقتها

De Partium Orationis denominatione, dum connectuntur.

TAm Nomen, quàm Verbum, etiam & Particula alterutri coniuncta, ſortiuntur eiuſmodi Denominationes, fungentia officio ſeu munere, vel اَلْمُبْتَدَأ *Mobtadai, Principij*, ſeu *Subiecti:* item vel اَلْخَبَر *Chabari*, ſeu *Prædicati:* vel اَلْفِعْل *Actionis, ſeu Verbi:* vel اَلْفَاعِل *Agentis:* vel اَلْمَفْعُوْل *Patientis:* vel اَلْحَال *Diſpoſitionis*, ſeu *Circumſtantiæ.* vel اَلتَّمْيِيْز *Diſtinctionis*, ſeu *Specificationis*; vel اَلْمَجْرُوْر *Contracti:* vel اَلْمُسْتَثْنَى *Excepti:* vel اَلتَّوَابِع *alicuius ex ſequentibus* quæ ſunt اَلتَّاْكِيْد *Confirmatio:* اَلصِّفَة vel اَلنَّعْت *Epithetum*, ſeu *Adiectiuum:* vel اَلْبَدَل *Commutatio:* & اَلْعَطْف *Subiunctio*, ſeu *Reflexio.* Et de omnibus mox per ordinem.

فى المبتدأ

De Mobtadao, ſeu baſi Orationis.

DIctio اَلْمُبْتَدَأ *Mobtadaum*, eſt Participium paſsiuum à Verbo compoſito اِبْتَدَأَ ex بَدَأَ *incœpit:* & ſignificat *incœptum, initiatum, inchoatum.* Sumitur autem à Grammaticis pro dictione illa, ſeu Dictionibus, quæ ſunt baſis totius Orationis: quòd regit cætera, ipſum verò à nullo regitur: quare ſic definitur اَلْمُبْتَدَأ هُوَ اَسْمٌ عَارٍ عَنِ الْعَوَامِلِ اللَّفْظِيَّةِ مُسْنَدًا اِلَيْهِ *Mobtadaum eſt Nomen, ſeu Dictio carens regente explicito, cui innituntur cætera.*

Vt plurimum eſt ſubiectum Enunciationis, vt اَللّٰهُ اَعْلَم *Deus eſt ſapientiſsimus.* Ly اَللّٰه *Deus* eſt in caſu Rafeo, quia à nullo regitur, eſt igitur Mobtadaum: اَعْلَم *Sapientiſsimus*, eſt in caſu Rafeo, vt concordetur cum ly اَللّٰه *Deus*, quia eſt eius attributum, ſeu prædicatum,

Poteſt quandoque accidere, vt Mobtadai munus ſuſcipiat Adiectiuum, ſeu Epithetum; & tunc eſt, quando præcedente negatione, vel interrogatione, præmittitur Adiectiuum in numero ſingulari, ante eius Subiectum Duale vel Plurale, vt اَقَوِىَّ الزَّيْدَانِ *num fortes ſunt duo Zaidi?* مَا قَوِىَّ الزَّيْدَانِ *non fortes duo Zaidi.* اَضَعِيْفُ الْمَلِكَانِ *num infirmi Reges?* مَا ضَعِيْفُ الْمَلِكَانِ *non ſunt infirmi Reges.* In quibus exemplis ly اَقَوِىٌّ *num fortis?* مَا قَوِىٌّ *non fortis:* اَضَعِيْفٌ *num infirmus?* مَا ضَعِيْفٌ *non infirmus.* Sunt in Rafeo, quia à nullo reguntur; ipſa verò locant in Rafeo nomina quæ ſequuntur, ſunt enim Participia, & ad inſtar Verborum regunt ſuum Agens in Rafeo, prout infra ſuo loco: regunt igitur, non reguntur; ſunt igitur Mobtadaa.

Quòd ſi accidat aliquando, Mobtadai munus ſuſtinere dictionem, quæ non eſt Nomen; erit tamen aliquid ſtans loco Nominis, vt in Alchorano اَنْ تَصُوْمُوْا خَيْرٌ لَكُمْ *quòd ieiunetis, bonum eſt vobis.* Vbi ly *quòd ieiunetis* ſtat loco Nominis: idem enim eſt ac dicere *ieiunium veſtrum.*

فى الخبر

De Chabaro, ſeu Prædicato.

VOx اَلْخَبَر *Chabar*, eſt ex Verbo خَبَرَ, quod ſignificat *narrare, enunciare:* quare eius ſignificatio eſt *Prædicatio, Enunciatio, Prædicatum, Enuntiatum.* De-

finitur autem sic اَلْخَبَرُ هُوَ الْاِسْمُ الْمُسْنَدُ اَوْ مَا وَقَعَ مَكَانَهُ صِفَةً لِلْمُبْتَدَاءِ *Chabarum est Nomen alteri innixum, seu aliquid cadens loco eius, qualificans Mobtadaum.* Dicitur esse Nomen, vel aliquid stans loco Nominis, quia Verbum non est Chabarum, quamuis ingrediatur cum alijs ad constituendum Chabarum in summa composita.

Pro quo hic est notandum, Arabibus duplicem esse summam Orationis, Nominalem scilicet, & Verbalem. Summa Nominalis est, quæ constat ex Mobtadao & Chabaro, vt زَيْدٌ عَالِمٌ *Zaidus est sapiens*. ly زَيْدٌ *Zaid* est Mobtadaum: & ly عَالِمٌ *sapiens*, est Chabarum: quod est idem ac dicere, Subiectum à nullo rectũ, & eius Prædicatum. Summa autem Verbalis est, quæ constat ex Verbo & suo Nominatiuo seu Agente, vt نَصَرَ زَيْدٌ *adiuuit Zaidus*. Et Nomen debet esse postpositum Verbo, vt à Verbo regatur, & eius Agens dici possit: quando enim præcedit non locatur in Rafeo seu Nominatiuo ex vi Verbi; sed est in Nominatiuo, ex eo quòd à nullo dependeat, ac proinde sit Mobtadaum. vt cùm dicitur زَيْدٌ نَصَرَ *Zaidus adiuuit*. ly Zaidus non est Nominatiuus, seu Agens Verbi, apud Arabes, sed est Mobtadaum: Agens autem Verbi tunc est Pronomen subintellectum, seu implicitum in ipso Verbo, æquè ac si diceretur زَيْدٌ نَصَرَ هُوَ *Zaidus adiuuit ipse:* & ita ly Zaidus est Mobtadaum, ly adiuuit est Verbum, & ly ipse, implicitum in Verbo, est Agens seu Nominatiuus Verbi. Chabarum verò, quod requiritur à Mobtadao, non est tunc Nomen simplex, sed tota summa Verbalis, ipsum scilicet Verbum cum suo Agente stat loco Chabari: & sic ly زَيْدٌ est Mobtadaum, & ly نَصَرَ هُوَ est Chabarum eius. Quare hìc Verbum non est Chabarum, sed pars Chabari: nam ipsum Chabarum est compositum ex Verbo & Agente eius, & tota summa verbalis cadit loco Chabari.

Dicitur etiam Chabarum esse innixum alteri, ad differentiam Mobtadai, cui cætera potiùs adhærent: & qualificat ipsum Mobtadaum; vt patet.

فى الفعل

De Verbo, seu Actione.

SIgnificatio اَلْفِعْلُ est *facere, agere;* est enim Verbale à Verbo فَعَلَ *fecit.* Sumitur autem à Grammaticis pro illa Orationis parte, quæ significat cum tempore, & dicitur Verbum, quia per ipsum explicatur Actio: Quamuis vsurpent Arabes etiam Adiectiua, à Verbis deriuata, tamquam ipsa Verba, tribuentes eis vim & operationem Verbi.

Est autem Verbum, aliud Intransitiuum, & non regit nisi suum Agens, locando illud in Rafeo, vt قَامَ زَيْدٌ *stetit Zaidus.*

Alterum verò, quod est Transitiuum, regit, præter Agens in Rafeo, etiam patiens

tiens in Nasbo, vt نَصَرَ زَيْدٌ عَمْرًا *adiuuit Zaidus Amrum*. Complura his non contenta duobus, etiam plura regunt Patientia in Nasbo, vt أَعْطَى زَيْدٌ عَمْرًا دِينَارًا *dedit Zaidus Amro denarium*. Alia etiam, præter Agens in Rafeo, & præter Patiens vnum vel plura in Nasbo, (quæ dicuntur Patientia clara, quia Verbum immediatè transit in ipsa) regunt etiam alia Nomina in Giarro, medijs Particulis (& dicuntur Patientia non clara, quia Verbum non immediatè transit in ipsa) vt أَخْرَجَ زَيْدٌ عَمْرًا مِنَ الْهَيْكَلِ اِلَى السُّوقِ *eduxit Zaidus Amrum de Templo in plateam*. Et sic vnumquodque secundùm suam significationem. Sunt autem alia Regularia, alia Irregularia: & de omnibus suo loco, dum de eorum Constructione agemus. Insuper ad maiorem claritatem, & ad Grammaticæ complementum, adiecimus in calce Libri Dictionariolum plurium Verborum, secundùm Coniugationes distinctorum, cum eorum Constructione; vt ex eorum inspectione Tyronis mens ad Arabicam compositionem, veluti manu, ducatur.

Nec est silendum, quòd sæpè Nomina Adiectiua deriuata à Verbis, substituuntur loco suorum Verborum, & tribuuntur eis casus requisiti à suis Verbis, vt زَيْدٌ عَالِمٌ اَخُوهُ *Zaidus, sciens frater eius*. vbi ly اَخُوهُ est locatum in Rafeo, ratione Adiectiui عَالِمٌ *sciens:* æquè ac si diceretur per Verbum عَلِمَ اَخُوهُ *scit frater eius:* similiter dices زَيْدٌ خَارِجٌ مِنَ الْمَسْجِدِ اِلَى الْبُسْتَانِ اَبُوهُ *Zaidus, egrediens de Templo in pomarium pater eius*. Dicitur per Adiectiuum خَارِجٌ *egrediens*, tamquam si diceretur per Verbum خَرَجَ *egressus est*. Pari ratione dici potest زَيْدٌ مُعْطٍ دِينَارًا عَمْرًا اَبُوهُ *Zaidus, dans denarium Amro pater eius:* æquè ac si diceretur per Verbum: propterea eiusmodi Adiectiua dicuntur شِبْهَاتُ الْفِعْلِ *similitudines Verbi*.

فى الفاعل

De Agente.

AGens, quod Arabibus اَلْفَاعِلُ, & Latinis Nominatiuus Verbi dicitur, describitur sic اَلْفَاعِلُ هُوَ الْاِسْمُ الْمُسْنَدُ اِلَيْهِ مَا تَقَدَّمَهُ مِنَ الْفِعْلِ اَوْ شِبْهِهِ مِنْ جِهَةِ قِيَامِهِ بِهِ *Agens est Nomen, cui connectitur Verbum, quod præcesserit, vel quod est*

ſimile Verbo, eatenus quatenus per ipſum eſt, ſeu *ab ipſo emanat*. Sic Auctor Cāphiæ & Auctor Giarrumiæ.

Dicitur primò اَلْاِسْم *Nomen*, quia Verbum, & Harf, àliæ duæ partes orationis, nequeunt eſſe Agens, niſi virtute ſignificatum Nominis contineant, vt أَعْجَبَنِي أَنْ خَرَجْتَ *placuit mihi, quòd egreſſus es*. Vbi ly أَنْ خَرَجْتَ *quòd egreſſus es*, Particula cum Verbo, ſunt Agens Verbi præcedentis, quia perinde eſt ac ſi dictum fuiſſet أَعْجَبَنِي خُرُوجُكَ *placuit mihi egreſſus tuus*.

Dicitur ſecundò اَلْمُسْنَدُ اِلَيْهِ مَا تَقَدَّمَ مِنَ الْفِعْلِ *cui annexum eſt Verbum præcedens:* nam, niſi ipſi Verbum nectatur, Agens eius non erit; & niſi Verbum præcedat ante ipſum, nec dicetur Agens: dicunt enim Arabes, Agens locari in Rafeo ex vi Verbi; at non locatur in Rafeo ex vi Verbi, niſi quando ſequitur poſt Verbum: quando autem præcedit, locatur in Rafeo ex eo quia eſt Mobtadaum & baſis orationis, ſtans per ſe, & à nullo rectum, vt paulò ſupra explicuimus, agentes de Chabaro.

Dicitur deinde أَوْ شِبْهِهِ *ſeu id, quod eſt ſimile Verbo:* nam Adiectiua quæ ſunt Participia ex Verbo, ſiue tranſitiuo, ſiue intranſitiuo, regunt caſus ſui Verbi, vt diximus ſupra agentes de Verbo.

Dicitur tandem مِنْ جِهَةِ قِيَامِهِ بِهِ *quatenus illud*, ideſt Verbum, *ſtat per ipſum*, ideſt Actio procedit ab ipſo. Et hoc dicitur ad differentiam Patientis, de quo enunciatur paſsio in forma Verbi paſſiua, quod dicitur اَلْمَفْعُولُ الَّذِي لَمْ يُسَمَّ فَاعِلُهُ *Patiens, de cuius Agente nulla fit mentio*. nam cùm Verbum paſsiuè enunciatur, nulla fit mentio de Agente, ſed abſolutè dicitur ضُرِبَ زَيْدٌ *percuſſus eſt Zaidus*. Et ſic hoc Patiens ita ſe habet reſpectu verbi Paſsiui, ſicut Agens reſpectu verbi Actiui: & propterea regulæ aliæ de ipſo peculiares non ſunt, quia eſt quaſi loco Agentis.

Eſt autem Agens, ſicut & Patiens, duplex, alterum dicitur ظَاهِرٌ *manifeſtum, clarum:* & eſt omne Nomen, ſiue Subſtantiuum, ſiue Adiectiuum, ſiue Proprium, ſiue Appellatiuum; quod prædicto modo poſt verbum ſequatur.

Alterum dicitur مُضْمَرٌ *Subintellectum*, ſeu *Pronominale:* & rurſus hoc duplex eſt, nempe مُتَّصِلٌ *coniunctum*, & مُنْفَصِلٌ *ſeparatum*. Coniunctum eſt, quod ipſi verbo in fine vel in principio additur ad ſignificandas perſonas, vt ضَرَبْتُ *percuſsi*. Illud تُ referens primam perſonam, dicitur مُضْمَرٌ مُتَّصِلٌ *Pronomen coniunctum*, & gerit vicem Agentis verbi. Separatum eſt, cùm dicitur أَنَا ضَرَبْتُ *percuſsi ego*. Illud أَنَا *ego*, eſt مُضْمَرٌ مُنْفَصِلٌ *Pronomen ſeparatum*, gerens vices Agentis. Sunt etiam reliqua Pronomina perſonalia, dum poſt verbum prænotato modo ſequuntur: vt أَنْتَ *tu*, أَنْتُمَا *vos duo*, أَنْتُمْ *vos plures*, هُوَ *ille*, هُمَا *illi duo, vel duæ*, هُمْ *illi plures*, &c.

فى المفعول

De Patiente.

PAtientis plures ſunt ſpecies: præter mox explicatum, quod in forma verbi Paſsiui, diximus, ſtare loco Agentis: eſt enim

Patiens quod dicitur اَلْمَفْعُولُ الْمُطْلَقُ *Abſolutum*. Et non eſt aliud, quàm ipſamet actio quæ fit, & explicatur per Maſdarum ſeu verbale, vt cùm dicitur مَوْتًا تَمُوتُ *morte morieris*, ضَرْبًا ضُرِبْتَ *percutiendo percuſsi*. Quod non eſt aliud, quàm dicere: *percuſsi percuſsionem*, ſeu *feci percuſsionem*. Et hoc fit, vel ad ſolam confirmationem, vt in exemplis allatis, & dicitur لِلتَّاكِيدِ *ad confirmandum, propter confirmationem*. Et eſt ſemper numeri ſingularis.

Vel ſecundò, fit ad enumerandas vices actionis, vt cùm dicitur, addito ة in fine Maſdari, non habentis illud (vt ſupra diximus de formatione اَلْمَرَّةُ *vicis*, agentes de deriuatis à Verbo) exempli gratia ضُرِبْتُ ضَرْبَةً *percuſsi percuſſione vna*. ضُرِبْتُ ضَرْبَتَيْنِ *percuſsi duas percuſſiones*, ſeu *bis*. ضُرِبْتُ ضَرَبَاتٍ *percuſſi plures percuſſiones*, vel *pluries*. Et ſic dicitur لِلتَّعْدَادِ *ad enumerationem*.

Tertiò dicitur لِلنَّوْعِ *ad explicandam ſpeciem actionis*, & habet Cheſrum in prima, vt جُلِسْتُ جِلْسَةَ قِرْدِيَّةٍ *ſedi ſeſſione Simiæ*. جُلِسْتُ جِلْسَتَيْنِ جِلْسَةَ أَعْرَجَ وَجِلْسَةَ قِرْدَةٍ *ſedi duplici ſeſſionis genere, ad inſtar claudi, & ad inſtar Simiæ*. Et hoc Patiens abſolutum, ſic in Nasbo collocatum, habere poſſunt etiam Verba intranſitiua, & etiam paſsiua, vt جَلَسْتُ جُلُوسًا *ſedi ſeſſionem*. Et سِيرَ سَيْرًا شَدِيدًا *ambulatum eſt ambulatione valida*. Et poteſt etiam locari in Rafeo, ſic سِيرَ سَيْرٌ شَدِيدٌ *ambulata eſt ambulatio vehemens*.

Secundum dicitur اَلْمَفْعُولُ بِهِ *patiens in quod:* & eſt ſubiectum, quod recipit actionem; & propriè & abſolutè dicitur اَلْمَفْعُولُ *patiens:* vt ضُرِبْتُ زَيْدًا *percuſſi Zai-*

Zaidum. Et hoc Patiens est tantummodo verborum transitiuorum, exinde enim prædicuntur transitiua. Et hoc Patiens in passiua locutione locatur in Rafeo, & est præcipuum inter cætera, & primo loco in Rafeo locandum, vt ضُرِبَ زَيْدٌ *percussus est Zaidus*. Quando autem duo, vel plura eiusmodi patientia concurrunt, potest vnum ex ipsis ad libitum poni in Rafeo, relictis cæteris in Nasbo, vt si exemplum hoc أَعْطَيْتُ زَيْدًا دِينَارًا *dedi Zaido denarium*, Passiua locutione sit proferendum; alterutrum ex duobus Patientibus locandum erit in Rafeo, relicto altero in Nasbo: & dici poterit, vel أُعْطِيَ زَيْدٌ دِينَارًا *datus est denarius Zaido*, vel أُعْطِيَ زَيْدًا دِينَارًا *muneratus est Zaidus denario*, &c.

Tertium dicitur اَلْمَفْعُولُ فِيهِ *Patiens in quo:* & est expressio vel temporis, vel Loci, quando & vbi facta sit actio. Quod etiam locatur in Nasbo, vt ضُرِبْتُ اَلْيَوْمَ *percussi hodie*. Et ضُرِبْتُ قُدَّامَ السُّلْطَانِ *percussi ante Soldanum*. & ضُرِبْتُ يَمْنَةً وَيَسْرَةً *percussi à dextris, & à sinistris*. & سِرْتُ شَهْرًا أَمْيَالًا ثَلٰثَةً *ambulaui mensem tria milliaria*. Et in Passiua locutione locari possunt in Rafeo, vt سِيرَ شَهْرٌ *ambulatus est mensis*. سِيرَ أَمْيَالٌ ثَلٰثَةٌ *ambulata sunt milliaria tria*. Aliàs enim locātur in Giarro per Particulam ب, vel فِي *in*, vt سِرْتُ فِي شَهْرٍ *ambulaui in mense*. كُتِبَتْ اَلرِّسَالَةُ فِي اَلْيَوْمِ فِي اَلْبَيْتِ *percussi in hac die in domo*. ضُرِبْتُ بِرُومِيَةَ *scripsi litteras Romæ*, &c.

Quartum est اَلْمَفْعُولُ لَهُ *Patiens propter quod*, quod etiam dicitur مِنْ أَجْلِهِ & est finis propter quem fit actio, vt ضَرَبْتُهُ تَأْدِيبًا لَهُ *percussi eum ad corrigendum illum*. Vel potest dici cum ل causali, ضَرَبْتُهُ لِتَأْدِيبِهِ *percussi eum ad correctionem eius*. Vel etiam cum Articulo ضَرَبْتُهُ لِلتَّأْدِيبِ *ad correctionem percussi eum*. Et potest etiam per Verbum explicari, præmissa aliqua ex Particulis causalibus, vt أَضْرِبُهُ لِأُؤَدِّبَهُ, vel أَضْرِبُهُ كَيْ أُؤَدِّبَهُ vel لِكَيْ أُؤَدِّبَهُ *percutio eum, vt corrigam illum*, &c.

Quintum dicitur اَلْمَفْعُولُ مَعَهُ *Patiens cum quo*. Et definitur ab Auctore Caphiæ sic اَلْمَذْكُورُ بَعْدَ اَلْوَاوِ لِمُصَاحَبَةِ مَعْمُولِ فِعْلٍ لَفْظًا أَوْ مَعْنًى *est memoratum post و coniunctiuum, ob consortium effectus Verbi explicitè vel implicitè*. idest, socius actionis: & locatur in Nasbo, eo quòd non sit causa præcipua, sed concausa, vt

vt جَاءَ اَلْأَمِيرُ وَالْجَيْشَ *venit Imperator cum exercitu:* & licet dicere cum Rafeo جَاءَ اَلْأَمِيرُ وَالْجَيْشُ *venit Imperator & exercitus*. Quando autem post Verbum non est nomen præcipui Agentis explicitum, non licet locare secundum Agens in Rafeo, sed necessariò Nasbandum erit, vt جِئْتُ وَزَيْدًا *veni cum Zaido*. Si autem post Verbum explicitè adest nomen Agentis principalis, tunc licet vtroque modo dicere, vt جِئْتُ أَنَا وَزَيْدًا *veni ego cum Zaido*. vel جِئْتُ أَنَا وَزَيْدٌ *veni ego & Zaidus*.

Quando autem Verbum non adest explicitè, sed tantùm implicitè, tunc si est coniunctio nominis manifesti post nomen manifestū, locari debet in eodem casu prius ac posterius, vt مَا لِزَيْدٍ وَعَمْرٍو *quid Zaido, & Amro?* مَا لِلرَّجُلِ وَالْمَلَكِ *quid homini & Angelo?* Si autem prius sit Pronomen personale, & posterius Nomen manifestum, ac proinde dissimile, tunc necessariò erit Nasbandum, vt مَا لَكَ وَزَيْدًا *quid tibi cum Zaido?* Quòd si quis vellet locare ly زَيْد in Giarro, illi necessaria esset replicatio Particulæ Giarri, vt مَا لَكَ وَلِزَيْدٍ *quid tibi & Zaido?* Sed tunc و non esset in significationem Particulæ مع *cum*.

الحال

Dispositio, seu modus agendi.

CAphiæ Auctor sic definit اَلْحَالُ *Dispositionem* مَا تَبَيَّنَ هَيْئَةَ اَلْفَاعِلِ أَوِ اَلْمَفْعُولِ بِهِ *Est id, quod explicat modum, circumstantiam, seu qualitatem, seu conditionem, situm, habitum, vel quid simile accidentale, circa Agens, vel Patiens*. Et locatur semper in Nasbo sine Articulo, siue subiectum eius sit determinatum, siue indeterminatum, vt ضَرَبْتُ زَيْدًا قَائِمًا *percussi Zaidum stando*. زَيْدٌ فِي اَلدَّارِ قَائِمًا *Zaidus in atrio stans*.

Quando autem Subiectum est indeterminatum, tunc melius est præmittere الحال *Dispositionem*, ne censeatur Adiectiuum, vt لَقِيتُ رَاجِلًا رَجُلًا *occurrit mihi, pedibus incedendo*, seu *pedester, vir quidam*. Si enim diceretur, postposita dispositione sic لَقِيتُ رَجُلًا رَاجِلًا *occurrit mihi vir pedester*, tunc ly رَاجِلًا posset sumi pro صِفَةٌ vel نَعْتٌ *Adiectiuo*, vel *Attributo*, & non pro حَالٌ *Dispositione*: cùm verò præmittitur, tunc certum est esse Dispositionem, quia Arabibus numquam licet Adiectiuum præmittere Substantiuo.

Sed

Sed quia sæpè accidere potest dubium, an pertineat Dispositio ad Agens, vel ad Patiens, vel ad vtrumque simul: tunc ad tollendam amphibologiam, si pertineat ad vtrumque, dices non قَائِمًا, sed ضَرَبَ زَيْدٌ عَمْرًوا قَائِمَيْنِ *percussit Zaidus Amrum, vtroque stante.* Si ad Agens tantummodo, dici poterit sic أَنَا قَائِمًا ضَرَبْتُ زَيْدًا *ego stando percussi Zaidum.* Si verò ad Patiens dumtaxat dispositio pertineat, ad claritatem sermonis dici poterit ضَرَبْتُ زَيْدًا وَهُوَ قَائِمٌ *percussit Zaidum ipso stante*, &c.

فى التمييز

De Specificatione, seu Distinctione.

SIc definitur Specificatio اَلتَّمْيِيزُ مَا يَرْفَعُ الْاِبْهَامَ الْمُسْتَقَرَّ عَنْ ذَاتٍ مَذْكُورَةٍ *Specificatio dicitur id, quod aufert indeterminationem, quæ inest circa substantiam memorati.* Itaque differt Specificatio à Dispositione; quia Dispositio explicat modum; Specificatio autem explicat essentiam: vtraque autem eodem modo in Nasbo collocatur, vt تَصَبَّبَ زَيْدٌ عَرَقًا *perfusus est Zaidus sudore.* أَعْطَانِى عِشْرِينَ دِرْهَمًا وَرِطْلًا خَوْخًا وَمَنَوَيْنِ سَمْنًا *dedit mihi viginti denarios, & libram malorum persicorum, & duas libras butyri.* وَعَلَى التَّمْرِ مِثْلُهَا زُبْدًا *& super dactylis tantumdem butyri.* وَفِى أُصْبُعِهِ خَاتَمٌ ذَهَبًا *& in digito eius anulus, aurum.* Sed frequentiùs dicitur cum annexione خَاتَمُ ذَهَبٍ *anulus auri.* Item طَابَ زَيْدٌ نَفْسًا *Zaidus bonus, bonus est Zaidus, quoad animam.* زَيْدٌ طَيِّبٌ أَبًا وَأُبُوَّةً وَدَارًا وَعِلْمًا *patre, & paternitate, & palatio, & scientia.* Et omnia Nomina, in prædictis exemplis locata in Nasbo cum Tanuino, funguntur hoc munere Specificationis. Et semper post Specificatum locanda est Specificatio; & elegantiùs post Verbum, si adsit.

فى المجرور

De Contracto.

COntractum, seu اَلْمَجْرُورُ duplex est: alterum quod contrahitur per Particulas, quæ dicuntur حُرُوفُ الْخَفْضِ *Particulæ Contractionis*, seu حُرُوفُ الْجَرِّ *Particulæ Depressionis.* Quibus exempli gratia dicitur كَتَبْتُ بِلَا قَلَمٍ *scripsi sine calamo.* دَخَلَ

اِلَى الْبَيْتِ *intrauit in domum.* خَرَجْتُ مِنَ الْمَدِينَةِ *egressus sum de ciuitate.* Et sic de cæteris, prout satis diximus dum ageremus de Particulis Giarri.

Alterum est, quod cõtrahitur per اَلْاِضَافَةَ *annexionem*, & dicitur اَلْاِسْمُ الْمُضَافُ *Nomen annexum:* Latini autem dicunt Esse in regimine, & Genitiuum possessiuum, vt غُلَامُ زَيْدٍ *puer Zaidi.* خَاتَمُ ذَهَبٍ *anulus auri.* ضَرْبُ الْيَوْمِ *percussio huius diei*, &c.

Distinguunt autem Arabes de duplici annexione: alteram dicunt اِضَافَةً مَعْنَوِيَّةً *Annexionem significatiuam*, & حَقِيقَةً *veram*, seu *realem:* alteram verò dicunt اِضَافَةً لَفْظِيَّةً *Annexionem prolatiuam*, seu غَيْرَ حَقِيقَةٍ *non realem.*

Vera & realis est, quæ importat implicitè significationem, vel Particulæ ل, qua denotatur dominium vel possessio rei, vt cùm dicitur كِتَابُ زَيْدٍ *liber Zaidi:* vbi importatur dictæ Particulæ sensus, æquè ac si diceretur كِتَابٌ لِزَيْدٍ *liber qui est Zaido*, vel quæ importat significatum Particulæ مِنْ *ex*, qua denotatur materia, ex qua quid fit, vt خَاتَمُ ذَهَبٍ *anulus auri.* Sensus enim est خَاتَمٌ مِنْ ذَهَبٍ *anulus ex auro.* Vel quæ importat sensum Particulæ فِى *in*, vt ضَرْبُ الْيَوْمِ *percussio huius diei:* nam sensus est اَلضَّرْبُ الَّذِى فِى الْيَوْمِ *percussio quæ in hac die.*

Quando igitur Annexio est vera, importans significationem ل, vel مِن, vel فِى, tunc nomen Annexum, nempe priùs quod alteri locato in Giarro innititur, carere debet Articulo, & Tanuino; & si Duale sit aut Plurale sanum Masculinum, priuanda erunt ن ن finalibus, vt كِتَابُ زَيْدٍ *liber Zaidi.* كِتَابَا زَيْدٍ *duo libri Zaidi.* Plurali autem sano post و solent tunc addere ا, vt بَنُوا زَيْدٍ *filij Zaidi.* Nec licebit dicere كِتَابُ زَيْدٍ, nec اَلْكِتَابُ زَيْدٍ, nec كِتَابَانِ زَيْدٍ, nec اَلْكِتَابَا زَيْدٍ, nec بَنُونَ زَيْدٍ, nec اَلْبَنُوا زَيْدٍ, sed dicendum vt supra.

Altera Annexio, quæ est secundùm prolationem tantùm, non vera & realis. Est primò annexio Agentis ad suum Patiens, vt ضَارِبُ زَيْدٍ *percutiens Zaidum*, seu *percussor Zaidi:* quando sensus est de actione præsenti, vel futura: nam quando sensus est de actione præterita, Annexio censetur vera, pertinens ad priorem.

Secundò, Annexio quoad prolationem tantùm non realis nec vera, existimatur Annexio Adiectiui qualificantis ad suum Subiectum, ad quam etiam pertinere qui-

dam dicunt, Annexionem Superlatiui ad rem superatam: verùm nos infra suo loco de Comparatiui & Superlatiui Constructione dicemus. De Adiectiuo autem qualificante dicitur, vt حَسَنُ ٱلْوَجْهِ *pulcher facie*.

Tertiò, annexio Patientis ad Nomen aliud explicans peculiare subiectum passionis, vt مَضْرُوبُ ٱلظَّهْرِ *percussus dorso*, censetur etiam annexio non realis, sed tantùm quoad prolationem.

Et in eiusmodi annexionibus, non realibus, Nomen annexum necessariò priuandum erit Tanuino, & ن finali si duale vel plurale sanum sit; non tamen necessario priuari debet Articulo, sed iuxta sermonis exigentiam dici poterit vel cum Articulo, vel sine, prout sensus est, vel de Vago vel Determinato, vt ضَارِبُ ٱلْعَبْدِ, vel أَلضَّارِبُ ٱلْعَبْدِ *percutiens serui*. Item حَسَنُ ٱلْوَجْهِ vel أَلْحَسَنُ ٱلْوَجْهِ *speciosus facie*. Et مَضْرُوبُ ٱلظَّهْرِ vel أَلْمَضْرُوبُ ٱلظَّهْرِ *percussus dorso*.

Sed animaduertendum, quòd si Nomen, cui fit annexio, fuerit nomen Proprium, licebit quidem, iuxta sensus exigentiam, dicere cum Articulo annexi, si fuerit Duale vel Plurale, vt نَاصِرَا زَيْدٍ vel أَلنَّاصِرَا زَيْدٍ *duo adiutores Zaidi*. Et أَلنَّاصِرُوا زَيْدٍ *plures adiutores Zaidi*. Non autem licebit dicere cum Articulo annexi, si fuerit Singulare, quare non dices أَلنَّاصِرُ زَيْدٍ, sed نَاصِرُ زَيْدٍ *adiutor Zaidi*. Si autem dicere libuerit cum Articulo, dicendum أَلنَّاصِرُ زَيْدًا *adiuuans Zaidum*. Sed tunc non erit Annexum, sed tamquam Participium reget casus sui Verbi, & non pertinet ad Contractum.

In cæteris verò Annexionibus, necessariò priuandum erit nomen annexum & Articulo & Tanuino, & ن si Duale vel Plurale sanum fuerit.

Notandum verò est in vniuersum, Contractum, siue per Particulas Giarri, siue per Annexionem, non posse præmitti ante Particulam, vel Nomen contrahens: nec enim licebit dicere زَيْدٌ ٱلدَّارِ فِى, sed dicendum زَيْدٌ فِى ٱلدَّارِ *Zaidus in palatio*. Similiter de Annexo, non licet præmittere Genitiuum possessiui, prout Latinis, quod & elegantiùs censent: nec bene dicetur Arabicè زَيْدٍ غُلَامُ *Zaidi seruus*, sed omninò dicendum غُلَامُ زَيْدٍ *seruus Zaidi*.

Quòd si Nomen Annexum habeat Epithetum seu Adiectiuum, ipsum Nomen annexum erit omninò præmittendum ante suum nomen Giarratum seu Contractū, vt mox diximus; Adiectiuum verò illius præmitti non poterit Contracto: nec enim dici poterit, exempli gratia, رَأَيْتُ مَلَاكَ عَزِيزَ ٱللهِ *vidi Angelum fortem Dei*: sed

sed Adiectiuum erit omninò postponendum, sic رَأَيْتُ مَلَاكَ ٱللهِ ٱلْعَزِيزَ *vidi Angelum Dei fortem*. Et ad soluendam amphibologiam, quando scribitur sine vocalibus, vel quando non tollitur per diuersitatem casus; vt si dubium esset an diceretur أَللهِ ٱلْعَزِيزِ *Dei fortis*, an أَلْمَلَاكَ ٱلْعَزِيزَ *Angelum fortem*, tunc replicandum esset hoc modo رَأَيْتُ مَلَاكَ ٱللهِ ٱلْمَلَاكَ ٱلْعَزِيزَ *vidi Angelum Dei, Angelum fortem*, si de Deo intelligeretur, replicandum ipsum nomen Dei ante Adiectiuum, vt أَللهِ ٱلْعَزِيزِ *Dei fortis*.

EXCEPTVM etiam est, vt plurimum, ex Nominibus contractis seu Giarratis, sæpè enim in Giarro ponitur, quamuis etiam in Nasbo & in Rafeo: sed quia iam supra de eo satis dictum est, cùm diximus de Particulis exceptiuis, propterea non aliud hic nobis occurrit dicendum.

التوابع

Sequentia.

QVattuor dicuntur أَلتَّوَابِعُ *Sequentia*, nempe أَلتَّأْكِيدُ *Confirmatio*: أَلصِّفَةُ vel أَلنَّعْتُ *Adiectiuum*, seu *Epithetum*: أَلْبَدَلُ *Commutatio*: & أَلْعَطْفُ *Reflexio*, seu *Subiunctio*, quam Latini Coniunctionem dicunt. Dicuntur autem Sequentia; quia, inter cætera Orationis membra, aliud semper sequuntur: & quamuis liceat, iuxta sermonis commoditatem, cætera nunc præmittere nunc postponere: hæc autem quattuor non licet, nisi suis prærequisitis subiungere: vt mox de singulis patebit.

التاكيد

Confirmatio.

DVplex est أَلتَّأْكِيدُ, seu أَلتَّوْكِيدُ *Confirmatio*, nempe لَفْظِىٌّ *Prolatione*, vel مَعْنَوِىٌّ *Significatione*.

Prolatilis Confirmatio, seu Prolatione tantùm est, cùm replicatur eadem dictio, quæcumquæ sit, vt نَصَرَنِى ٱللهُ أَللهُ *adiuuit me Deus, Deus*. Et hoc regulariter in vocali tantùm sermone, vt iteratò prolatum penitus audiatur.

أَلْمَعْنَوِىُّ *Significatiua* verò est, cùm præcedens dictum, subiunctis quibusdam vocibus, sensu idem importantibus, veluti iterum profertur. Sunt autem eiusmodi

dictiones نَفْسٌ *anima*, pro ipſemet, vt جَآءَ زَيْدٌ نَفْسُهُ *venit Zaidus ipſemet*. & عَيْنٌ *ſubſtantia*, ſiue *Entitas:* vt جَآءَتْ هِنْدٌ عَيْنُهَا *venit Hinda, ſubſtantia eius:* ideſt ipſamet. Item كُلٌّ *totus*, vt أَكَلْتُ ٱلرَّغِيفَ كُلَّهُ *comedi placentam, totum eius*. Item كِلَا *vterque, ambo*, vt جَآءَ زَيْدٌ وَهِنْدٌ كِلَاهُمَا *venerunt Zaidus & Hinda*. Et كِلْتَا *ambæ*, vt جَآءَتْ زَيْنَبُ وَهِنْدٌ كِلْتَاهُمَا *venerunt Zainaba & Hinda, ambæ pariter*. Item أَجْمَعُ, vel أَبْتَعُ, vel أَبْصَعُ, vel أَكْتَعُ *vniuerſus*, & pro feminino جَمْعَآءُ *vniuerſa*, &c. Et pro Plurali Maſculino أَجْمَعُونَ *vniuerſi*, &c. Et pro Plur. Cõmuni جُمَعُ *vniuerſæ, & vniuerſi*, &c. & his non confirmatur, niſi id, circa quod fit confirmatio, habeat partes, ſaltem exiſtimatione, vt جَآءَ ٱلْقَوْمُ أَجْمَعُونَ *venit populus, vniuerſi*. Et, vt patet exemplis, Confirmatio concordari debet cum ſuo confirmato, & in Rafeo, & in Nasbo, & in Giarro, & in Determinatione, & in Indeterminatione; ſcilicet in Caſu, & in Articulo, exceptis أَجْمَعُونَ & أَجْمَعُ *vniuerſi*, cum cæteris mox pariter memoratis, quæ ſemper ſine Articulo proferuntur, vt مَرَرْتُ بِٱلْقَوْمِ أَجْمَعِينَ *tranſiui per populum vniuerſum*. Eodem modo dicitur cum أَبْتَعِينَ, vel أَبْصَعِينَ vel أَكْتَعِينَ, *vniuerſos*, &c.

فى الصفة والنعت

De Adiectiuo, ſeu Epitheto.

ADiectiuum eſt Nomen illud, quod poſt Subſtantiuum ſubiungitur ad eius qualificationem: & eſt vnum ex ſequentibus, quia non præmittitur ante Subſtantiuum, ſed ſemper ipſum ſequi debet: item quia ſequitur Subſtantiuum ſuum, ipſi concordatum in omnibus, nempe in Genere, Numero, Caſu, Determinatione, & Indeterminatione, vt قَامَ زَيْدٌ ٱلْعَاقِلُ *ſurrexit Zaidus intelligens*. مَرَرْتُ بِٱلرَّجُلِ ٱلنَّآئِمِ *tranſiui per virum illum dormientem*. & رَأَيْتُ رَجُلاً ءَاكِلاً *vidi virum quemdam comedentem*. Verùm de hoc pleniùs infra tractabimus, agentes de Concordatione Adiectiui cum Subſtantiuo: vbi etiam de Adiectiuo diuerſi generis.

فى البـــدل

De Commutatione.

COmmutatio quadruplex dicitur: vel totius ex toto: vel partis ex toto: vel cõtinentis pro contento: quarto vel commutatio ex errore. Et omnis Commutatio

tatio, ſi ſit nominis ex Nomine, vel Verbi ex Verbo, ſequetur præcedens in omnibus, ſiue Caſibus ſiue Modis; non tamen Articulo ſeu Determinatione, poteſt enim fieri Commutatio determinati vel vagi pro determinato; & Commutatio vagi vel determinati pro vago, prout ſenſus requifierit: ſemper tamen in eodem caſu, ſi ambo Nomina, in eadem diſpoſitione, ſi vtrumque Verbum: dices itaque جَآءَنِى زَيْدٌ أَخُوكَ *venit ad me Zaidus frater tuus*. أَكَلْتُ ٱلرَّغِيفَ ثُلُثَهُ *comedi placentam, tertiam partem eius*. نَفَعَنِى زَيْدٌ عِلْمُهُ *profuit mihi Zaidus, ſcientia eius*. رَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْفَرَسَ *vidi Zaidum, equum*. nempe quia, Zaidus, fuit ex errore prolatum. & ضَرَبْتُ زَيْدًا خَدَّهُ *percuſſi Zaidum, maxillam eius*. ضَرَبْتُ زَيْدًا أَبَاهُ *percuſſi Zaidum, patrem eius*. نُهِبَ ٱلْمَدِينَةُ ذَهَبُهَا *direpta eſt ciuitas, aurum eius*. أُخْتُ مُوسَى كَانَتْ بِنْتَ هَارُونَ عِمْرَانَ *ſoror Moyſi fuit filia Aaron, Amrani inquam*.

Notat autem Auctor Caphiæ, quando fit Commutatio Indeterminati poſt Determinatum, eleganter ſubiungi Epithetum ſeu Adiectiuum, vt هَتَفْتُ بِٱلْبُوقِ بُوقٍ نُحَاسِىٍّ *inſonui tuba hac, tuba quadam ærea*.

فى العطف

De Coniunctione, ſeu Reflexione.

DVplex eſt Reflexio, Subiunctio, ſeu Coniunctio. Prior dicitur عَطْفُ ٱلْبَيَانِ *Coniunctio declarationis*, cùm ſcilicet poſt vnum apponitur alterum Nomen, ad maiorem claritatem, vt دَخَلْتُ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ رُومِيَةَ ٱلْعُظْمَى *ingreſſus ſum vrbem, Romam maximam*. Altera dicitur ٱلْعَطْفُ بِٱلْحُرُوفِ *Coniunctio mediis Particulis*, quæ ſunt و *&*, ف *atque adeò, igitur*, ثُمَّ *tum*. حَتَّى *ita vt, vſque ad*, أَمْ إِمَّا *vel*, لَا *non autem*, بَلْ لٰكِنْ *ſed*. &cætera, prout ſupra dum ageremus de Particulis Coniunctionis. Quibus dicitur جَآءَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو *venit Zaidus & Amrus*, & ſic in cæteris, prout ſatis ibi diximus. Et omnis ſubiunctio fit in eodem caſu & diſpoſitione, exceptis ibi notatis.

HAEC igitur ſunt munia, quibus funguntur partes Orationis, & hæ Denominationes, quas, dum actu componunt Orationem, ſortiuntur. Sed animaduertendum hoc etiam, quòd non tantùm Nomen per ſe, aut Verbum per ſe, vel Harf, ſortiantur ſingillatim ſinguli ſingulas Denominationes ex memoratis; ſed etiam integra Oratio, compoſita ex Nomine Verbo & Particulis, poſsit ſtare loco Simplicis, & fungi vnico munere ex dictis, nempe ſortiri Denominationem, vel Mobtadai, vel Chabari, vel Agentis, vel Patientis, &c. vt conſtat ex dictis, & magis ex

infra

infra dicendis. Reſtat modo, his præmiſſis, de Connexione ipſa loquamur, prout propoſuimus, incipiendo à ſimplicioribus, priùs nempe de Connexione ſingulorum ad inuicem: deinde de Connexione omnium pariter. Et primùm de Connexione ſolius Nominis cum Verbo, quam Concordationem Verbi & Agentis dicemus, & Concordantiam Nominatiui cum Verbo denominant Latini.

فى مطابقة الفعل والاسم

De Concordatione Nominis cum Verbo.

LAtini dicunt eiuſmodi, Concordationem Nominatiui cum Verbo, & in duobus tantùm conſenſum requirunt, nempe in Numero & Perſona; Arabes autem etiam Generis conuenientiam exigunt.

Et primò, quoad Perſonam, debent neceſſariò concordare, vt قَامَ زَيْدٌ *ſurrexit Zaidus*. عَلِمَ اللّٰهُ *nouit Deus*. ضَرَبْتَ أَنْتَ *percuſiſti tu*. نَصَرْتُ أَنَا *adiuui ego*. أَحْسَنَ النَّاسُ *benefecerunt homines*.

Secundò, quoad Numerum: ſi præcedat Nomen, tunc concordari debent, vt أَلنَّسْوَانُ يَعْزِلْنَ *mulieres nent*. أَللّٰهُ يَحْكُمُ *Deus iudicabit*. رَجُلَانِ خُلِقَا *duo viri creati ſunt*. Et quando ſic præcedit Nomen, non dicitur agens Verbi, ſed Mobtadaum: Agens verò dicitur, cùm ſequitur, vt explicuimus ſupra, agentes de Mobtadao, Ghabaro, & Agente. Cùm autem ſequitur Nomen poſt Verbum, non neceſſariò concordari debent in Numero, ſed Verbum elegantiùs eſt Singulare, dum Nomen eſt Duale, vel Plurale; quare dicetur نَصَرَ رَجُلَانِ *adiuuerunt duo viri*. & نَصَرَ رِجَالٌ *adiuuerunt plures viri*. Et ad Verbum ſonat *adiuuit duo viri*, & *adiuuit plures viri*: quare Verbum erit ſemper Singulare, cum ſingulari enim Nomine nulli eſt dubium, Verbum requiri Singulare; cum Duali & Plurali dum ſequuntur, ineleganter apponitur Verbum Duale & Plurale, igitur Verbum ſemper erit Singulare, dum Nomen ipſius Agens ſequetur.

Tertiò, quoad Genus, dum Nomen præcedit ante Verbum, debent concordare, vt اَلْاِمْرَأَةُ عَزَلَتْ *mulier neuit*. اَلْاِمْرَتَانِ تَعْزِلَانِ *duæ mulieres nent*. Sic neceſſariò concordant cum Nomen eſt Singulare vel Duale: at Nomen ſi fuerit Plurale, licebit vel concordare, vt اَلرِّجَالُ هَرَبُوا *viri fugerunt*. اَلنِّسَاءُ يَعْزِلْنَ *mulieres nent*. اَلْأَرْضُ اِرْتَجَفَتْ *terræ contremuerunt*. vel apponetur (dummodo non fuerit Plurale ſanum Maſculinum) Verbum Singulare Feminini gen. ſic اَلرِّجَالُ حَارَبَتْ *viri pugnauerunt*. اَلنِّسَاءُ هَرَبَتْ *mulieres fugerunt*. اَلْأَرْضُ اِرْتَجَفَتْ *terræ contremuerunt*. Idque ideò licere aſſerunt, quia idem eſt dicere *homines*, ac *collectio hominum*: *mulieres*, ac *collectio mulierum*. Et quia *collectio* Arabicè dicitur جَمَاعَةٌ, eſtque Feminini generis, propterea licet cum Plurali etiam Maſculino (& etiam Sano, ſecundum aliquos) ponere (poſt Plurale quodlibet) Verbum Singulare Femininum: dicere enim ضَرَبَتْ اَلرِّجَالُ *viri percuſsit*, idem eſt ac dicere جَمَاعَةٌ ضَرَبَتْ اَلرِّجَالِ *congregatio virorum percuſsit*.

Cùm autem præcedit Verbum, & Nomen ſequitur: ſi ipſum Nomen fuerit Singulare Maſculinum, concordabunt, vt أَبَقَ اَلْعَبْدُ *fugit ſeruus*. Similiter, ſi Duale Maſculinum, vt أَبَقَ اَلْعَبْدَانِ *aufugerunt duo ſerui*.

Si verò Nomen ſequens fuerit generis Feminini, ſiue in Duali ſiue in Singulari: tunc vel erit generis Feminini veri, nempe animal habens ſexum ita vt verè femina ſit, & non licebit diſcordantia ſi immediatè ſequatur, ſed dicetur هَرَبَتِ اَلْمَرْأَةُ *fugit mulier*. بَاضَتِ اَلدَّجَاجَةُ *oua peperit gallina*. اِفْتَرَسَتِ اَلْأَسَدَةُ *diſcerpſit leæna*. Si autem mediet aliquid inter Verbum & Nomen, diſcordare licebit, vt اِفْتَرَسَ اَلْآنَ اَلْأَسَدَةُ *diſcerpſit nunc leæna*. بَاضَتِ اَلْيَوْمَ اَلدَّجَاجَةُ *oua peperit hodie gallina*. Sed elegantior eſt Concordantia in hoc etiam caſu.

Si autém fuerit Nomen ſequens generis Feminini non veri, nempe non animal, tunc licebit vtrumque, vt اِرْتَجَفَتِ اَلْأَرْضُ & اِرْتَجَفَ اَلْأَرْضُ *contremuit terra*. Et اِرْتَجَفَ اَلْيَوْمَ اَلْأَرْضُ vel اِرْتَجَفَتْ *commota eſt hodie terra*: Sed cùm aliquid interiacet, diſcordantia eſt elegantior; cùm nil interiacet, concordantia.

Quod ſi Nomen ſequens ſit Plurale, cuiuſcumque generis, dummodo non ſanum Maſculinum, tunc eodem modo Verbum diſponitur quoad genus, ſicut ſi eſſet Singulare Femininum non verum: ratione ſuperiùs explicata, quia ſubintelligitur ly اَلْجَمَاعَةُ *congregatio*, generis Feminini non veri: vnde licebit dicere vel قَاتَلَ اَلرِّجَالُ vel قَاتَلَتِ اَلرِّجَالُ *pugnauerunt viri*, & هَرَبَتِ اَلنِّسَاءُ *fugerunt mulieres*, vel هَرَبَ اَلنِّسَاءُ, quod rariùs vſurpandum eſt. Poterit etiam dici cum Verbo in numero Plurali هَرَبْنَ اَلنِّسَاءُ *fugerunt mulieres*. قَاتَلُوا اَلرِّجَالُ *pugnauerunt viri*. Verùm hoc rudius & minus elegans cenſetur.

Cum Plurali autem ſano Maſculino durius cenſent dicere cum nota Feminini هَرَبَتِ اَلزَّيْدُونَ *fugerunt Zaidi*. ſed dicunt هَرَبَ اَلزَّيْدُونَ: dici etiam poteſt, quamuis ineleganter هَرَبُوا اَلزَّيْدُونَ *fugerunt Zaidi*.

فى مطابقة الصفة والموصوف

De Concordatione Adiectiui cum Subſtantiuo.

COncordantia Adiectiui cum Subſtantiuo in quatuor conſiſtit, nempe Genere, Numero, Caſu, & Notificatione ſeu Determinatione, vel Indeterminatione, quæ conſiſtunt in carentia vel adhærentia Articuli ال, vt ſupra diximus, agentes de Proprietatibus Nominis (& hoc in Appellatiuis, Nomina autem propria in numero ſingulari non ſuſcipiunt Articulum, ſed ex ſe ſemper ſunt determinata): eſt etiam determinatum Nomen annexum determinato, vel habens Pronomen affixum.

Eſt autem Adiectiuum duplex apùd Arabes: alterum enim eſt Nomen explicans qualitatem pertinentem ad ipſum Subſtantiuum præmiſſum, vt رَجُلٌ عَالِمٌ *vir doctus*. Vbi ly عَالِمٌ *doctus*, explicat doctrinam exiſtentem in ipſo homine: & eſt Adiectiuum etiam Latinis notum, & in omnium linguarum idiomatibus.

Alterum Adiectiui genus eſt peculiare apud Arabes, quo non explicatur qualitas Subiecti præcedentis, ſed qualitas inhærens alteri Subiecto ſequenti, quod Subiectum aliquam habet relationem ad Subiectum præcedens, vt زَيْدٌ اَلْعَالِمُ أَخُوهُ *Zaidus, doctus frater eius*, ideſt, *Zaidus ille, cuius frater doctus*. Hic ly اَلْعَالِمُ *doctus*, non explicat doctrinam Zaidi, ſed doctrinam fratris ipſius Zaidi.

Prior Adiectiui ſpecies debet concordare in omnibus cum ſuo Subſtãtiuo, nempe in Genere, Numero, Caſu, & Determinatione, vt

رَجُلٌ عَالِمٌ	رَجُلَانِ عَالِمَانِ	رِجَالٌ عُلَمَاءُ
vir doctus.	*duo viri docti.*	*viri docti pl.*
اِمْرَأَةٌ حَكِيمَةٌ	اِمْرَأَتَانِ حَكِيمَتَانِ	نِسَاءٌ حَكِيمَاتٌ
mulier ſapiens.	*duæ mulieres ſapientes.*	*pl. mulieres ſapientes.*
زَيْدٌ اَلْحَبِيبُ	اَلزَّيْدَيْنِ اَلْحَبِيبَيْنِ	اَلزَّيْدِينَ اَلْأَحِبَّاءِ
Zaidus dilectus.	*duos Zaidos dilectos.*	*Zaidorum pl. dilectorum.*
هِنْدٌ اَلْجَمِيلَةُ	اَلْهِنْدَانِ اَلْجَمِيلَتَانِ	اَلْهِنْدَاتُ اَلْجَمِيلَاتُ
Hinda elegans.	*duæ Hindæ elegantes.*	*pl. Hindarum elegantium.*

Verum eſt, poſt Subiectum habens articulum ſeu Determinatum, poſſe apponi vocem Adiectiui ſine articulo, ſic رَجُلٌ عَالِمٌ, ſed tunc non gerit vicem Adiectiui, ſed eſt per modum inexiſtentiæ tamquam Prædicatum cum copula, ita vt ſenſus ſit ly رَجُلٌ عَالِمٌ *vir eſt doctus*: non autem *vir doctus*. Quando autem vtrumque eſt Determinatum, tunc haùd dubium eſt eſſe Adiectiuum, vt اَلرَّجُلُ اَلْعَالِمُ *ille vir doctus*. Quando autem vtrumque eſt Indeterminatum, tunc poteſt ſumi vel tamquam Adiectiuum, & hoc præcipuè: poſſet etiam ſumi per modum inexiſtentiæ, ita vt ſenſus duplex habeatur, cùm dicitur رَجُلٌ عَالِمٌ, vel *vir quidam eſt doctus*. vel *vir doctus*. Et hic ſenſus eſt præcipuus; nam, ad ſignificandam inexiſtentiam Subiecto indeterminato, meliùs & clariùs dicitur رَجُلٌ هُوَ عَالِمٌ *vir quidam, ipſe doctus*, vel رَجُلٌ كَانَ عَالِمًا *vir quidam erat doctus*. Quando autem Subiectum eſt Determinatum & Adiectiuum Indeterminatum, tunc non eſt ſumendum per modum Adiectiui, ſed per modum Inexiſtentiæ, ita vt ſit ſumma Nominalis; & Subiectum ſit Mobtadaum, & Adiectiuum ſit Chabarum: & hanc vocat Auicenna in ſua Logica قَضِيَّةٌ ثُنَائِيَّةٌ *propoſitionem binarum*, ſeu *duarum Dictionum*, prout eſt اَلرَّجُلُ عَالِمٌ *vir eſt doctus*.

Hic autem animaduertendum, quòd quando Subſtantiuum eſt Nomen plurale, præſertim non rationale, ſiue Maſculinum ſiue Femininum, tunc vſurpandam pro eius Adiectiuo vocem ſingularem femininam, vt

اَلصَّخْرَةُ اَلْعَظِيمَةُ	اَلْحِجَارَةُ اَلْكَبِيرَةُ	أَفْرَاسٌ سَوْدَاءُ
rupes ingentes.	*lapides magni.*	*equi nigri.*

Et propriè ſonant: *rupes ingens, lapides magna, equi nigra*: ratione prout ſupra, quia implicitè refertur Adiectiuum ad vocem جَمَاعَةٌ *congregatio*, quaſi diceretur, *collectio ſaxorum magna, congregatio equorum nigra*.

Altera Adiectiui ſpecies concordare debet cum præcedenti Subſtantiuo cuius non eſt qualitas, in Caſu & Determinatione; in Genere autem & Numero debet concordare cum ſequenti Subſtantiuo, cuius verè eſt qualitas. Et poſterius Subſtantiuum ſe habet tamquam Agens reſpectu Adiectiui, & locatur in Rafeo ex vi ipſius Adiectiui, tamquam ſi ipſum Adiectiuum eſſet Verbum. Quare, ſicut ſupra diximus de Verbo & Agente, ita dicendum; Adiectiuum debere concordare in Numero cum ſequenti Subſtantiuo: quia verò dum Agens ſequitur Verbum, diximus, Verbum vſurpari decentiùs ſemper Singulare, quamuis Agens eius ſequens ſit Duale vel Plurale: ita hìc dicendum, Adiectiuum regulariter Singulare requiri, quamuis Subſtantiuum eius ſit Duale vel Plurale: poterit etiam cum Plurali eſſe Plurale, ſed Adiectiuum Plurale fractum: nam ſi fuerit ſanum, ineleganter dicetur, prout notat Auctor Caphiæ: cum Duali etiam poterit eſſe Duale.

Genere etiam concordare debet Adiectiuum hoc cum ſequenti Subſtantiuo, ſicut diximus de Verbo & eius Agente, nempe cùm eſt Subſtantiuum generis feminini veri, neceſſariò debet concordare in Genere: cùm verò eſt non veri, licet vtrũque: cùm autem fuerit generis Maſculini, Adiectiuum erit etiam Maſculinum, vt

زَيْدٌ ٱلْجَمِيلَةُ زَوْجَتُهُ — *Zaidus, pulchra vxor eius.*

زَيْدًا ٱلْجَمِيلَةَ زَوْجَتَهُ — *Zaidum, pulchram vxor eius.*

زَيْدٍ ٱلْجَمِيلَةِ زَوْجَتِهُ — *Zaidi, pulchræ vxor eius.*

رَجُلٌ جَمِيلَةٌ ٱمْرَأَتُهُ — *vir quidam, pulchra vxor eius.*

رَجُلاً جَمِيلَةً ٱمْرَأَتَهُ — *virum quemdam, pulchram vxor eius.*

رَجُلٍ جَمِيلَةٍ ٱمْرَأَتِهُ — *viri cuiusdã, elegãtis seu pulchræ vxor eius.*

ٱلزَّيْدَانِ ٱلْجَمِيلَةُ ٱمْرَأَتَاهُمَا — *duo Zaidi, pulchræ vxores amborum.*

ٱلزَّيْدَيْنِ ٱلْجَمِيلَةَ ٱمْرَأَتَاهُمَا — *duos Zaidos, pulchras vxores amborum.*

ٱلزَّيْدَيْنِ ٱلْجَمِيلَةِ ٱمْرَأَتَاهُمَا — *duorum Zaidorũ, pulchrarũ vxores amborũ.*

ٱلزَّيْدُونَ ٱلْجَمِيلَةُ نِسَاؤُهُمْ — *Zaidi plures, pulchræ vxores eorum.*

ٱلزَّيْدِينَ ٱلْجَمِيلَةَ نِسَاؤُهُمْ — *Zaidos pl. pulchras vxores eorum.*

ٱلزَّيْدِينَ ٱلْجَمِيلَةِ نِسَاؤُهُمْ — *Zaidorum pl. pulchrarum vxores eorum.*

Et dici poterit etiam cum Adiectiuo plurali, vt

ٱلزَّيْدُونَ ٱلْجَمَالُ نِسَاؤُهُمْ — *Zaidi, pulchræ vxores eorum.*

ٱلزَّيْدِينَ ٱلْجَمَالِ نِسَاؤُهُمْ — *Zaidorum, pulchrarum vxores eorum.*

Et sine Articulo etiam.

رِجَالاً جَمَالاً نِسَاؤُهُمْ — *viros, pulchras vxores eorum.*

Dici potest etiam cum Adiectiuo Plurali sano, sed minus eleganter.

رِجَالٌ جَمِيلَاتٌ نِسَاؤُهُمْ — *viri quidam, pulchræ vxores eorum.*

Si autem post Substantiuum Determinatum dicatur cum Adiectiuo sine Articulo, tunc denotabitur Inexistentia, & erit tamquam Chabarum præmissum respectu Subiecti sequenti, vt cùm dicitur

ٱلزَّيْدُونَ جَمِيلَةٌ نِسَاؤُهُمْ — *Zaidi, pulchræ sunt vxores eorum.*

Et

Et mutando subiectum priùs, similiter dices, vt

هِنْدٌ ٱلْعَالِمُ زَوْجُهَا — *Hinda, doctus vir eius.*

هِنْدًا ٱلْعَالِمَ زَوْجَهَا — *Hindam, doctum vir eius.*

ٱمْرَأَةٌ عَالِمٌ زَوْجُهَا — *mulier quædam, doctus vir eius.*

ٱمْرَأَةٍ عَالِمٍ زَوْجُهَا — *mulieris cuiusdam, docti vir eius.*

ٱمْرَأَتَانِ عَالِمٌ زَوْجَاهُمَا — *duæ quædam mulieres, docti viri ambarum.*

ٱمْرَأَتَيْنِ عَالِمٍ زَوْجَاهُمَا — *duarum quarumdam mulierum, doctorum viri earum.*

ٱلْٱمْرَأَتَيْنِ ٱلْعَالِمَ زَوْجَاهُمَا — *duas illas mulieres, doctos viri earum.*

ٱلْٱمْرَأَتَيْنِ ٱلْعَالِمِ زَوْجَاهُمَا — *duarum mulierum, doctorum viri ambarum.*

ٱلنِّسَاءُ ٱلْعَالِمُ أَزْوَاجُهُنَّ — *plures mulieres illæ, docti viri earum.*

Et dici poterit cum Adiectiuo Plurali fracto, sic

ٱلنِّسَاءُ ٱلْعُلَمَاءُ أَزْوَاجُهُنَّ — *plures mulieres, docti viri earum.*

ٱلنِّسَاءُ ٱلْعَالِمِ أَمِ ٱلْعُلَمَاءُ أَزْوَاجُهُنَّ — *mulierum, doctorum viri earum.*

ٱلنِّسَاءُ ٱلْعُلَمَاءُ أَزْوَاجُهُنَّ — *mulieres, doctos viri earum.*

Posset quidem dici cum Adiectiuo Plurali sano, sed hoc rudiùs esset. Ita etiam cum Adiectiuo duali, dum Substantiuum est duale.

Et exemplis constat, quòd Adiectiuum, ad instar Verbi, collocat suum Subiectum tamquam suum Agens in Rafeo, seu Nominatiuo.

Quotiescumque autem eiusmodi Adiectiuum fuerit Participium passiuum, vel Adiectiuum qualificans, quod est Participium Verbi Intransitiui, & dicitur صِفَةٌ مُشَبَّهَةٌ. Tunc licebit construere illud, vt mox dictum est: licebit etiam & annectere ipsum Adiectiuum suo sequenti Subiecto collocato in Giarro, vt

هِنْدٌ ٱلْعَالِمَةُ ٱلزَّوْجِ — *Hinda docta viro.*

هِنْدٌ ٱلْجَمِيلَةُ ٱلْوَجْهِ — *Hinda pulchra facie:*

ٱمْرَأَةٌ عَالِمَةُ ٱلزَّوْجِ — *mulier quædam docta viro.*

اِمْرَأَةٌ جَمِيلَةُ الْوَجْهِ	*mulier pulchra faciei.*
رَجُلٌ جَمِيلُ الزَّوْجَةِ	*vir pulcher vxore.*
رَجُلٌ جَمِيلُ الْوَجْهِ	*vir pulcher faciei.*

Et cum Participio passiuo.

رَجُلٌ مَضْرُوبُ الْأَبِ	*vir quidam percussus patre.*
زَيْدٌ الْمَضْرُوبُ الْأَبِ	*Zaidus percussus patre.*

Licebit etiam, concordato ipso Adiectiuo in omnibus cum priori Subiecto, locare in Nasbo Subiectum subsequens, ad instar Tamijz seu Specificationis, vt

زَيْدٌ الْمَضْرُوبُ أَبًا	*Zaidus percussus patre.*

Quare dicere licebit triplici modo, tam cum Adiectiuo, quàm cum Participio passiuo, nempe

حَبْشِيٌّ أَبْيَضُ أَسْنَانُهُ	*Aethiops, albi dentes eius.*
حَبْشِيٌّ أَبْيَضُ الْأَسْنَانِ	*Aethiops quidam albus dentium.*
حَبْشِيٌّ أَبْيَضُ سِنًّا	*Aethiops quidam albus dentibus.*

Et cum Articulo.

اَلْحَبْشِيُّ الْأَبْيَضُ أَسْنَانُهُ	*Aethiops ille, albi dentes eius.*
اَلْحَبْشِيُّ الْأَبْيَضُ الْأَسْنَانِ	*Aethiops ille albus dentium.*
اَلْحَبْشِيُّ الْأَبْيَضُ سِنًّا	*Aethiops albus dentibus.*

Et Participium Passiuum.

حَبْشِيٌّ مَضْرُوبٌ صُلْبُهُ	*Aethiops, percussum dorsum eius.*
حَبْشِيٌّ مَضْرُوبُ الصُّلْبِ	*Aethiops, percussus dorsi.*
مِصْرِيٌّ مَضْرُوبٌ صُلْبًا	*Aegyptius quidam percussus dorso.*

Et cum Articulo similiter, vel اَلْحَبْشِيُّ الْمَضْرُوبُ صُلْبًا, vel اَلْحَبْشِيُّ الْمَضْرُوبُ صُلْبُهُ, vel اَلْحَبْشِيُّ الْمَضْرُوبُ الصُّلْبِ *Aethiops ille, percussus dorso, &c.*

فى مطابقة الموصول والموصول اليه

De Concordatione Relatiui cum Antecedente.

CONcordat Relatiuum cum Antecedente in Genere & Numero, non autem in Casu: quoad Determinationem verò vtrumque semper Determinatum est; eo enim ipso quòd adijcitur Relatiuum, statim determinatur Antecedens, quasi replicetur cum Articulo, quamuis præmissum fuerit sine ac proinde indeterminatū. Dices igitur

اَلرَّجُلُ الَّذِى	اَلرَّجُلَ الَّذِى	اَلرَّجُلِ الَّذِى
vir, qui.	*virum, qui.*	*hominis, qui.*
اَلرَّجُلَانِ اللَّذَانِ	اَلرَّجُلَيْنِ اللَّذَيْنِ	اَلرَّجُلَيْنِ اللَّذَانِ vel اَللَّذَانِ
duo viri, qui.	*duos viros, quorum.*	*duorũ virorũ, quibus, vel qui.*
اَلرِّجَالُ الَّذِينَ	اَلرِّجَالَ الَّذِينَ	اَلرِّجَالِ الَّذِينَ
viri, qui. vel quos, &c.	*viros, qui, quos, quibus, &c.*	*virorũ, qui, quibus, quos, &c.*
اَلْاِمْرَأَةُ الَّتِى	اَلْاِمْرَأَةَ الَّتِى	اَلْاِمْرَأَةِ الَّتِى
mulier, quæ, cuius, cui, &c.	*mulierem, quæ, qua, &c.*	*mulieris, quã, quæ, cui, &c.*
اَلْاِمْرَأَتَانِ اللَّتَانِ vel اللَّتَيْنِ	اَلْاِمْرَأَتَيْنِ اللَّتَانِ vel اللَّتَيْنِ	
duæ mulieres, quæ, vel quarum, &c.	*duas mulieres, vel mulierũ, quas, quibus, &c.*	
نِسْوَةٌ vel اَلنِّسْوَةُ vel اَلنِّسْوَةُ اللَّوَاتِي vel اَللَّاءِ vel اَللَّاتِي vel اَللَّائِي		
mulieres, mulierum, vel mulieribus, quæ, quarum, quibus, & quas.		

Cum autem Plurale antecedens fuerit non rationale, non vsurpatur Plurale Relatiui, sed Singulare femininum; nec dicitur exempli gratia اَلْكُتُبُ الَّذِينَ *libri, qui*, sed dices اَلْكُتُبُ الَّتِى, quod propriè sonat *libri, quæ:* ideſt *quæ collectio librorum*, vt aliàs explicuimus.

Similiter & Pronomina Personalia reciproca, cùm referuntur ad irrationalia. Pluralis numeri, vsurpantur in numero Singulari feminino (quando autem adest aliqua ratio specialis, vel energiæ, vel emphasis, vel claritatis ad tollendam amphibologiam, etiam Auctores grauissimi vsurpare solent Personale reciprocum femininum pluralis numeri, respectu pluralis non rationalis, vt أَخَذْتُ كُتُبًا وَقَرَأْتُهُنَّ *sumpsi quosdam libros, & legi eos*) præsertim cùm de ipsis sermo est, sine aliqua peculiari obseruatione, vt أَخَذْتُ كُتُبًا وَقَرَأْتُهَا *sumpsi libros quosdam, & legi eam*, scilicet *congeriem librorum*.

Et animaduertendum, quòd اَلَّذِى *quis, qui*, cum ceteris, regulariter semper in

Rafeo collocatur, quamuis ſequentis ſummæ operans alium caſum requirat; Caſus enim ille requiſitus tribuitur Pronomini perſonali ſequẽti, Affixo, vt ضَرَبَنِي اَلرَّجُلُ اَلَّذِي نَصَرْتَهُ *percuſſit me vir ille, qui adiueram eum*. Et dici poteſt etiam locato ipſo Relatiuo in caſu à ſequenti ſumma requiſito, vt ضَرَبَنِي اَلرَّجُلُ اَلَّذِي نَصَرْتُ *percuſſit me vir ille, quem adiueram*. Sed clariùs erit exemplum in Duali, nam ceteera non declinantur, ſed virtualiter tantummodo ſunt in hoc vel illo caſu: dices igitur ضَرَبَنِي اَلرَّجُلَانِ اَللَّذَانِ نَصَرْتَهُمَا *percuſſerunt me duo viri, illi qui adiueram eos*. Et dici poteſt ضَرَبَنِي اَلرَّجُلَانِ اَللَّذَيْنِ نَصَرْتُ *percuſſerunt me duo viri, quos adiueram*.

Et quamuis pro irrationalibus ſumatur, vt diximus; Pronomen tam Relatiuum quàm Perſonale, generis feminini Singularis pro Plurali: quando tamen ſermo eſt de Perſonis, concordari eis debet Relatiuum & Perſonale, tam in genere quàm in numero, vt ſupra in exemplis appoſitis de Relatiuo, & dices de affixo Perſonali.

صَادَفَنِي رَجُلٌ وَنَصَرْتُهُ *occurrit mihi vir quidam, & adiui eum*.

صَادَفَتْنِي اِمْرَأَةٌ وَنَصَرْتُهَا *occurrit mihi mulier, & adiui eam*.

صَادَفَانِي رَجُلٌ وَاِمْرَأَةٌ وَنَصَرْتُهُمَا *occurrerũt mihi vir & mulier, & adiui eos*.

صَادَفَنِي رِجَالٌ وَنَصَرْتُهُمْ *occurrerunt mihi pl. viri, & adiui eos*.

صَادَفَتْنِي نِسْوَةٌ وَنَصَرْتُهُنَّ *occurrerunt mihi mul. quædã & adiui eas*.

Eleganter quidem vſurpatur etiam pro Plurali rationali pronomen Perſonale ſingularis feminini, ad denorandum contemptum vel ſimile, vt ſi quis dicat لَقِيتُ خِلْطَ رِجَالٍ وَضَرَبْتُهَا *inueni cœtum vulgi ſeu virorum, & percuſſi eam*, &c.

Huiuſmodi autem Pronomina ſiue Relatiua, ſiue Perſonalia quæ dicuntur Affixa, prærequirunt ſemper antecedens, ad quem referantur, ſaltem vt virtualiter præcedat, ſi non prolatione; vnde dicere licebit أَلَّذِي خَلَقَنَا هُوَ يَدْبُرُنَا *qui creauit nos, ipſe regit nos:* quia ſcilicet præintelligitur antecedens *ille*. Dicere etiam licebit ضَرَبَ غُلَامَهُ زَيْدٌ *percuſſit ſeruum ſuum Zaidus*, quia virtualiter præcedit antecedens in Verbo ضَرَبَ *percuſſit*, ſubintellectum, quia eſt agens eius. At non licebit dicere ضَرَبَ غُلَامُهُ زَيْدًا *percuſſit ſeruus eius Zaidum*, quia antecedens nec virtute, nec prolatione præcedit, cùm ſit Patiens; & Pronomen Affixum non habet

habet ad quod referatur. Similiter dicere licebit فِي دَارِهِ زَيْدٌ *in atrio ſuo eſt Zaidus*: quia Iy *Zaidus*, ad quem refertur Affixum, eſt Mobtadaum, ac proinde præcedit virtute, quamuis non prolatione: è contra, non bene dicitur صَاحِبُهَا فِي اَلدَّارِ *Dominus eius in atrio*, quia Pronomen Affixum non habet antecedens præmiſſum, ad quod referatur, nec prolatione, quia Iy اَلدَّارِ *atrio*, ad quod refertur, ſequitur, non præcedit: nec præcedit virtualiter, quia Iy فِي اَلدَّارِ *in atrio*, eſt Chabarum, non Mobtadaum; & proprium eſt Chabari ſequi poſt Mobtadaum, non præcedere: quare niſi prolatione præcedat, non præcedit virtute. Dicendum igitur فِي اَلدَّارِ صَاحِبُهَا *in atrio eſt dominus eius*. vel صَاحِبُ اَلدَّارِ فِيهَا *dominus atrij eſt in eo*.

فى مطابقة الاسم والفعل والحرف جميعا

De Connexione omnium partium Orationis adinuicem.

DIximus de Connexione Simplicis cum altero, nempe Nominis cum Verbo, Nominis cum altero Nomine, & Particulæ cum alterutro, vt à ſimpliciori-bus inciperemus: modò ſupereſt, vt de Connexione omnium pariter dicamus, vnde completa exurgit Oratio, quæcumque ſit: ſiue Enunciatiua, quæ dicitur خَبَرِيَّةٌ, vt cùm aſſerendo vel negando aliquid indicatur, vt كَانَ زَيْدٌ عَالِمًا *fuit Zaidus doctus*. vel لَمْ يَكُنْ زَيْدٌ عَالِمًا *non fuit Zaidus doctus*. Siue ſit اِنْشَائِيَّةٌ *oratio exoritiua*, qua ſcilicet oſtenditur aliquis animi affectus: vel optando, vt لَيْتَنِي عَالِمٌ *vtinam eſſem doctus*. vel præcipiendo, vt لِيَسْكُتْ زَيْدٌ *taceat Zaidus*. vel rogando, vt اِعَنِّي *adiuua me*. vel interrogando, vt أَزَيْدٌ عِنْدَكَ *num Zaidus eſt apud te?* vel execrando, vt مَلْعُونٌ اِبْلِيسُ *maledictus ſit diabolus*. vel laudando, vt تَبَارَكَ اَللّٰهُ *benedictus ſit Deus*. Et omnis eiuſmodi oratio dicitur جُمْلَةٌ اِنْشَائِيَّةٌ *ſumma exoritiua*, quia palam profertur motus animi. Siue fuerit oratio شَرْطِيٌّ *conditionalis*, vt اِنْ جِئْتَنِي اَكْرَمْتُكَ *ſi veneris ad me, honorabo te*. Siue fuerit oratio جُمْلَةٌ ظَرْفِيَّةٌ *ſumma continentialis*, vt فِي اَلدَّارِ زَيْدٌ *in atrio eſt Zaidus*: & صُمْتُ اَلْيَوْمَ *ieiunaui hodie*. Siue fuerit oratio جُمْلَةٌ جَارِيَةٌ مَجْرَى اَلظَّرْفِيَّةِ *ſumma ſimilis continentiali*, vt كَانَ زَيْدٌ مِنَ اَلْمُسْلِمِينَ *fuit Zaidus ex Mahumetanis*.

Et

Et quæcumque oratio sit, constat vel ex Mobtadao & Chabaro, & dicitur جُمْلَةٌ اَسْمِيَّةٌ *summa nominalis*. Vel constat ex Verbo & Agente, & dicitur جُمْلَةٌ فِعْلِيَّةٌ *summa verbalis*.

Rationē autem, qua vnūquodque in suo vel Casu vel Modo & quàcumque dispositione locatur, quam Constructionem Latini dicunt, Arabes interdum اَلْاِعْرَابُ *Arabicationem*, propriùs autem عَمَلٌ *efficientiam*, seu *operationem* appellant. Nomen autem illud, seu Verbum, seu Particula, eiusmodi operationem exercens, scilicet cuius vi aliquid in tali vel tali dispositione locatur, dicitur عَامِلٌ *operans*, *regens*. Locatum verò ex vi eius dicitur مَعْمُولٌ *operatum*, *rectum*.

Exinde dicuntur اَلْعَوَامِلُ *regentia*. Quibus omnibus notis, nihil superest Grāmatico. Collegit autem quidam, cognomine Giargianius, in libello Regentia omnia, quem propterea nominauit *De Centum Regentibus*.

Regentia enim vel sunt لَفْظِيَّةٌ *explicita*, vel مَعْنَوِيَّةٌ *implicita*. Implicita censentur duo tantùm: nempe Carentia regentis respectu Mobtadai, & dicitur تَجَرُّدٌ *nuditas*. Alterum est Carentia operantis respectu Verbi Modsarei, cùm locatur in Rafeo; quia non adest aliquod operans, Nasbans aut Gezmans.

Explicita autem sunt, de quibus habendus est sermo, vel قِيَاسِيَّةٌ *regularia*: vel سَمَاعِيَّةٌ *irregularia*, ac proinde singillatim explicanda.

Regularia sunt septem, videlicet:

1 اَلْفِعْلُ مُطْلَقًا *Verbum in vniuersum, absolutè.*

2 اَلْمَصْدَرُ *Masdarum, Infinitiuum Verbi, seu Nomen verbale.*

3 اِسْمُ اَلْفَاعِلِ *Nomen Agentis, seu Participium Actiuum.*

4 اِسْمُ اَلْمَفْعُولِ *Nomen Patientis, seu Participium Passiuum.*

5 اَلصِّفَةُ اَلْمُشَبَّهَةُ *Adiectiuum qualificans, seu Participium ex Intransitiuis.*

6 اَلْاِسْمُ اَلْمُضَافُ *Nomen Annexum*, quod Latini dicunt in Regimine.

7 اَلْاِسْمُ اَلتَّامُّ *Nomen Perfectum.*

Irre-

Irregularium autem tredecim species enumerant, quarum PRIMA continet decem & septem operantia, quæ dicuntur حُرُوفُ اَلْجَرِّ *Particulæ Giarri*, seu *Contractionis*: de quibus iam supra diximus inter Particulas.

Secunda continet sex operantia, quæ dicuntur اَلْحُرُوفُ اَلْمُشَبَّهَةُ بِالْفِعْلِ *Particulæ similes Verbo*: de quibus etiam supra.

Tertia continet duo operantia, nempe Particulas مَا, & لَا, dum sumuntur in sensu Verbi لَيْسَ *non est, non fuit.*

Quarta continet septem operantia, quæ etiam sunt Particulæ, sed Nasbantes Nomen.

Quinta continet quattuor operantia, Particulas scilicet quattuor Nasbantes Verbum.

Sexta continet quinque operantia, scilicet quinque Particulas Gezmantes Verbum.

Septima continet nouem operantia, quæ dicuntur اَسْمَاءٌ مَنْقُوصَةٌ *Nomina diminuta*, quæ operantur in Verbo dispositionem Gezmi.

Octaua continet quattuor Nomina operantia in Nomen, illudque collocantia in Nasbo.

Nona continet nouem operantia, quæ dicuntur اَسْمَاءُ الْاَفْعَالِ *Nomina Verborum*. Sex ex ipsis collocantia Nomen in Nasbo, tria autem in Rafeo.

Decima continet tredecim operantia, quæ dicuntur اَفْعَالٌ نَاقِصَةٌ *Verba Deficientia*.

Vndecima continet quattuor operantia, quæ dicuntur اَفْعَالُ اَلْمُقَارَبَةِ *Verba Propinquitatis*.

Duodecima continet quattuor operantia, quæ dicuntur اَفْعَالُ اَلْمَدْحِ وَالذَّمِّ *Verba laudis & improperij*.

Decimatertia continet septem operantia, quæ dicuntur اَفْعَالُ اَلْقُلُوبِ *Verba cordium*.

Sunt igitur operantia Explicita, Irregularia, quæ dicuntur سَمَاعِيَّةٌ *Audibilia*, quia singillatim à Magistro audienda, atque explicanda per singula, nonaginta & vnum. Explicita autem Regularia, septem: & ita fiunt nonaginta & octo. Quibus additis duobus Implicitis, quæ dicuntur مَعْنَوِيَّةٌ *Significatiua*, seu Significatione tantùm non Prolatione: & proueniunt exinde centum. Sic Giargianius, eleganter quidem in suo libello De centum regentibus.

Nos autem, vt Nostratibus conformemur, hæc eadem sed diuerso ordine vniuersa tractabimus, agentes priùs de Constructione Verborum, mox Nominum: & tan-

dem de Conſtructione Particularum: & poſt breuem Tractatum de Carminibus, fauente Deo, libello finem dabimus; vt Diuinis nobiſcum proſequentibus auſpicijs, ad Dictionarium Verborum tranſeamus, vt nihil Grammaticæ deſit.

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM.

VErba alia ſunt, vt colligitur ex dictis, Regularia, alia Irregularia: de his dicemus poſtea, nunc autem priùs de Regularibus; quæ rurſus ſunt, vel Tranſitiua vel Intranſitiua: Tranſitiua autem, vel in Patiens clarum manifeſtum ſeu immediatum, vel in Patiens non clarum ſeu mediante Particula: & vtrumque vel Tranſitiuum in vnum, vel in plura Patientia. Et vniuerſa hæc, vel Actiuè vel Paſsiuè enunciata. De quibus omnibus mox per ordinem: & primò de Intranſitiuis, tam Actiuè quàm Paſſiuè.

فى اعراب الافعال غير المتعديه

De Conſtructione Verborum Intranſitiuorum.

VErba Intranſitiua, præter Communia ratione quadam vniuerſali omnibus Verbis, qua diximus, poſſe regere in caſu Nasbo الحال *diſpoſitionem*, التمييز *diſtinctionem*, المفعول المطلق *Patiens abſolutum*, ſeu *Maſdarum*, ſeu *Verbale*, المفعول فيه *Patiens in quo*, المفعول معه *Patiens cum quo*, المفعول له *Patiens propter quod*. Et ratione adiunctæ Particulæ, in Giarro locare Nomen, vel ad explicandum inſtrumentum actionis, vel quid ſimile, vt رَكَعَ بِرُكْبَتَيْهِ *genuflexit genibus ſuis*. Et رَكَعَ عَلَى رُكْبَتَيْهِ فِي هٰذَا الْيَوْمِ قُدَّامَ الْأَمِيرِ *procidit ſuper genua ſua in hac die coram Principe*. Et huiuſmodi regentia ſiue operatio communis eſt omnibus. Ratione autem ſpeciali Intranſitiuum Verbum non regit niſi ſuum Agens in Rafeo, vt قَامَ زَيْدٌ *ſurrexit Zaidus*. Sunt autem Verba Intranſitiua quæ ſequuntur, & ſimilia.

Maſdarum.	Modſareum.	Præteritum.	
قِيَامًا	يَقُومُ	قَامَ	*ſtetit, ſurrexit.*
قُعُودًا	يَقْعُدُ	قَعَدَ	*conſedit, accubuit.*
جُلُوسًا	يَجْلِسُ	جَلَسَ	*ſedit, manſit.*
نَوْمًا	يَنُومُ	نَامَ	*dormiuit.*
بَيْدًا	يَبِيدُ	بَادَ	*Perijt.*

Si eiuſmodi Verba Paſſiuè enuncianda ſint, locabitur Patiens in Rafeo, nulla habita mentione de Agente: Arabibus enim non eſt in vſu Paſſiua locutio, dum de Agente fit mentio; ſed tantùm Actiuè cum Agente profertur. Vnde Verbum Paſſiuum denominatur مَجْهُولٌ *ignoratum*. Actiuum verò dicitur مَعْرُوفٌ *Cognitum*: quia ſcilicet in paſſiua locutione neſcitur Agens à quo prouenit actio, ſed tantùm profertur Patiens à quo recipitur: in Actiua autem exprimitur vtrumque.

Dices igitur in Paſſiua locutione صُنِعَ الْعَالَمُ *factus eſt mundus*. ضُرِبَ إِبْلِيسُ *percuſſus eſt diabolus*. فُتِحَ النَّعِيمُ *apertus eſt paradiſus*, &c.

Tranſitiua in duo Patientia.

Quædam Tranſitiua in duo etiam tranſeunt Patientia, & vtrumque locant in Nasbo: & ſunt hæc & ſimilia.

أَعْطَى	يُعْطِي	إِعْطَاءً	*dedit, donauit.*
عَلَّمَ	يُعَلِّمُ	تَعْلِيمًا	*docuit.*
كَسَا	يَكْسُو	كِسْوَةً	*veſtiuit,*
أَلْبَسَ	يُلْبِسُ	أَلْبَاسًا	*induit.*
هَدَى	يَهْدِي	هُدًى	*direxit.*
زَعَمَ	يَزْعُمُ	زَعْمًا	*opinari fecit.*
أَظَنَّ	يُظَنُّ	إِظْنَانًا	*cogitationem ingeſſit.*
كَوَّنَ	يُكَوِّنُ	تَكْوِينًا	*eſſe fecit.*

His dices, exempli gratia, أَعْطَى اللّٰهُ النَّاسَ ابْنَهُ *dedit Deus hominibus filium ſuum*. عَلَّمَنَا الْمَسِيحُ الْحَقَّ *docuit nos Chriſtus veritatem*. أَلْبَسَتْ رِفْقَا يَعْقُوبَ جُلُودًا *induit Rebecca Iacobum pellibus*. زَعَمْتَنِي كَذَا *opinari me feciſti hanc rem*.

Si Paſsiuè enuncianda ſint eiuſmodi Verba, nulla facta mentione de Agente, vt diximus, alterutrum ex Patientibus locabitur in Rafeo, relicto altero in Nasbo, vt أُعْطِيَ ابْنَ اللّٰهِ النَّاسَ *dignati ſunt homines Filio Dei:* vel أُعْطِيَ النَّاسَ ابْنَ اللّٰهِ *datus eſt Filius Dei hominibus*. أُلْبِسَ يَعْقُوبُ جُلُودًا *indutus eſt Iacobus pellibus:* vel أُلْبِسَ جُلُودُ يَعْقُوبَ *circumpoſitæ ſunt pelles Iacobo*, &c.

Sed præstat locare in Rafeo Patiens animatum, relicto inanimato in Nasbo: quare elegantiùs dicetur عَلِمْنَا نَحْنُ الْحَقَّ *docti sumus nos veritatem:* quàm عَلِمَ الْحَقُّ أَيَّانَا *aperta est veritas nobis*. Quando verò est paritas, ad libitum.

Quando sermo est cum Pronominibus personalibus, possunt annecti pariter vnum post alterum, affixa Verbo, si sint Patientia clara, vt in Alchorano cap. الاحزاب *de turmis*. زَوَّجْنَاكَهَا *copulauimus tibi eam*. Sed oportet seruare ordinem, vt prima persona præponatur secundæ, & secunda tertiæ: Nec enim bene dicetur أَعْطَيْتُكَهُ *dedi illud tibi*, sed dicendum أَعْطَيْتُنِيكَ *dedi tibi illud*. & أَعْطَيْتُكَ *dedisti mihi teipsum*, &c.

Quædam verò transeunt in plura Patientia, & sunt similia his quæ sequuntur.

أَرَاءَ	يُرِى	أَرَى	*ostendit*.
إِظْنَانًا	يُظِنُّ	أَظَنَّ	*persuasit, existimare fecit*.
إِيجَادًا	يُوجِدُ	أَوْجَدَ	*experimento demonstrauit*.

His dices, exempli gratia, أَرَى اللهُ الْعَالَمَ الْمَسِيحَ الاهًا *ostendit Deus mundo Christum Deum*. أَظَنَّ زَيْدٌ أَتْبَاعَهُ الْبَاطِلَ حَقًّا *persuasit*, seu *existimare fecit Zaidus sectatores suos mendacium veritatem*, &c.

Et omnia Verba quæ dicuntur Cordium, de quibus infra; si fiant ordinis أَفْعَلَ, vel فَعَّلَ, ita vt fiant Transitiua, si sint Intransitiua; vel si Transitiua in primum Patiens fiant Transitiua in secundum: possunt enim Verba hoc modo alterari apud Arabes, vt رَأَى *vidit*, est Verbum Transitiuum, vt رَأَءَهُ *vidit illud*, & sic transit in primum Patiens: addito أ in principio transit in secundum Patiens, vt أَرَأَءَهُ *ostendit ei illud*: & dici potest cum duobus Patientibus أَرَأَءَهُ أَيَّاهُ *ostendit ei illud*, imò & in tertium si dicatur cum ب littera Giarri, أَرَى بِهِ *ostendere fecit ipsum*, vt si dicatur أَرَيْتُ بِزَيْدٍ عَمْرًا هِنْدًا *ostendere feci Zaidum Amro Hindam*, idest, *feci vt Zaidus ostenderet Amro Hindam*, seu *feci vt Zaidus faceret videre Amro Hindam*. Ita etiam عَلِمَ *sciuit* est Transitiuum in primum Passum; & fiet Transitiuum in secundum, si dicatur أَعْلَمَ *scire fecit*, vel عَلَّمَ *docuit*; & si dicatur cum littera Giarri, hoc ipsum fiet Transitiuum in tertium, vt عَلَّمَ بِهِ *docere fecit eum*. Si igitur

Verba

Verba Cordium fiant hoc modo Transitiua in tria, omnia pertinebunt ad hanc regulam.

Hæc & similia, si Passiuè enuncianda sint, nulla facta mentione de Agente, Patiens primum locabitur in Rafeo, reliquis duobus in Nasbo relictis, vt أُظِنَّ أَتْبَاعُ هُودِ الْبَاطِلَ حَقًّا *ingestum est menti sectatorum Hud mendacium pro veritate*. vel, nec facta mentione de primo Patiente, poterit secundum locari in Rafeo, relicto tertio in Nasbo, vt أُظِنَّ الْبَاطِلَ حَقًّا *suasum est mendacium pro veritate*.

Transitiua in Patiens clarum, & non clarum.

Diximus de Intransitiuis, tam de his quæ solo contenta sunt Agente, quàm de his, quæ admittunt etiam Nomen contractum per Particulas Giarri: quæ possunt dici aliqua ratione Transitiua, quia habent Patiens, quamuis non clarum: sed magis proprie dicuntur Intransitiua, quia Patiens non clarum impropriè Patiens dicitur, excepto eo in quod transit Verbum media Particula ب, per quam redditur Patiens proprie, vt ذَهَبْتُ بِهِ, idem est enim ac dicere أَذْهَبْتُهُ *abire feci eum*. Cætera verò magis propriè Intransitiua dicentur; & iam supra inter Intransitiua de ipsis dictum est.

Sunt præterea quædam vtrumque Patiens exigentia, & Clarum & non Clarum.

Quædam enim, præter Agens & Patiens verum, exigunt alterum cum Particula ب, & sunt quæ sequuntur cum similibus.

تَبْشِيرًا	يُبَشِّرُ	بَشَّرَ	*euangelizauit, prædicauit*.
إِخْبَارًا	يُخْبِرُ	أَخْبَرَ	*narrauit*.

His dices أُبَشِّرُكَ بِالْإِنْجِيلِ اللهِ *annuntio tibi Euangelium Dei*. أَخْبَرَنَا الْمَسِيحُ بِجَمِيعِ أَسْرَارِ اللهِ *manifestauit nobis Christus omnia mysteria Dei*.

Alia, præter Agens & Patiens, requirunt tertium Casum cum Particula عن *de*. vt

سَنْجًا	يُسَنِّخُ	سَنَّخَ	*aucrtit, retraxit*.
إِرْجَاعًا	يُرَجِّعُ	أَرْجَعَ	*recedere fecit*.
إِرْدَادًا	يُرِدُّ	أَرَدَّ	*redire fecit*.
صَدًّا	يَصُدُّ	صَدَّ	*propulsauit*.

Dices أَرْجَعْتُ مُحَمَّدًا عَنْهُ *remoui Mahumetem ab eo*. أَرَدَّ زَيْدًا عَنْهُ *propulsauit*.

uit Zaidum ab illo. سَيَّخَ مُحَمَّدٌ زَيْدًا عَنْ رَأْيِهِ *auertit Mahomet Zaidum à sententia sua.* صَدَّ ٱللّٰهُ عَنْ يُوشَافَاطَ ٱلْجَيْشَ *recedere fecit Deus à Iosaphat exercitum.*

Alia, præter Agens & Patiens, exigunt tertium casum cum Particula من *ex*, & sunt similia his.

تَخْلِيصًا	يُخَلِّصُ	خَلَّصَ	*eripuit, liberauit.*
طَرْدًا	يَطْرُدُ	طَرَدَ	*expulit, eiecit.*
ءَاخْرَاجًا	يُخْرِجُ	ءَاخْرَجَ	*protulit, produxit.*
ءَابْعَادًا	يُبْعِدُ	ءَابْعَدَ	*semouit.*
ءَاسْتِعَارَةً	يَسْتَعِيرُ	ءَاسْتَعَارَ	*petijt mutuo.*

Dices خَلَّصْتُهُ مِنَ ٱلْمَوْتِ *eripui eum de morte.* أَخْرَجَهُمُ ٱللّٰهُ مِنْ مِصْرَ *eduxit eos Deus de Aegypto.* أَبْعَدَنِي ٱلرَّبُّ مِنَ ٱلشَّرِّ *semouit me Dominus à malo.* إِسْتَعَارَ بَنُوا إِسْرَائِيلَ أَوَانِيَ ذَهَبِيَّةً كَثِيرَةً مِنَ ٱلْمِصْرِيِّينَ *acceperunt mutuo filij Israel vasa aurea multa ab Aegyptijs.*

Quædam ex his vtroque modo construi possunt, vel cum عن *de, ab*, vel cum من *ex*: sed in diuersam acceptionem, vt طَرَدَهُمْ مِنَ ٱلنَّعِيمِ *expulit eos de paradiso.* Quo denotatur extramissio eius quod intus erat: عن autem denotat potiùs permanentiam in elongatione, & obstaculum ne quis accedat, aut ingrediatur, cùm iam foris maneat, vt طَرَدَهُمْ عَنِ ٱلنَّعِيمِ *arcet eos à paradiso.* Hoc autem prouenit ex diuersitate sensus Particularum. Si quis enim dicat خَارِجًا مِنَ ٱلْمَدِينَةِ, sensus erit, *egredientem de ciuitate.* Si verò dicatur خَارِجًا عَنِ ٱلْمَدِينَةِ erit sensus, *extra ciuitatem*, &c.

Alia exigunt, præter Agens & Patiens, Nomen contractum mediante Particula على *super, circa, contra.* Et sunt similia his

مُجَازَاةً vel جِزَآءً	يُجَازِي	جَازَى	*retribuit, rependit.*
شُكْرًا	يَشْكُرُ	شَكَرَ	*gratias egit.*

حمد

حَمْدًا	يَحْمَدُ	حَمِدَ	*laudauit.*

Dices ءَاشْكُرُ ٱللّٰهَ عَلَى جَمِيعِ ٱحْسَانِهِ إِلَيْكَ *Gratias ago Deo pro omni beneficentia sua in te.* أَحْمَدُ ٱللّٰهَ عَلَى حِلْمِهِ ٱلْعَظِيمِ *Laudo Deum de mansuetudine sua magna.* جَازَاهُ عَلَى فِعْلِهِ *retribuit ei iuxta opus suum.*

Quædam, præter Agens in Rafeo & Patiens in Nasbo, exigunt Giarrum mediante Particula ل, vt

هِبَةً vel وَهَبًا vel وُهْبًا	يَهِبُ	وَهَبَ	*donauit.*

Dices وَهَبَ لَهُ زُمُرُّدًا *donauit ei smeragdum.*

Quædam, præter duo necessaria Agens & Patiens, exigunt tertium Casum cum Particula فى *in*, ratione quadam peculiari, non vniuersali, prout omnia Verba admittunt, vt diximus de Patiente In quo, explicante circumstantiam Temporis & Loci. Sunt autem his similia.

عَرْزًا	يَعْرِزُ	عَرَزَ	*infixit.*
طَعْنًا	يَطْعَنُ	طَعَنَ	*transfixit.*
رَكْزًا	يَرْكُزُ	رَكَزَ	*fixit.*

Dices عَرَزَهُ فِي ٱلْأَرْضِ *fixit illud in terra.* طَعَنَهُ فِي جَانِبِهِ *transfixit eum in latere.* رَكَزَ ٱلرُّمْحَ فِي ٱلْمَبْلُوطِ بِٱلْحِجَارَةِ *fixit lanceam in pauimento lapidibus strato.*

Quædam, præter Agens & Patiens, exigunt alium Casum cum Particula الى *ad, vsque ad, in.* Et sunt similia quæ sequuntur.

ادْعَامًا	يُدْغِمُ	ءَادْغَمَ	*intromisit.*
ءِدْخَالًا	يُدْخِلُ	أَدْخَلَ	*introduxit.*
بَعْثًا	يَبْعَثُ	بَعَثَ	*misit.*
ءَاضَافَةً	يُضِيفُ	ءَاضَافَ	*annexit.*
إِسْنَادًا	يُسْنِدُ	ءَاسْنَدَ	*reclinauit.*
تَحْوِيجًا	يُحَوِّجُ	حَوَّجَ	*indigere fecit.*

Dices أَدْخَلْتُهُ إِلَى فَلْسٍ وَاحِدٍ حَوَّجْتُهُ إِلَى فَلْسٍ وَاحِدٍ *indigere feci eum quadrante vno.* قَدَّمْتُ السُّلْطَانِ *introduxi eum ad Principem.*

Quædam verò, præter Agens & Patiens, requirunt plures Casus, medijs pluribus Contractionis seu Giarri Particulis; vt cum مِنْ *ex, de,* & إِلَى *ad:* vt sunt quæ sequuntur cum similibus.

أَرْسَلَ	يُرْسِلُ	إِرْسَالاً	*misit.*
إِسْتَخْرَجَ	يَسْتَخْرِجُ	إِسْتِخْرَاجاً	*extraxit.*
قَلَبَ	يَقْلِبُ	قَلْباً	*conuertit, reuoluit.*
نَقَلَ	يَنْقُلُ	نَقْلاً	*transtulit.*

Dices قَلَبَهُ مِنَ الشِّمَالِ إِلَى الْيَمِينِ *conuertit illum de sinistra in dexteram.*

أَرْسَلَ يَعْقُوبُ يُوسُفَ مِنَ الْبَيْتِ إِلَى الْحَقْلِ *misit Iacob Ioseph de domo in agrum.*

إِسْتَخْرَجَ زَيْدًا مِنَ الْبَيْتِ إِلَى السُّوقِ *extraxit Zaidum de domo in plateam.*

Alia alijs quoque Particulis construuntur, iuxta diuersitatem actionum quas denotant: & etiam superius enumerata alijs quoque modis construi possunt; prout in Dictionario annotabimus.

Et vniuersa, si Passiuè enuncianda sint, nulla facta mentione de Agente, Patiens clarum locabitur in Rafeo, cætera verò relinquuntur post suas Particulas in ea dispositione quam habebant in locutione Actiua, vt شُكْرَ اللهِ عَلَى إِحْسَانِهِ *gratiæ actæ sunt Deo pro sua beneficentia.* بُشِّرَ الْعَالَمُ بِالْإِنْجِيلِ الْمَسِيحِ *prædicatum est mundo Euangelium Christi.* أُرْسِلَ يُوسُفُ مِنَ الْبَيْتِ إِلَى الْحَقْلِ *missus est Ioseph de domo in agrum.*

Quòd si Verbum habeat duo Patientia clara, alterutrum ipsorum locabitur in Rafeo, relicto altero in Nasbo: Patientia autem non clara semper relinquuntur post suas Particulas. Sit exemplum de vnico Verbo, quod potest construi & cum duobus Patientibus claris; & eum altero Claro, & altero non Claro, & in eandem significationem: vt cum duobus Nasbis, seu Patientibus claris وَعَدَ زَيْدًا الْأَمْرَ *promisit Zaido rem.* Hoc duplici modo efferri potest Passiuè, vel وُعِدَ الْأَمْرُ زَيْدًا *promissa fuit res Zaido.* vel وُعِدَ زَيْدٌ الْأَمْرَ *promissum fuit Zaido de re.* Quòd si prolatum sit Actiuè cum Nasbo & Particula Giarri, seu cum Patiente claro & non claro,

claro, sic وَعَدَ زَيْدًا بِالْأَمْرِ *promisit Zaido rem.* Vnico tantùm modo dicetur Passiuè وُعِدَ زَيْدٌ بِالْأَمْرِ *promissum fuit Zaido de re.*

Accipe & alterum exemplum in Verbo, quod diuerso modo constructum, diuersas obtinet significationes, vt عَدَلَ زَيْدًا *adæquauit Zaidum,* Passiuè sic dicetur عُدِلَ زَيْدٌ *adæquatus est Zaidus.* Et عَدَلَ عَنْ زَيْدٍ *recessit à Zaido.* Passiuè dicetur عُدِلَ عَنْ زَيْدٍ *recessum est à Zaido.* Et عَدَلَ إِلَى زَيْدٍ *reuersus est ad Zaidum.* Passiuè dicetur عُدِلَ إِلَى زَيْدٍ *reditum est ad Zaidum,* &c.

Itaque omnis doctrina de Verbis regularibus in hoc sita est, vt in locutione Actiua Agens locetur in Rafeo, Patiens clarum in Nasbo, quotquot sint: Patientia verò non clara post suas Particulas Contractionis in casu Giarro. In Passiua autem locutione de Agente non fit mentio, Patiens clarum locatur in Rafeo, & si plura sint, ad libitum vnum ex ipsis Rafeabitur: in quo hoc vnum est animaduertendum, vt quod locatur in Rafeo non se habeat per modum Prædicati, vt أُرِيَ زَيْدًا الْمَسِيحَ إِلَاهًا *ostendi Zaido Christum Deum.* Non bene dicetur أُرِيَ زَيْدًا الْمَسِيحِ إِلَاهٌ *ostensus est Zaido Christum Deus,* locato ly إِلَاهٌ *Deus* in Rafeo, quia in propositione Actiua iam memorata se habet tamquam Prædicatum; sed dici poterit duplici modo Passiuè, vel locato ly زَيْدٌ *Zaid* in Rafeo, vt أُرِيَ زَيْدٌ الْمَسِيحَ إِلَاهًا *doctus fuit Zaidus Christum esse Deum.* vel locato ly الْمَسِيحُ *Christus* in Rafeo, vt أُرِيَ لِزَيْدٍ الْمَسِيحُ إِلَاهًا *ostensus fuit Zaido Christus Deus.* Quodcumque igitur Patiens clarum, dummodo dicto modo non se habeat, vt ly إِلَاهًا *Deum* in prædicta Propositione, poterit in Rafeo locari, reiectis cæteris. Patientia autem non clara relinquuntur semper post suas Particulas: ita etiam relinquuntur in eadē dispositione ea, quæ præter Patiens in Actiua locutione reperiūtur: adduntur enim quædam vel ad explicandam durationem, vt يُحِبُّ زَيْدٌ أَبَاهُ إِلَى الْمَمَاتِ *diliget Zaidus patrem suum vsque ad mortem.* vel ad explicationem Instrumenti, vt ضَرَبَنِي غُلَامُ زَيْدٍ بِسَيْفِهِ *percussit me seruus Zaidi gladio suo.* مَسَكَنِي أَسَارَى بِأَيْدِيهِمْ *tenuerunt me serui mei manibus suis.* Vel ad explicandam intensionem, vt زَيْدٌ يُحِبُّنِي بِكُلِّ قَلْبِهِ *Zaidus diligit me toto corde suo.* Vel ad explicandum situm vel locum, vt نَظَرَنِي رَجُلٌ مِنْ بَيْتِهِ *vidit me vir quidam de domo sua.*

ſua. Vel alia ratione, prout ſupra explicuimus agentes de Diuerſis Denominationibus, quæ ſortiuntur partes Orationis dum actu ipſam componunt: ibi diximus.

Nec eſt ſilendum de peculiari modo quo ſolent Arabes conſtruere Verba, ad inſtar peculiaris Adiectiui ipſorum, de quo diximus agentes de Concordatione Adiectiui cum Subſtantiuo: ſimiliter enim dicitur cum Verbo, vt زَيْدٌ ضَرَبَنِي غُلَامُهُ *Zaidus, percuſſit me puer eius*. زَيْدٌ جَرَحَ أَبَاهُ عَمْرٌو *Zaidus, vulnerauit patrem eius Amrus*. زَيْدٌ أَقْتُلُ أَخَاهُ *Zaidus, occidam fratrem eius*. زَيْدٌ مَرَرْتُ بِبَيْتِهِ *Zaidus, tranſiui per domum eius*.

Et hæc ſufficiant de Verbis Regularibus: modo ſupereſt de Irregularibus dicendum, quæ ſingillatim explicanda ſunt, propterea enim dicuntur Audibilia.

De Conſtructione Verborum Irregularium.

quæ dicuntur سماعية *Audibilia*.

QVattuor tantum Verborum Audibilium ſpecies enumerantur in libello de Centum regentibus, nempe أَفْعَالُ النَّاقِصَةُ الأَفْعَال *Verba Deficientia*. أَفْعَالُ الْمُقَارَبَةِ *Verba Propinquitatis*. أَفْعَالُ الْمَدْحِ وَالذَّمِّ *Verba laudis & improperij*. أَفْعَالُ الشَّكِّ وَالْيَقِينِ *Verba dubietatis & certitudinis*. Nobis autem de quinta etiam ſpecie eſt agendum, nempe de فِعْلَا التَّعَجُّبِ *duobus Verbis Admirationis*. Et mox de omnibus ſingillatim: & primò

فى الافعال الناقصة

De Verbis Deficientibus.

DIcuntur eiuſmodi Verba Deficientia, quia Intranſitiua cùm ſint, vnicum eis nomen non ſufficit, ſicut cæteris, ad ſenſus integritatem: requirunt autem duo; prius, quod aliàs ſine his Verbis eſſet Mobtadaum, at poſt hæc Verba dicitur Nomen ipſorum: alterum quod requirunt eſt Chabarum ſeu Prædicatum, hoc locant in Nasbo, illud in Rafeo. Sunt autem hæc tredecim potiſſima.

كَانَ	يَكُونُ	كَوْنًا	*fuit*.
أَمْسَى	تُمْسِي	إِمْسَاءً	*ſero fuit*.
بَاتَ	يَبِيتُ	بَيْتُوتَةً	*pernoctauit, nocte fuit*.
ظَلَّ	يَظَلُّ	ظَلُولًا	*die fuit*.

اصباحا

أَصْبَحَ	يُصْبِحُ	إِصْبَاحًا	*mane fuit*.
أَضْحَى	يُضْحِي	إِضْحَاءً	*meridie fuit*.
صَارَ	يَصِيرُ	صَيْرًا	*factus eſt, euaſit*.
لَيْسَ	*Non fuit*.	Et habet tantummodo voces Præteriti.	
مَا زَالَ	مَا يَزَالُ	زَوَالًا	*non ceſſauit*.
مَا انْفَكَّ	مَا يَنْفَكُّ		*non deſtitit eſſe*.
مَا فَتِئَ	مَا يَفْتَأُ		*non defecit*.
مَا بَرِحَ			*non deſijt eſſe*.
مَا دَامَ			*quamdiu fuit*.

His dices, exempli gratia, كَانَ زَيْدٌ قَائِمًا *fuit Zaidus ſtans*. أَمْسَى الظِّلُّ طَوِيلًا *veſpere fuit vmbra longa*. بَاتَ عَمْرٌو سَاهِرًا *pernoctauit Amrus inſomnis*. ظَلَّ زَيْدٌ صَائِمًا *diem duxit Zaidus ieiunus*. أَصْبَحَ الْبَرْدُ شَدِيدًا *mane fuit frigus vehemens*. أَضْحَى الْحَرُّ مُحْرِقًا *meridie fuit calor æſtuoſus*. صَارَ عُثْمَانُ مُسْلِمًا *factus eſt Othman Mahometanus*. لَيْسَ زَيْدٌ نَائِمًا *non eſt Zaidus dormiens*. مَا زَالَ زَيْدٌ عَالِمًا *non deſtitit eſſe Zaidus doctus*. مَا انْفَكَّ عَمْرٌو جَالِسًا *non ceſſauit Zaidus ſedere*. مَا فَتِئَ بَكْرٌ مُحْسِنًا *non ceſſauit Bacrus benefacere*. مَا بَرِحَ خَالِدٌ كَرِيمًا *non deſtitit Chaledus eſſe liberalis*. أَجْلِسُ مَا دَامَ زَيْدٌ جَالِسًا *ſedebo quamdiu Zaidus ſedet*. أُحِبُّ اللَّهَ مَا دَامَتْ حَيَاتِي *diligam Deum quamdiu durabit vita mea.*

Licet quoque præmittere Chabarum horum Verborum eorum Nominibus, ſeu Mobtadais, vt كَانَ نَائِمًا زَيْدٌ *erat dormiens Zaidus*. مَا زَالَ نَائِمًا زَيْدٌ *non ceſſauit dormire Zaidus*. Licet etiam illud præmittere Verbis non habentibus in principio negatiuam مَا, vt طَوِيلًا أَمْسَى الظِّلُّ *longa fuit vmbra ſero*. Idem dicendum de Verbo negatiuo لَيْسَ *non fuit*, quamuis enim non habeat Particulam, virtute tamen illam continet. Habet autem quatuordecim voces Præteriti, iuxta

diuer.

diuersitates Generum, Numerorum, ac Personarum, vt

لَيْسُوا	لَيْسَا	لَيْسَ
non fuerunt illi pl.	*non fuerunt illi duo.*	*non fuit ille.*
لَسْنَ	لَيْسَتَا	لَيْسَتْ
non fuerunt illæ pl.	*non fuerunt illæ duæ.*	*non fuit illa.*
لَسْتُمْ	لَسْتُمَا	لَسْتَ
non fuistis vos pl.	*non fuistis vos duo.*	*non fuisti tu vir.*
لَسْتُنَّ	لَسْتُمَا	لَسْتِ
non fuistis vos pl. mul.	*non fuistis vos duæ.*	*non fuisti tu mul.*
لَسْنَا		لَسْتُ
non fuimus nos.		*non fui ego.*

Interdum præfigitur Chabaro huius Verbi Particula ب, & ponitur in Giarro, & tunc non connotatur tempus Præteritum, sed sensus est absolutus, æquè ac si diceretur per Particulas ما, & لا *non*, vt لَيْسَ يُوسُفُ بِجَاهِلٍ, idem est ac مَا يُوسُفُ بِجَاهِلٍ, vel لَا يُوسُفُ بِجَاهِلٍ *non est Ioseph insipiens*. In quo autem differant huiusmodi Particulæ à Verbo hoc, diximus agentes de Particulis Exceptiuis, & de Negatiuis.

Similiter مَا دَامَ *quamdiu fuit, quamdiu permansit, quamdiu durauit*. Cùm habet ante se ما *id quod, quamdiu*, habet tantummodo voces Præterlti; & pertinet ad Verba Deficientia: at reiecta ما, huc non pertinet, sed est Verbum Intransitiuum, sicut & cætera, & coniugatur iuxta primam Coniugationem دَامَ *permansit, durauit*. يَدُومُ *perdurat*. دَوَامًا *durare, persteuerare*.

Verbum autem كَانَ *fuit*, quadruplici modo potest vsurpari. Primò, vel tamquam Verbum Deficiens, vt diximus, quo denotatur tantùm copula Prædicati cum Subiecto, ita vt Subiectum in Rafeo, Prædicatū verò in Nasbo collocet, vt in exemplis allatis. Secundò, sine alia operatione, nisi ea quæ tribuitur Verbo Intransitiuo: & hoc vel respectu Simplicis, vt كَانَ الْأَمْرُ *fuit negotium, factum est negotium, extitit*. Et in hoc sensu est Verbum perfectum, sicut Intransitiua omnia. Tertiò, potest eiusmodi operationem exercere respectu integræ summæ, vt كَانَ الْمَسِيحُ مَصْلُوبًا *fuit Christus crucifixus*. Et tunc non operatur in Chabaro, seu Prædicato

to Nasbum, quia non influit in omnes partes singillatim, sed in totam propositionem quasi esset vna dictio, ac si diceretur كَانَ هٰذَا أَيِ الْمَسِيحُ مَصْلُوبًا *fuit hoc, nempe Christus crucifixus*. & ly أَلْمَسِيحُ مَصْلُوبٌ *Christus fuit crucifixus*. sumitur loco simplicis. Quartò vsurpatur etiam pleonasticè, vt مَا كَانَ أَفْضَلَ مَرْيَمَ الْعَذْرَاءَ *quàm perfecta est Maria Virgo!* Vbi ly كَانَ est abundans, & bene sine ipsa procederet sermo.

Verbum item صَارَ *factum est*, habet etiam plerumque sensum integrum cum Agente tantùm, sicut cætera Intransitiua, & sicut Verbum كَانَ *fuit*, vt صَارَ الْأَمْرُ *factum est negotium, perfectum est*.

Si Verba huiusmodi fient composita iuxta formam فَعَّلَ, euadent Transitiua, & construentur cùm duobus Nasbis, ad instar Verborum cordis, de quibus infra. Sunt autem priora septem, nempe

كَوَّنَ	يُكَوِّنُ	تَكْوِينًا
creauit, generauit, esse fecit.		
مَسَّى	يُمَسِّي	تَمْسِيَةً
sero esse fecit.		
بَيَّتَ	يُبَيِّتُ	تَبْيِيتًا
pernoctare fecit.		
ظَلَّلَ	يُظَلِّلُ	تَظْلِيلًا
die esse fecit.		
صَبَّحَ	يُصَبِّحُ	تَصْبِيحًا
tempore matutino esse fecit.		
ضَحَّى	يُضَحِّي	تَضْحِيَةً
meridionare fecit.		
صَيَّرَ	يُصَيِّرُ	تَصْيِيرًا
euadere fecit.		

Dices صَيَّرَ اللّٰهُ زَيْدًا نَصْرَانِيًّا *fieri fecit Deus Zaidum Christianum*. Et in Passiua locutione صُيِّرَ زَيْدٌ نَصْرَانِيًّا *factus est fieri Zaidus Christianus*.

افعال المقاربة

Verba Propinquitatis.

DIcuntur huiusmodi, Verba Propinquitatis, ex eorum significatione. Et quatuor enumerantur communiter, quamuis plura sint, prout sequitur,

Primum est عَسَى *fortasse, forsitan*, indeclinabile, ita vt Chamus recenseat illud inter Particulas. Præterea

كَادَ	يَكَادُ	كَوْدًا مَكَادًا مَكَادَةً	*inibi fuit, prope fuit, ferè.*
وَشَكَ	يَوْشَكُ	وَشْكًا	*parum abfuit.*
طَفِقَ	يَطْفَقُ	طُفُوقًا & طَفَقًا	*attendit perseueranter facere.*
كَرَبَ	يَكْرَبُ	كُرُوبًا	*appropinquauit, prope fuit.*
أَخَذَ	يَأْخُذُ	أَخْذًا	*cœpit, assumpsit.*
جَعَلَ	يَجْعَلُ	جَعْلًا	*apposuit.*

Dices عَسَى زَيْدٌ أَنْ يَخْرُجَ *forsitan Zaidus egredietur.* vel عَسَى أَنْ يَخْرُجَ زَيْدٌ *forsitan quòd egredietur Zaidus: Iamiam egreditur Zaidus.* Vel sine أَنْ dices عَسَى زَيْدٌ يَخْرُجُ *inibi est vt egrediatur Zaidus.* Reperitur in Alchorano هَلْ عَسَيْتُمْ إِنْ لَا تُقَاتِلُوا *Quod sic explicat Chamus* اى هَلْ أَنْتُمْ قَرِيبٌ مِنَ الْفِرَارِ *num vos, inibi est, vt fugiatis?* sonat autem ad verbum: *num vos exponetis periculo insignia?* vel *num ponitis in spe signum?*

كَادَ Eodem modo construitur ac عَسَى, sed elegantiùs sine أَنْ, at عَسَى elegantiùs cum أَنْ: dices كَادَ مُحَمَّدٌ يَنْطَرِحُ مِنْ جَبَلٍ *prope fuit Mahomet vt præcipitaret se de monte.*

أَوْشَكَ Eodem modo, vel cum اِنْ, vel sine, dices أَوْشَكَ زَيْدٌ أَنْ يَخْرُجَ vel أَوْشَكَ زَيْدٌ يَخْرُجُ *prope fuit, vt exiret Zaidus,*

طفق Secundæ & quartæ Conlugationis, semper affirmatiuè, & sine اِنْ, dicos طَفِقَ يَفْعَلُ ذَا *attendit facere hoc, omni studio, omni applicatione, institit operi.*

Dices similiter cum reliquis كَرَبَ يَفْعَلُ كَذَا *prope fuit vt faceret hoc.* Sine اِنْ: vel, prout in Chamus habetur, cum اِنْ, vt كَرَبَ أَنْ يَفْعَلَ كَذَا *inibi fuit vt faceret hoc.*

Cum اخذ dices semper sine اِنْ, vt أَخَذَ نُوحٌ يُصَلِّي *cœpit Noe orare.* Et similiter dices جَعَلَ يَخْطُبُ *cœpit concionari.*

افعال

افعال المدح والذم

Verba laudis, & improperij.

VErba eiusmodi quattuor sunt, duo ad laudem, duo ad vituperationem, & sunt نِعْمَ *bonus est, vel fuit.* حَبَّذَا *amabilis est.* بِئْسَ *malus est.* سَاءَ *iniquus, vel odibilis est.* Sunt Indeclinabilia, & ad summum suscipiunt ت notam generis feminini, quam tamen non admittit حَبَّذَا. Regunt duo nomina determinata, in Rafeo, vt نِعْمَ الرَّجُلُ نُوحٌ *est bonus homo Noe.* Aliquando nomen est implicitum in Verbo, vt in Alchorano, Surat De familia Emrani, sub initium تُحْشَرُونَ إِلَى جَهَنَّمَ وَبِئْسَ الْمِهَادُ *colligemini in gehennam, & malus est lectus.*

Aliquando Nomen, quod stat loco Chabari seu Prædicati, ponitur in Nasbo sine Articulo, vt نِعْمَ رَجُلًا نُوحٌ *bonus homo est Noe.* بِئْسَ رَجُلًا زَيْدٌ *malus homo est Zaidus.* Et licet hoc vel illo modo quattuor hæc verba construere, sed prior modus frequentior. Dices item حَبَّذَا الرَّجُلُ نُوحٌ *amabilis homo est Noe.* Et est hoc Verbum, vt patet, compositum ex حَبَّ *amauit,* & ذَا *hoc, istud.* Et سَاءَ الرَّجُلُ زَيْدٌ vel سَاءَ رَجُلًا زَيْدٌ *odibilis homo est Zaidus.*

Dicitur autem secundum Chamus, نِعْمَ نِعْمَ نِعْمَ نِعَمَّ vel نَعَّمَ *bonus, elegans, amabilis fuit.* Et additur in fine نعم, & بيس Particula ما, & apponit exemplum hoc Chamus دَقَقْتُهُ دَقًّا نَعِمَّا *contriui illud contritione eleganti.* Et dicitur نَعِمَّا, نَعَّا, & نَعِمًّا *elegans est, bonus est.* Ita etiam & بِئِسَّمَا *malus, odibilis est.* vt in Alchorano بِئِسَّمَا اشْتَرَوْا *malum est quod emerunt, seu operati sunt.*

افعال القلوب

Verba Cordium.

SEx Verba præcipuè, Verba Cordium dicta, quia actus interioris cognitionis exprimunt, & dicuntur alio nomine أَفْعَالُ الشَّكِّ وَالْيَقِينِ *Verba dubietatis & certitudinis,* & sunt.

رَأَى	يَرَى	رُؤْيًا	*vidit.*

وَجَدَ	يَجِدُ	وُجْدًا	*inuenit, reperit.*
عَلِمَ	يَعْلَمُ	عِلْمًا	*sciuit, nouit.*
خَالَ	يَخَالُ	خَيْلًا	*suspicatus est, imaginatus est.*
حَسِبَ	يَحْسِبُ	حِسْبَانًا	*censuit, arbitratus est.*
ظَنَّ	يَظُنُّ	ظَنًّا	*existimauit.*
زَعَمَ	يَزْعَمُ	زَعْمًا	*opinatus est.*

His dices, exempli gratia, أَنَا عَلِمْتُ زَيْدًا عَالِمًا *noui Zaidum esse doctum.* رَأَى حَامُ نُوحًا مُتَكَشِّفًا *ego reperi Noe esse fortem.* وَجَدْتُ نُوحًا قَوِيًّا *vidit Cham Noe esse nudatum.* زَعَمَ ٱلْفِيلَسُوفُ ٱلْعَالَمَ سَرْمَدِيًّا *opinatus est Philosophus mundum fuisse æternum.* خَالَ مُحَمَّدٌ ٱلنَّاسَ بَهَائِمَ *imaginatus est Mahometes homines esse iumenta.*

Licet etiam, postposito vel interposito Verbo, locare vtrumque Nomen perinde ac si Verbum non adesset, vt زَيْدٌ عَلِمْتُ كَذَّابٌ *Zaidus, noui, est impostor.* مُوسَى نَبِيٌّ عَلِمْتُ *Moyses est propheta, noui.*

Suspenditur etiam operatio horum Verborum, vel per interpositionem لِ Inchoatiui, vt عَلِمْتُ لِزَيْدٍ عَبْدٌ *noui, vtique Zaidus seruus*, vel per Interpositionem alicuius Particulæ negatiuæ, vt عَلِمْتُ مَا زَيْدٌ عَالِمٌ *noui, non est Zaidus doctus.* Vel per interpositionem Particulæ Interrogatiuæ, vt رَأَيْتَ أَزَيْدٌ هَاهُنَا أَمْ عَمْرٌو *vidisti, num Zaidus est hic, an Amrus?* Et عَلِمْتُ أَيُّهُمَا قَائِمٌ *nosti, vter ipsorum est stans?*

Etiam alia Verba sunt, quæ eodem modo construi possunt cum duobus Nasbis, vt تَرَكَ ٱلْمَوْلَى ٱلْعَبْدَ مَرِيضًا *reliquit herus seruum infirmum.* جَعَلَ ٱللّٰهُ نُوحًا نَبِيًّا *constituit Deus Noe prophetam.* أَرْسَلَ ٱلسُّلْطَانُ زَيْدًا قَاضِيًا *misit Imperator Zaidum iudicem.* سَمَّى ٱللّٰهُ ٱلْيَبْسَ أَرْضًا *vocauit Deus aridam terram*, &c.

Possunt etiam dicta Verba cordium regere tria nomina in Nasbo, cum fiunt formæ أَفْعَلَ, vt أَرَيْتُ زَيْدًا نُوحًا طُوبَانِيًّا *ostendi Zaido Noe esse beatum*, seu *vide-*

re feci Zaidum Noe beatum. أَعْلَمْتُ زَيْدًا ٱلْمَسِيحَ إِلٰهًا *docui Zaidum Christum Deum esse.*

Cum autem habent duo Patientia tantùm, & Passiuè quis voluerit proferre sermonem, nulla facta mentione de Agente, Nomen priùs ex Nasbatis, quod se habet tamquam Subiectum, locabitur in Rafeo, relicto altero in Nasbo, vt أُعْلِمَ زَيْدٌ عَالِمًا *cognitus est Zaidus esse doctus.* سُمِّيَ ٱلْوَلَدُ نُوحًا *vocatus est puer Noe.*

Cum item habuerint tria Patientia, in Passiua locutione poterit de primo Patiente Verbum enunciari, relictis posterioribus in Nasbo, vt عُلِمَ زَيْدٌ ٱلْمَسِيحَ إِلٰهًا *edoctus fuit Zaidus Christum esse Deum.* vel nulla facta mentione nec de Patiente primo, locabitur Patiens secundum in Rafeo, relicto tertio in Nasbo, vt أُعْلِمَ ٱلْمَسِيحُ إِلٰهًا *ostensus est Christus Deus.* Quod si fiat mentio de Patiente primo, licet quidem secundum regulam, ipsum relinquere in Nasbo, sed non est vsurpandum propter sermonis ineptitudinem, & amphibologiam.

Et quidem duo ex huiusmodi Verbis, nempe حَسِبَ *putauit*, & خَالَ *suspicatus est*, necessariò postulant duo Patientia. Reliqua verò vsurpantur etiam ad instar aliorum Transitiuorum in vnum Patiens, vt عَلِمْتُ أَسْرَارَكَ *noui secreta tua.* Idem est ac عَرَفْتُهَا *cognoui ea.* Similiter dicitur وَجَدْتُكَ in sensu صَادَفْتُكَ *inueni te, reperi te, assecutus sum te.* & رَأَيْتُكَ in sensu بَصُرْتُ بِكَ *vidi te, conspexi te.* Et ظَنَنْتُ هٰذَا in sensu اتَّهَمْتُهُ *imaginatus sum hoc.* Sic etiam زَعَمْتُ ذٰلِكَ *opinatus sum illud*, &c.

فعلا التعجب

Duæ formæ Verborum Admirationis.

VErba hæc dicuntur Admirationis, non quasi sint peculiaria quædam, distincta à cæteris, sed sunt duæ Formæ ipsorummet Verborum, ad ostendendam Admirationem circa diuersas actiones, quæ ipsis significantur.

Est autem prior Forma iuxta مَا أَفْعَلَ. Idest, addita Verbo ternario أ in principio, ita vt fiat Coniugationis أَفْعَلَ, & præmissa illi Particula seu Nomine مَا *quid, quàm.* Deinde post Verbum collocato Subiecto, de quo est Admiratio, in Nasbo; vt Auctor Caphiæ, & Chamus in dictione حرى, sic dicens مَا أَحْرَاهُ بِهِ Idem est ac مَا أَجْدَرَهُ بِهِ *quàm aptus est ipse huic rei!* ad verbum sonat, *Quid est,*

quod

quod aptum reddidit ipsum ad hanc rem? مَا أَفْضَلَ مَرْيَمَ *quàm perfecta est Maria!*

Et Chamus in dictione نول affert hoc aliud exemplum مَا أَنَالَهُ *quàm munificus est!*

Altera Forma est iuxta بِهِ اِفْعَلْ, nempe addito ا in principio Verbi ternarij simplicis, & formato ipso Verbo ad instar Imperatiui ordinis أكرم; & præfixa ب Particula Giarri ipso Nomini de quo est Admiratio: vnde dices cum Chamus in dictione حرى sic بِهِ أَحْرِ *quàm aptus est!* Propriè ad verbum sonat: *dic aptum, seu fac aptum illum.* اِفْضَلْ بِمَرْيَمَ *quàm perfecta est Maria!* Et ad Verbum, *dic*, vel *fac perfectam Mariam. Dic perfectionem de Maria.*

Formæ autem prædictæ non formantur nisi ex Verbis, ex quibus efformari potest أَفْعَلُ التَّفْضِيلِ *Nomen Superlatiui & Comparatiui*, vt Caphiæ Auctor testatur: scilicet ex Verbis trium litterarum, quæ non explicant actum habendi colorem, vel aliquem defectum corporalem. Pro Verbis autem piu quam ternarijs, vel quæ significant colorem vel defectum, suppletur per alia Verba quæ sint ternaria, explicantia Qualitatem, vel Intensionem, vel Vehementiam circa illa, vt sunt Verba كَثُرَ *multus fuit.* شَدَّ *vehemens, intensus fuit.* عَظُمَ *magnus fuit.* كَبُرَ *creuit.* بَلَغَ *ad summum peruenit:* قَبُحَ *deformis fuit.* Et quamuis hoc vltimum videatur excluſum per prædicta, non tamen ita est, quia non significat aliquam peculiarem deformitatem, verbi gratia, esse cœcum, strabũ, distortum: sed significat in generali: excluduntur autem quæ significant peculiarem deformitatem.

Formatis igitur his Verbis secundum prædictas formas, subiungitur deinde Masdarum Verbi significantis actionem, seu qualitatem de qua est Admiratio, & ipsum Masdarum annectitur subiecto, seu obiecto Admirationis, & dicitur

مَا أَقْبَحَ عَوَرَ زَيْدٍ	*quàm deformis est cœcitas Zaidi!*
مَا أَبْلَغَ حُمْرَةَ هٰذِهِ الْأَنْوَارِ	*quàm rubri sunt hi flores!*
مَا أَعْظَمَ تَكَبُّرَ إِبْلِيسَ	*quàm magna est superbia diaboli!*
مَا أَكْثَرَ دَحْرَاجَ السَّمٰوَاتِ	*quàm multa est reuolutio cælorum!*
مَا أَشَدَّ اِنْقِطَاعَ الْغَيْمِ عِنْدَ الْبَرْقِ بِالرَّعْدِ	*quàm vehemens est scissio nubium, dum coruscat cum tonitru.*

Et dici poterit, ad libitum, secundùm alteram formam, vt

زيد

أَقْبَحَ بِعَوَرِ زَيْدٍ	*quàm deformis cœcus est Zaidus!*
أَبْلِغْ بِحُمْرَةِ هٰذِهِ الْأَنْوَارِ	*quàm intensa est rubedo horum florum!*
أَعْظِمْ بِتَكَبُّرِ إِبْلِيسَ	*quàm turgida est superbitio diaboli!*
أَكْثِرْ بِدَحْرَاجِ السَّمٰوَاتِ	*quàm frequens est reuolutio cælorum!*
أَشْدِدْ بِانْقِطَاعِ الْغَيْمِ عِنْدَ الرَّعْدِ	*quàm vehemens scissio nubiũ, dũ tonat!*

Hic autem non est prætereundum quod docet Chamus in dictione عمى, scilicet Verbum istud denotare cœcitatem, quæ est deformitas corporis, & vt sic non esse aptum huic formationi: insuper denotare cœcitatem cordis vel mentis & in hoc sensu dici posse مَا أَعْمَاهُ *quàm magna est vecordia eius!* Et أَعْمِ بِالْخَطَاةِ *quàm cœci sunt peccatores!* Et hæc sufficiant de Constructione Verborum. Modo dicendum de Constructione Nominum.

DE CONSTRVCTIONE NOMINVM.

NOMINA, quoad Constructionem, alia sunt قِيَاسِيَّةٌ *Regularia*, alia سَمَاعِيَّةٌ *Irregularia*, seu *Audibilia*.

Species Regularium sunt sex, nempe

المصدر	*Masdarum, siue Nomen infinitiuum.*
اسم الفاعل	*Nomen Agentis, siue Participium actiuum.*
اسم المفعول	*Nomen Patientis, seu Participium passiuum.*
الصفة المشبهة	*Adiectiuum, siue Attributum assimilatum.*
الاسم التام	*Nomen perfectum.*
الاسم المضاف	*Nomen annexum:*

Quæ dicuntur مُتَّصِلَةٌ بِالْأَفْعَالِ *coniuncta Verbis*, quia vel ab ipsis deriuantur, vel Verba sunt ab ipsis.

Irregularia seu Audibilia sunt triplicis speciei, nempe

الاسما

أَلْأَسْمَاءُ ٱلْمَنْقُوصَةُ *Nomina diminuta.*

أَلْأَسْمَاءُ ٱلْمُبْهَمَةُ *Nomina indiſtincta.*

أَسْمَاءُ ٱلْأَفْعَالِ *Nomina Verborum.*

Et de Conſtructione horum omnium per ordinem dicendum, & priùs de Regularibus, deinde de Audibilibus.

فى عمل المصدر

De Conſtructione Maſdari.

MAſdarum, præter id quod ei debetur tamquam Nomini, regit etiam Caſus ſui Verbi, tamquam ſi eſſet ipſum Verbum. Et poteſt triplici modo vſurpari. Vel cum Tanuino: vel Annexum: vel cum Articulo.

Quando eſt cum Tanuino maiorem habet vim, & regere poteſt Agens in Raſeo, Patiens in Nasbo, vt

نَظَرْتُ ضَرْبًا زَيْدٌ أَخَاهُ *vidi percutere, ſeu percuſſionẽ Zaidus fratrẽ ſuum.*

إِرْتَضَيْتُ بِضَرْبِ دَاوُدَ جَالُوتَ *placuit mihi percuſſio Dauid Goliath.*

أَعْجَبَنِي غَضَبُ ٱلسُّلْطَانِ عَلَى ٱللُّصُوصِ *placuit mihi indignatio Principis contra latrones.*

Et ſic Maſdarum regit tamquam ſi eſſet Verbum. Ita etiam & Intranſitiuum, vt إِرْتَفَعَ جُلُوسُ دَاوُدَ *Excelſa facta eſt ſeſſio Dauid.* Sed melius dicitur cum Annexione جُلُوسُ دَاوُدَ *ſeſſio Dauidis.*

Secundò, poteſt Maſdarum vſurpari Annexum, & vt ſic etiam Caſus ſui Verbi regit, ſed alternatiuè. Vel enim annectitur Agenti, poſito Patiente in Nasbo, vt

نَصْرُ زَيْدٍ عَمْرًا *adiuuatio Zaidi Amrum.*

إِرْتَضَيْتُ بِنَصْرِ زَيْدٍ عَمْرًا *placuit mihi adiuuatio Zaidi Amrum.*

Vel annecti poteſt Patienti, locato Agente in Raſeo, vt

إِرْتَضَيْتُ بِنَصْرِ عَمْرٍو زَيْدٌ *placuit mihi adiuuatio Amri Zaidus.*

Vel poteſt annecti alterutri, nulla facta mentione alterius. vt

إِرْتَضَيْتُ بِنَصْرِ زَيْدٍ *gratum habui auxilium Zaidi.*

إِرْتَضَيْتُ بِنَصْرِ عَمْرٍو *placuit mihi auxiliatio Amri.*

Sed hoc vltimo modo, meliùs & clariùs annectitur Patienti Maſdarum ſenſus Paſſiui, vt تَعِبْتُ عَلَى تَتْمِيمِ ٱلْكِتَابِ *laboraui circa expletionem libri.*

Tertiò, vſurpari poteſt Maſdarum cum Articulo, & ſic etiam habet vim regendi caſus ſui Verbi, ſed non admodum eſt in vſu: vnde dici poterit إِرْتَضَيْتُ بِٱلنَّصْرِ زَيْدٌ عَمْرًا *placuit mihi adiuuatio Zaidus Amrum.*

Sed melius dicitur ſine Articulo: vel reſoluitur per Verbum cum Particula Maſdarali, vt إِرْتَضَيْتُ بِأَنْ يَنْصُرَ زَيْدٌ عَمْرًا *gratum fuit mihi, quòd adiuuaret Zaidus Amrum.*

فى عمل الفاعل

De Conſtructione Nominis Agentis.

AGentis nomen, ſeu Participium Actiuum, duas exigit conditiones ad hoc vt Caſus Verbi regere poſſit: nempe, vt ſit ſermo de actione præſenti vel futura: item vt in ea ſit diſpoſitione, vt loco eius bene ſtaret Verbum; idque ſex modis accidere poteſt, nempe ſi ſit adiunctum ipſum nomen Agentis, vel

المبتدأ Mobtadao.

vt زَيْدٌ نَاصِرٌ ٱبْنُهُ هِنْدًا *Zaidus, adiuuans eſt,* ſeu *adiuuat filius eius Hindam.*

معتمد على الموصول Adiunctum habenti Relatiuum.

vt رَأَيْتُ ٱلَّذِى قَائِمٌ أَبُوهُ *vidi illum, cuius ſtans,* vel *ſtat pater eius.*

على ذى الحال Adiunctum habenti Diſpoſitionem.

vt مَرَرْتُ بِزَيْدٍ نَائِمًا أَخُوهُ *tranſiui iuxta Zaidum, dormiente,* ſeu *dum dormiret frater eius.*

على الموصوف Adiunctum habenti Adiectiuum.

vt رَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْأَحْمَقَ ٱبْنُهُ *vidi Zaidũ ſtolidũ filius eius,* ſeu *cuius filius ſtolidus eſt.*

معتمدا على الف الاستفهام Adiunctum interrogationis.

vt أَنَاصِرٌ زَيْدٌ هِنْدًا *nũ adiuuans Zaidus Hindam?* ſeu *num adiuuat Hindã?*

على حرف النفى Innixum Particulæ negatiuæ.

vt مَا نَاصِرٌ زَيْدٌ هِنْدًا *non adiuuans,* ſeu *non adiuuat Zaidus Hindam.*

Itaque esse debet sermo de præsenti vel futura actione, cum enumeratis dispositionibus, vt stans loco Verbi Participium Actiuum, obtineat vires Verbi, vt explicatum est. Et adiunctio Articuli non minuit vires operationis, eodem enim modo influit vel cum Articulo, vel sine Articulo.

Si autem desit alterutra ex recensitis conditionibus, illicò vi operandi destituitur, nec regere poterit, nisi, tamquam Nomen, in Giarro aliud Nomen; quod est omnibus Nominibus vniuersalissimum, vt

نَاصِرُ هِنْدٍ كَرِيمٌ	*adiutor Hindæ probus est vir.*
قَعَدَ نَاصِرُ هِنْدٍ	*sedit adiutor Hindæ.*
غَضِبْتُ عَلَى ضَارِبِ زَيْدٍ	*iratus sum in percussorem Zaidi.*
رَأَيْتُ نَاصِرَ هِنْدٍ	*vidi adiutorem Hindæ.*
مَرَرْتُ بِنَاصِرِ هِنْدٍ	*transiui iuxta adiutorem Hindæ.*
مَا رَأَيْتُ إِلَّا نَاصِرَ زَيْدٍ	*non vidi nisi adiutorem Zaidi.*
يَا نَاصِرَ زَيْدٍ	*ô adiutor Zaidi.*

Et sic non regit nisi in Giarro Nomen cui annectitur, in quo obseruanda sunt quæ diximus supra dum ageremus de Contracto & Annexo, recensentes munia & denominationes partium Orationis.

فى عمل المفعول

De Constructione Participij Passiui.

Sicut nomen Agentis, ita etiam & nomen Patientis, cum eisdem conditionibus potest regere Casus sui Verbi, respectiuè pro sui quisque forma, Actiua vel Passiua, vt

زَيْدٌ مَضْرُوبٌ أَخُوهُ	*Zaidus percussus est frater eius,*
جَاءَنِي الَّذِي مَضْرُوبٌ أَخُوهُ	*venit ad me qui percussus est frater eius.*
مَرَرْتُ بِزَيْدٍ مَضْرُوبًا أَخُوهُ	*transiui per Zaidũ, dũ percuteretur frater eius.*
جَاءَنِي الرَّجُلُ الْمَضْرُوبُ أَخُوهُ	*venit ad me vir, percussus frater eius.*
أَمَضْرُوبٌ أَخُوكَ	*num percussus est frater tuus?*

اخوك

مَا مَضْرُوبٌ أَخُوكَ	*non percussus est frater tuus.*

Participium autem Passiuum, formatum ex Verbis Intransitiuis, illis quæ transeunt in Patiens, quod dicitur اَلْمَفْعُولُ بِهِ غَيْرُ الصَّرِيحِ *Patiens non clarum*, quia fit media Particula Giarri: sicut Verbum ipsorum non regit, nisi mediante Particula, ita etiam & Participium non fit nisi comitante Particula, & cum eodem regimine, vt si cum Verbo dicatur يَدْخُلُ إِلَى الْهَيْكَلِ *intrabitur in templum.* Participium dicetur اَلْهَيْكَلُ الْمَدْخُولُ إِلَيْهِ *templum, ingressum in illud.* Et dices بُنِيَتِ الْهَيْكَلُ الْمَدْخُولُ إِلَيْهِ *Aedificaui templum, in quod ingressum est.* Et si cum Verbo dicatur يُخْرَجُ مِنَ الْبَيْتِ *exitur de domo:* cum Participio dicetur اَلْبَيْتُ الْمَخْرُوجُ مِنْهُ *domus, de qua exitum est.* Et أَهْدِمُ الْبَيْتَ الْمَخْرُوجَ مِنْهُ *destruam domum de qua exitum est.* Et si cum Verbo dixeris يُحْتَاجُ إِلَى دِينَارٍ *opus est denario.* Cum Participio Passiuo dices اَلدِّينَارُ الْمُحْتَاجُ إِلَيْهِ *denarius, quo habitum est opus.* Et نَفَقْتُ الدِّينَارَ الْمُحْتَاجَ إِلَيْهِ *expendi denarium, quo opus erat.* Et sic de cæteris.

Potest præterea Participium Passiuum, seu Nomen Patientis, construi duobus alijs modis: vel locato in Giarro Subiecto quod patitur, vt

جَاءَنِي الرَّجُلُ الْمَضْرُوبُ الْعَبْدِ	*venit ad me vir ille, cuius seruus percussus est.*
جَاءَ نِي رَجُلٌ مَضْرُوبُ الْأَبِ	*venit ad me vir quidam, percussus patris.*
جَاءَ رَجُلَانِ مَضْرُوبَا الْأَبَوَيْنِ	*venerunt duo viri, quorũ patres percussi sunt.*
جَاءَ رِجَالٌ مَضْرُوبُوا الْآبَاءِ	*venerũt quidã viri, quorũ patres percussi sũt.*

Alio modo construi possunt, locato in Nasbo, tamquam Tamijz seu Specificatione, Nomine cuius ratione est Passio, vt

جَاءَنِي الرَّجُلُ الْمَضْرُوبُ الْعَبْدَ	*venit ad me vir ille, percussus seruo.*
جَاءَنِي رَجُلٌ مَضْرُوبٌ أَبًا	*venit ad me vir quidam percussus patre.*
جَاءَنِي الرَّجُلَانِ الْمَضْرُوبَانِ أَبًا	*venerunt ad me illi duo viri percussi patre.*
جَاءَنِي رِجَالٌ مَضْرُوبُونَ أَبًا	*venerunt ad me viri quidã, percussi patribus.*

Itaque Nomen Patientis triplici modo conſtrui poteſt : vel ita vt regat Caſus ſui Verbi in forma Paſsiua: vel ita vt regat in Giarro Nomen contractum : vel vt, locato in Nasbo Subiecto paſsionis, abſolutè ipſum Patiens proferatur, vt ſupra exemplis patuit.

Nec dubium eſt, quòd etiam poſsit tamquam cætera Nomina manifeſta & Adiectiua vſurpari, ita vt deſeruiat tamquam Prædicatum & Verbum, alio modo; & tamquam Diſpoſitio, & Adiectiuum, & ſimilia, vt

زَيْدٌ مَضْرُوبٌ	*Zaidus percuſſus*, ſeu *percutitur*, vel *percutietur*.
جَآءَنِي الَّذِي مَضْرُوبٌ	*venit ad me qui percuſſus*, ſeu *percutitur*.
مَرَرْتُ بِزَيْدٍ مَضْرُوبًا	*tranſiui iuxta Zaidum dum percuteretur*.
جَآءَنِي رَجُلٌ مَضْرُوبٌ	*venit ad me vir quidam percuſſus*.

Et ſic in cæteris.

فى عمل الصفة المشبهة

De Conſtructione Adiectiui, ſeu Participij Intranſitiui.

DVplici modo conſtrui poteſt: vel Annexum, ſiue cum Articulo ſiue ſine Articulo, prout exigit ſermo, Determinationem vel Indeterminationem; & ſic regit alterum Nomen in Giarro. Altero modo regere poteſt caſus ſui Verbi, nempe Agens in Rafeo, prout diximus agentes de Concordatione Adiectiui cum Subſtantiuo, vt

جَآءَنِى رَجُلٌ حَسَنٌ غُلَامُهُ وَجْهًا	*venit ad me vir quidam, pulcher ſeruus eius facie*.
رَأَيْتُ رَجُلًا حَسَنًا غُلَامُهُ وَجْهًا	*vidi virum quemdã, pulchrũ puer eius facie*.
مَرَرْتُ بِالرَّجُلِ الْحَسَنِ غُلَامُهُ وَجْهًا	*tranſiui per virum illum, cuius puer pulcher eſt facie*.

Et cum Annexione ـه.

جَآءَنِي رَجُلٌ حَسَنُ الْوَجْهِ	*venit ad me vir quidam pulcher facie*.
جَآءَنِي الرَّجُلُ الْحَسَنُ الْوَجْهِ	*venit ad me vir ille pulcher facie*.

Hoc autem Adiectiuum, quod dicitur Aſſimilatum, eſt Poſitiuum, & ex ipſo formatur Comparatiuum & Superlatiuum, addito ا in principio Radicis trium litterarum, quæ non denotat actum habendi colorem vel deformitatem corporis, prout notauimus ſupra, dum de eius formatione ageremus inter cætera Participia, in tractatu de Verbo.

فى عمل اسم التفضيل

De Conſtructione Comparatiui, & Superlatiui.

MEritò poſt Adiectiuum Poſitiuum ſequitur Comparatiuum & Superlatiuum: quod Arabibus idem eſt Nomen, & dicitur اَفْعَلُ التَّفْضِيلِ *Nomen exceſſus*, à forma أَفْعَلُ, quam obtinet. Et ſemper eſt concordandum cum proprio ſubiecto, in caſu præſertim: in quo differt ab Adiectiuo Poſitiuo, cum quo (vt ſupra ſuo loco diximus) dicitur frequenter, locato in diuerſo caſu eius ſubiecto, cùm ipſum Adiectiuum alteri præcedenti Subiecto fuerit concordatum, vt رَأَيْتُ رَجُلًا حَسَنًا أَخُوهُ *vidi homivem pulchrum frater eius*. Cum Comparatiuo autem ſic dicinon poterit, رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ مِنْ زَيْدٍ أَخُوهُ *vidi virum, pulchriorem Zaido frater eius*. Nec رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ النَّاسِ أَخُوهُ *vidi virum, pulcherrimum hominum frater eius*. Sed dicendum, concordato ipſo Comparatiuo cum proprio Subiecto cuius verè eſt qualitas, ſiue præcedat ſiue ſequatur, vt رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ مِنْ زَيْدٍ أَخُوهُ *vidi virum, pulchrior Zaido frater eius*, ideſt, *cuius frater pulchrior eſt Zaido*. & رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ النَّاسِ أَخُوهُ *vidi virum, pulcherrimus hominum frater eius*.

Poteſt autem triplici modo hoc إِسْمُ التَّفْضِيلِ *Nomen exceſſus* vſurpari.

Primò, vel abſolutè cum Articulo ال, & vt ſic reſpondet Superlatiuo, vt زَيْدٌ الْأَفْضَلُ *Zaidus præſtantiſſimus*.

Secundò, vſurpari poteſt annexum alteri, vt زَيْدٌ أَفْضَلُ النَّاسِ *Zaidus præſtantiſſimus hominum*.

Tertiò, cum Particula مِنْ, vt زَيْدٌ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو *Zaidus eſt melior Amro*.

Vnum autem ex tribus requiritur omninò, & vnicum tantùm; ita vt ſine aliquo illorum vel cum duobus pariter nequeat adhiberi. Non enim dici poterit زَيْدٌ أَفْضَلُ ſine aliquo alio addito. Nec زَيْدٌ الْأَفْضَلُ النَّاسِ, aut زَيْدٌ الْأَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو. Quia in primo non adeſt aliquod illorum trium; nempe nec notificatio per Articulum, nec annexio, neque Particula مِنْ. In ſecundo verò & tertio, duo illorum in ſingulis coniunguntur, in ſecundo nempe notificatio per Articulum, & alterum quod eſt annexio: in tertio autem notificatio coniungitur cum Particula مِنْ, dicendum ergo eſt, vt in priùs appoſitis exemplis.

Aliquando dicitur sine aliquo ex tribus memoratis explicitè, vt اَللّٰهُ أَكْبَرُ *Deus est maior*, quia scilicet subintelligitur مِنْ كُلِّ شَيْءٍ *quàm omnis res*. Aequè ac si diceretur اَللّٰهُ أَكْبَرُ مِنْ كُلِّ شَيْءٍ *Deus est maximus omnium*.

Quando autem Comparatiuum seu Superlatiuum hoc vsurpatur cum Particula مِن, non habet differentias Generis aut Numeri, sed tantùm Casus, vnde dices

زَيْدٌ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو	*Zaidus est melior quàm Amrus.*
اَلزَّيْدَانِ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو	*duo Zaidi meliores sunt quàm Amrus.*
اَلزَّيْدُونَ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو	*pl. Zaidi meliores sunt quàm Amrus.*
هِنْدٌ أَجْمَلُ مِنْ زَيْنَبَ	*Hinda est pulchrior quàm Zainaba.*
اَلْهِنْدَانِ أَجْمَلُ مِنْ زَيْنَبَ	*duæ Hindæ pulchriores quàm Zainaba.*
رَأَيْتُ اَلْهِنْدَاتِ أَجْمَلُ مِنْ زَيْنَبَ	*vidi Hindas pulchriores esse quàm Zainaba.*

Quando autem vsurpatur cum Articulo, tunc in omnibus concordat cum Substantiuo, omnes habens differentias, & dices

زَيْدٌ اَلْأَفْضَلُ	*Zaidus præstantissimus.*
اَلزَّيْدَانِ اَلْأَفْضَلَانِ	*duo Zaidi præstantissimi.*
اَلزَّيْدُونَ اَلْأَفْضَلُونَ vel اَلْأَفَاضِلُ	*pl. Zaidi præstantissimi.*
هِنْدٌ اَلْفُضْلَى	*Hinda præstantissima.*
اَلْهِنْدَانِ اَلْفُضْلَيَانِ	*duæ Hindæ præstantissimæ.*
اَلْهِنْدَاتُ اَلْفُضْلَيَاتُ vel اَلْفُضَالَى	*Hindæ præstantissimæ.*
هِنْدَاتٌ كُبْرَيَاتٌ vel كُبَارَى vel كُبَرٌ	*pl. Hindæ maximæ.*

Cùm verò Annexum vsurpatum fuerit hoc Nomen excessus, ad libitum dicetur, vel concordando etiam in Genere & Numero, vel sumendo pro omnibus vocem singularem Masculinam, & dices ad libitum

زَيْدٌ أَفْضَلُ اَلنَّاسِ	*Zaidus præstantissimus hominum.*

الزيدان

اَلزَّيْدَانِ أَفْضَلُ اَلنَّاسِ وَأَفْضَلَا اَلنَّاسِ	*duo Zaidi præstantissimi hominũ.*
اَلزَّيْدُونَ أَفْضَلُ اَلنَّاسِ وَأَفْضَلُوا اَلنَّاسِ	*pl. Zaidi præstantissimi hominũ.*
هِنْدٌ أَفْضَلُ اَلنِّسَاءِ وَفُضْلَى اَلنِّسَاءِ	*Hinda præstantissima mulierum.*
اَلْهِنْدَانِ أَفْضَلُ اَلنِّسَاءِ وَفُضْلَيَا اَلنِّسَاءِ	*duæ Hindæ præstantissimæ mulierũ.*
اَلْهِنْدَاتُ أَفْضَلُ اَلنِّسَاءِ وَفُضْلَيَاتُ اَلنِّسَاءِ	*pl. Hindæ præstantissimæ mulierum.*

فى الاسم التام

De Nomine perfecto.

TRiplex est Nomen Perfectum: vel ratione Tanuini: vel ratione ن dualis, aut ن Pluralis sani: vel ratione Pronominis affixi. Et dicitur Nomen perfectum ad differentiam eorum Nominum, quæ priuantur memoratis, scilicet Tanuino, نن Dualis vel Pluralis, & Affixo, dum alteri annectuntur Nomini: non enim possunt habere prædicta, alteri annexa, vt supra visum est dum ageremus de Nomine Annexo, & Contracto, enumerantes Denominationes & munia partium Orationis, actu componentium ipsam Orationem. Hæc autem quæ Perfecta dicuntur, respuunt Annexionem vt prædicta obtineant.

Sunt autem huiusmodi Nomina, Ponderum, Mensurarum, & Numerorum, Decadum scilicet, quæ habet ن in fine ad instar Pluralis sani Masculini, vt رَاقُودٌ *Cadus*. مَنَوَانِ *duæ libræ*. عِشْرُونَ *viginti*. ثَلَاثُونَ *triginta*. أَرْبَعُونَ *quadraginta*, &c. Quibus seruatis Tanuin & نن, dicitur non cum Annexione, (quamuis liceat annectere: sed non in Numeris) sed locata re numerata, ponderata, mensurata in Nasbo, tamquam Tamijz seu specificatione, vt عِنْدِى رَاقُودٌ خَلًّا رَطْلٌ زَيْتًا وَمَنَوَانِ سَمْنًا وَقَفِيزَانِ بُرًّا وَعِشْرُونَ دِرْهَمًا *apud me est cadus aceti, libra olei, duæ vnciæ butyri, & duo modij frumenti, & viginti denarij*. Vbi ly خلا, زيتا, سمنا, برا, درهما, sunt specificatio seu تمييز respectu indeterminationis Nominum رطل, منوان, قفيزان, عشرون, راقود, quæ dicuntur Perfecta, quia non priuantur suo ن, vel Tanuino.

Tertium autem, quod dicitur Perfectum, ratione Affixi Pronominis, locat etiam in Nasbo Nomen sequens, tamquam specificationem, quia non potest alteri annecti vlterius: sed dicitur هَدِيَّتُهُ زُمُرُّدًا *munus eius Smaragdum fuit*. مُلْؤُهُ عَسَلًا *plenitudo eius mellis*, &c.

فى

فى عمل الاسماء السماعية

De Conſtructione Nominum Irregularium.

DIximus de Conſtructione Nominum Regularium: de Maſdaro, de Participio Actiuo, Paſſiuo, Intranſitiuo ſeu Adiectiuo qualificante, Nomine perfecto, per ordinem: ſupererat dicendum de Nomine Annexo, ſed iam priùs dictum fuit de ipſo, dum enumeraremus munia diuerſa & varias Denominationes partium Orationis, ſub titulo De Contracto. Modò dicendum de Nominibus Irregularibus, ſeu Audibilibus, nempe De Nominibus Diminutis, Indiſtinctis, & Verborum: ſed quia de his iam diximus vbi Nomina Indeclinabilia recenſuimus, reliquum eſt vt de alijs duobus agamus.

فى عمل الاسماء المنقوصة

De Conſtructione Nominum Diminutorum.

NOuem ſunt Nomina quæ Diminuta dicuntur, quia ad complementum ſenſus Orationis non ſufficit cum ipſis vnica ſumma, ſed duæ requiruntur. Sunt autem hæc

مَنْ *quiſquis.*	أَىٌّ *quicumque.*	مَا *quicquid.*
مَتَى *quandocumque.*	إِذْمَا *cùm, quando.*	مَهْمَا *quotieſcumque.*
أَيْنَ *vbicumque.*	حَيْثُمَا *quocũque, quoquò.*	أَنَّى *quomodocumque.*

Et omnia hæc Gezmant duo Verba Modſarea, quia conditionem virtute continent: & quotieſcumque in ſermone conditionali adeſt Verbum Modſareum, licet illud Gezmare, vt ſupra diximus agentes de Particulis conditionis. Dices igitur

مَنْ يُحِبَّنِى أُحِبَّهُ	*quicumque dilexerit me, diligam eum.*
أَيُّهُمْ يُذْلِنِى أُذِلَّهُ	*quicumque me ſpreuerit, ſpernam eum.*
مَا تُرِدْ أُرِدْ	*quiequid volueris tu, volam & ego.*
مَتَى تَقُمْ أَقُمْ	*quandocumque ſurrexeris, ſurgam.*
إِذْمَا تَرْقُدْ أَرْقُدْ	*quandocumque dormieris, dormiam.*
مَهْمَا تَشْرَبْ أَشْرَبْ	*quotieſcumque biberis, bibam.*
أَيْنَ تَقْعُدْ أَقْعُدْ	*vbicumque ſederis, ſedebo.*

حيثما

حَيْثُمَا تَسِرْ أَسِرْ	*quocumque perrexeris, pergam.*
أَنَّى تَصْنَعْ أَصْنَعْ	*quomodocumque feceris, faciam.*

فى الاسماء المبهمة

De Nominibus indiſtinctis.

INdiſtincta dicuntur hæc Nomina, quia ſine addito nil peculiare ſignificant. Sunt autem quattuor, quæ præcipuè recenſentur apud Auctores, nempe Numerus عَشَرَ *decem*, dum copulatur alteri numero minori ab 11. vſque ad 19. quo locatur in Nasbo nomen ſingulare, ſine Articulo, tamquam ſpecificatio, vt أَحَدَ عَشَرَ عَبْدًا *vndecim ſerui.* إِثْنَى عَشَرَ فَرَسًا *duodecim equos.* ثَلَاثَةَ عَشَرَ بَغْلًا *tredecim muli.* Sic conſtruitur hic numerus compoſitus ab 11. vſque ad 20. cæteri verò conſtruuntur, prout diximus dum Numerorum vniuerſa nomina recenſeremus.

Alterum eſt كَمْ *quot.* Et aliqui ſimplex nomen exiſtimant: alij verò (vt Auctor Chamus teſtatur) volunt eſſe Nomen compoſitum ex Particula aſſimilatiua كَ *ſicut*, & مَا *id quod.* Qua dicitur interrogatiuè cum Nasbo, vt كَمْ رَجُلًا عِنْدَكَ *quot viri apud te?* & enunciatiuè in Giarro, vel in Singulari, vt عَرَفْتُ كَمْ عَبْدٍ لَكَ *noui quot ſeruos habeas.* Vel in Plurali, vt عَرَفْتُ كَمْ عَبِيدٍ لَكَ *ſcio quot ſerui ſint tibi.* &c.

Tertium كَذَا *tot*, compoſitum ex كَ *ſicut*, & ذَا *hoc*, conſtruitur etiam cum Nomine ſingulari indeterminato in Nasbo, vt كَذَا فَلْسًا لِى *mihi ſunt tot quadrãtes.* Reperitur etiam quandoque conſtructum cum Rafeo, vt لَهُ عِنْدِى كَذَا دِرْهَمٌ *ipſi apud me tot denarij*, &c.

Quartum كَأَيِّنْ, vel كَأَيٍّ, vel كَأَيٍّ *quot*, interrogatiuè, & enunciatiuè, compoſitum ex كَ *ſicut*, & أَىٌّ *quiſquis*, idem eſt quòd كَمْ, & conſtruitur etiam cum Nasbo, vt كَأَيِّنْ عَبْدًا لِى *quot ſerui ſunt mihi?* Auctor tamen Chamus notat in quinque differre كَأَيِّنْ à كَمْ: primò, quia, inquit, كَمْ eſt ſimplex, كَأَيِّنْ verò eſt compoſitum. Secundò, quia cum كَأَيِّنْ elegantiùs apponitur Particula مِنْ, in tantùm, vt Auctor quidam nomine ابن عصفور *Ebno Asfur* exigeret tamquam neceſſariam, vt كَأَيِّنْ مِنْ رَجُلٍ عِنْدِى *quot viri ſunt apud me?* Et quidem

licet apponere مِنْ etiam cum كَمْ, vt supra diximus, recensentes Cognominationes, inter indeclinabilia. Tertiò, quia vulgus non vsurpat كَأَيِّنْ etiam interrogando, sicut vsurpat كَمْ. Quartò, quia non potest locari in Giarro كَأَيِّنْ, sicut كَمْ, vt cùm dicitur إِلَى كَمْ مَدِينَةً *in quot ciuitates?* nec enim dici potest secundum eos إِلَى كَأَيِّنْ مَدِينَةً. Quintò, quia Chabarum seu Prædicatum كَأَيِّنْ non cadit loco simplicis, sed semper inuoluit plura, quia scilicet كَأَيِّنْ est ex أَيٌّ *quis eorum*, & est significatio inuoluens plura, numero distincta: at كَمْ est ex كَ *sicut*, & ex مَا *id, quod*: in quo non inuoluitur pluralitas aliqua: vel certè quantitas tantùm continua significatur, vnde ex كَمْ *quot*, fit أَلْكَمُّ *quantitas*, & أَلْكَمِّيُّ *quantus*, & أَلْكَمِّيَّةُ *quanta, pertinens ad quantitatem*.

Cætera autem Indistincta superiùs recensuimus cum eorum Constructione, dum ageremus de Indeclinabilibus, in fine tractatus de Nomine.

Hic autem non est prætereundum, quòd Nomen quodcumque maiorem afferens explicationem, quamcumque afferens indistinctionem, siue post Verbum siue post Nomen, potest in Nasbo collocari, Indeterminatum, & in singulari numero, tamquam Specificatio vel Dispositio, vt supra dictum est de أَلْحَالُ *Dispositione*, & أَلْمُمَيِّزُ *Specificatione*, seu *Distinctione*.

DE CONSTRVCTIONE PARTICVLARVM.

NE esset nobis iteratò habendus sermo de Particulis, propterea eas recensendo, de Constructione etiam earum satis diximus. Quare aliud hìc nobis nil supereſt necessariò dicendum. Sed hæc tantummodo ad copiosiorem dicemus doctrinam, quasdam Particulas veluti contrariam exigere operationem regulis supra traditis: vt accidit in Particulis Vocatiui & Negatiui.

Nam regula est, quòd Adiectiuum concordare debeat etiam in casu cum suo Substantiuo: cum Particulis autem Vocatiuis licet discordare, vt ibi diximus, licet enim dicere يَا رَجُلُ الْحَقِيقِيَّ, vel يَا رَجُلَ الْحَقِيقِيِّ *ò homo verax*. Imò necesse est discordare quando Adiectiuum fuerit annexum, vt يَا رَجُلُ سَلِيمَ الْقَلْبِ *ò vir simplex corde*. Nec enim licebit dicere يَا رَجُلُ سَلِيمُ الْقَلْبِ.

Simi-

Similiter cum Particula لَا, discordato Adiectiuo, vel concordato, dicere licebit لَا رَجُلَ ظَرِيفٌ, vel لَا رَجُلَ ظَرِيفٌ, vel لَا رَجُلَ ظَرِيفًا, vel لَا رَجُلَ ظَرِيفَ, *non est homo aliquis tractabilis*. Et aliquando cum hac Particula لَا, quæ dicitur لِلْجِنْسِ, reperitur dictum لَا أَبًا حَسَنٌ *non est pater quisquam bonus*. Quamuis alij velint hìc لَا in significationem لَيْسَ acceptum, & Chabarum præmissum esse Mobtadao, vnde sensus sit *non est pater bonus*, seu *paternitate non præstat*.

Est etiam regula, vt Coniunctum seu Subiunctum, scilicet quod subinfertur post Particulas coniunctiuas. Nomen post Nomen, siue Verbum post Verbum, in eadem dispositione locetur posteriùs sicut priùs; & nihilominus cum dicta particula licet discordare, & dicere, exempli gratia لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِاللّٰهِ *non est dispositio, neque virtus nisi in Deo*. vel dicere licebit لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةٌ, vel لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ, vel لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةَ: & dicere etiam licebit, quamuis minus eleganter لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةٌ *non est consilium, neque potentia*. Quando autem cum huiusmodi Particula لَا negatiua vniuersali (quę dicitur in negationem generis, & vt sic solo Nomini singulari Indeterminato præponitur) fit Subiunctio cum sola coniunctiua وَ &, sine replicatione لَا *non*: tunc etiam licebit discordare, si non quoad Casum, certè quoad Tanuinū, vt si dicere liceat لَا أَبَ وَابْنَ *non est pater, neque filius*, licebit etiam dicere لَا أَبَ وَابْنًا. Item & bene dicetur لَا أَبَ وَابْنٌ *nec pater, nec filius*.

Cætera autem ex dictis facilè assequeris. Supereſt tantummodo, vt de Metro aliquid breuiter attingamus.

فى علم العروض

DE ARTE METRICA.

FAcilis est Arabibus Carminum structura, nam quod negotium quibusdam facessit, est Syllabarum distinctio, & illarum breuitatem vel longitudinem assequi, quod est illis difficile propter multiplices regularum anfractus, vt accidit Latinis: Apud Arabes autem facilis est, vt etiam ab initio diximus, earum distinctio, quia omnis Syllaba, vel est composita ex vnica Consonante & Vocali, vt بِ, لِ, كَ, تِ: & omnis eiusmodi Syllaba breuis erit. Vel erit composita ex duplici Consonante cum sua Vocali, vt بَنْ, كُنْ, صُنْ, نَا, بِي, كُو: & omnis eiusmodi Syllaba longa erit: quòd si accidat aliquam esse Syllabam ex tribus Consonantibus, prout accidere potest virtute Teſdid post aliquam ex tribus litteris mollibus, nempe ا, و, ى, vt est Syllaba نَانْ in dictione أَنْصُرَنَانِ *adiuuate vos*

omninò plures mulieres, multò magis Syllaba longa erit. Præter has Syllaba diuersa non datur Arabibus. Quare constat quàm facile sit negotium, cùm tam facilis sit agnitio syllabarum, ex quibus totum pendet opus. Vnum tantùm est animaduertendum, ne, compendij causa, scribatur sine littera quiescenti syllaba, vt accidit in رَحْمَٰن *misericors*, quod scribitur pro رَحْمَان, & اللّٰه *Deus*, quod scribitur sine ا, propter frequentem vsum, cùm radix sit إِلٰه. Sed huiusmodi paucissima sunt, & facillimè agnoscenda ex regulis supra traditis in Grammatica: vnde hìc nihil superest addendum.

EX SYLLABIS FORMANTVR PEDES, qui duo tantùm sunt, nempe vnus qui dicitur سَبَبٌ *Chorda:* alter qui dicitur وَتِدٌ *Palus*, seu *paxillus:* similitudinem enim sumunt à structura domus, seu tentorij, circa structuram poematis; & quia illā dicūt بَيْتُ الشَّعْرِ *domum pilorum:* ex pilis enim & pellibus extendunt Arabes sibi tentoria. Propterea & structuram carminis vocant بَيْتَ الشِّعْرِ *domum versuum*. Et quia domus, seu tentorium extenditur adminiculo chordarum & paxillorum, ita volunt domum Carminum struendam esse adminiculo pedū, qui dicantur الْأَسْبَابُ *Chordæ*, & الْأَوْتَادُ *Paxilli*.

Est autem اَلسَّبَبُ *Chorda*, pes constans ex duabus litteris Consonantibus, quarum prior semper habet Vocalem, posterior autem vel habet Vocalem, vel non: si nō habeat Vocalem, dicetur اَلسَّبَبُ الْخَفِيفُ *Chorda leuis*, qualis est مَنْ *quis*, مِنْ *ex*, بَلْ *sed*, أَمْ *aut*, لَا *non*, & similia.

Si autem vtraque sit cum Vocali, tunc dicetur اَلسَّبَبُ الثَّقِيلُ *Chorda grauis*, qualis est لَهُ *ipsi*, أَبَ *patrem*, هُوَ *ipse*, هِيَ *ipsa*, بِكَ *per te*, بَلْ *sed*, ante vasli.

اَلْوَتِدُ *Palus* seu *paxillus*, constat ex tribus Consonantibus, quarum duæ habent Vocalem, vna est priuata Vocali: si habentes Vocalem sint immediatæ, nempe prima & secunda, vt عَزَّتْ *pugnauit illa*. رَمَتْ *iaculata est*. هٰذَا *hic*. لَقَدْ *profectò iam*. لَهَا *ad eam:* Tunc dicetur اَلْوَتِدُ الْمَجْمُوعُ *Paxillus coniunctus*.

Si autem littera quiescens mediet inter vtramque motam, vt رَجُلٌ *vir*, اِبْنٌ *filius*, جُزْءٌ *pars*, اِجْرِ *curre:* tunc dicetur اَلْوَتِدُ الْمَفْرُوقُ *Paxillus disiunctus*.

Itaque quattuor sunt pedes, non plures nec pauciores, ad construenda quorūmcumque carminum genera Arabico idiomate: nempe pes, qui dicitur سَبَبٌ خَفِيفٌ

Chorda

Chorda leuis, vt بِي, بَا, قُلْ, بَلْ. Alter, qui dicitur سَبَبٌ ثَقِيلٌ *Chorda grauis*. vt هِيَ, هُوَ, يَدٌ. Tertius appellatus وَتِدٌ مَجْمُوعٌ *Paxillus coniunctus*, vt هٰذَا, عَزَا, رَمَى. Quartus tandem dictus وَتِدٌ مَفْرُوقٌ *Paxillus seiunctus*, vt كُلٌّ, ضَمَّتْ, قُلْتُ, لَيْسَ.

Ex his componuntur partes, alternatim sibi mutuo succedentibus Chordis & Paxillis: easque partes, secundum morem Arabibus consuetum, exprimunt eiusmodi formulis, nempe مُسْتَفْعِلُنْ, qua tres pedes importantur, nempe Chorda leuis, Paxillus disiunctus, & altera Chorda leuis. فَاعِلَاتُنْ, qua formula importantur tres quoque pedes, nempe Chorda leuis, secundo autem loco Paxillus coniunctus, & chorda leuis. فَعُولُنْ, qua importantur duo tantùm pedes, nempe Paxillus coniunctus, & Chorda leuis. مُتَفَاعِلُنْ, qua continentur tres pedes, Chorda grauis, Chorda leuis, & Paxillus coniunctus. مُفَاعِلَتُنْ, qua habentur tres pedes, Paxillus coniunctus, Chorda grauis, & Chorda leuis. Et huiusmodi formulis indicant metricam quantitatem Carminum per singula, ostendentes etiam singulas litteras, siue mouendas, siue vocali priuandas. Et quamuis videatur nimis arcta necessitas, in versu etiam exigere litteras, vel quiescentes vel motas; nihilominus licentia ampla datur Poetis, vt immutare liceat, addere, vel detrahere, vt inferius patebit. Licet enim, exempli gratia, pro مُفَاعِيلُنْ continente tres pedes, Paxillum scilicet coniunctum cum duabus Chordis leuibus; licet, inquam, ponere مُفَاعِيلُ, quæ formula continet duos Paxillos, scilicet coniunctum & disiunctum. Licet etiam, secundùm occasionem, quandoque pro parte secundum Formulam فَعُولُنْ, qua continentur duo pedes, Paxillus coniunctus & Chorda leuis, neglecta littera, apponere فَعُولْ, quæ licentia dicitur اَلْقَبْضُ *retentio*, seu *contractio*. Insuper & quandoque licebit negligere ف ex فَعُولُنْ, quam licentiam dicunt اَلْخَرْمُ *prioris exporrectæ neglectio*. Et si simul negligatur prima & vltima, ita vt remaneat tantummodo عُولُ dicetur eiusmodi licentia اَلْأَثْلَمُ, seu اَلْثَّرْمُ, & Carmen in quo talis adest licentia dicitur اَلْأَثْرَمُ *cui desunt duæ litteræ, vna mota, & altera quiescens*, seu vbi appositū est عُولْ pro فَعُولُنْ, & sic in cæteris Formulis. Sed non passim hoc licet, sed prudentia opus est, vt sententia, acumine, vel grauitate suppleatur sensus, quod detrahitur consonantiæ vocis. Verùm postea dicemus qualis licentia sit sumenda.

Et

Et quidem Versus Arabum, quamuis multiformes habeant species, magis tamen consonãt Tuscis quàm Latinis: quare his qui Italicè norunt construere versus, facilis erit structura Arabicorum, præsertim cùm Itali non vsurpent licentias tam amplas sicut Arabes, qui, ne falsum aut acutum vel graue negligant dictum, non curant integritatem frangere Versus: Italis autem mensura semper est eadem, & ea species quæ vndecim exigit syllabas, non minuitur nec crescit, ita & quæ duodecim semper habet duodecim, vt sunt quæ vulgo dicuntur Sdruccioli, & sic in cæteris. Augetur etiam facilitas, quia sicut Itali, ita & Arabes Versus iungunt binos, & in fine consonantiam exigunt similis desinentiæ, quam vocant قَافِيَةٌ *rhythmum:* & dictio vltima prioris Versus, quæ proponitur ad consonantiam, dicitur ٱلْعَرُوضُ *Propositio:* dictio autem vltima posterioris, quæ reddit consimilem desinentiam, dicitur ٱلضَّرْبُ *pulsatio*. Et vterque Versus, tam prior quàm posterior, appellatur مِصْرَاعٌ *ianua:* & ambo pariter مِصْرَاعَانِ *bifores*, sumpta metaphora ab ostio, quod duabus foribus, hinc inde claudentibus, obstruitur. Initium verò prioris versus vocant ٱلصَّدْرُ *accessum.*

Omnem artem Arabici metri elegantibus versibus est prosecutus eruditus quidam Aegyptius è ciuitate Memphi, quæ hodie dicitur Cairo, & Arabicè ٱلْقَاهِرَةُ, quos expedit hìc per extensum apponere, priùs quàm vlterius progrediamur. Ex ipsius enim doctrina plana reddentur omnia.

ٱلْقَصِيدَةُ ٱلْجَزْرِجِيَّةُ

فِي عِلْمِ ٱلْعَرُوضِ وَٱلْقَوَافِي

CARMEN CHAZREGIACVM.

De Arte Metrica, & Rhythmis.

لِلشِّعْرِ مِيزَانٌ يُسَمَّى عَرُوضَهُ
بِهَا ٱلنَّقْصُ وَٱلرُّجْحَانُ يَدْرِيهِمَا ٱلْفَتَى

Carmini est mensura, quæ vocatur metricatio eius,
Per eam defectus, & excessus, agnoscet vtrumque tyro.

وَأَنْوَاعُهُ قُلْ خَمْسَةَ عَشَرَ كُلُّهَا
يُؤَلَّفُ مِنْ جُزْءَيْنِ فَرْعَيْنِ لَا سِوَى

Et species eius, dic, quindecim vniuersæ,
Componuntur ex duabus partibus, duobus ramis, non amplius.

واول

وَأَوَّلٌ نُطْقِ ٱلْمَرْءِ حَرْفٌ مُحَرَّكٌ
فَإِنْ يَأْتِ ثَانٍ قِيلَ ذَا سَبَبٌ بَدَا

Itaque initium prolationis hominis est littera mota:
Quòd si aduenial altera, dicetur hoc, Chorda; eritque patenter.

خَفِيفٌ مَتَى يُسْكَنْ وَإِلَّا فَضِدُّهُ
وَقُلْ وَتِدٌ إِنْ زِدْتَ حَرْفًا بِلَا ٱمْتِرَا

Leuis, quando quieuerit, sin autem è contra:
Et dic, Paxillus, si addideris litteram, sine suspicione.

وَسَمِّ بِمَجْمُوعٍ فَعَلْ وَبِضِدِّهِ
كَفَعَلُ وَمِنْ جِنْسَيْهِمَا ٱلْجُزْءُ قَدْ أَتَى

Et voca Paxillum coniunctum فَعَلْ: *& è contra*
Si sit vt فَعَلُ: *& ex genere duorum horum pars iam prouenit versus.*

خُمَاسِيُّهُ قُلْ وَٱلسُّبَاعِيُّ ثُمَّ لَا
يُفَوِّتُكَ تَرْكِيبًا وَسَوْفَ إِذَنْ تَرَى

Quinaria eius, dic, & septenaria. Deincepsq. ne
Desit tibi vlterius semper addere: tandemq. videbis

فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ مُفَاعَلَةٌ وَفَا
عِلَاتُنْ أُصُولُ ٱلسِّتِّ فَٱلشِّعْرُ مَا حَوَى

Sunt Formulæ Carminum, quibus manuducit ad componendos Versus, indicans numerum litterarum, siue Motarum siue Quiescentium, quæ hoc genere Carminũ exiguntur, & propterea dicit فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ مُفَاعَلَتُنْ وَفَا etiã cum separatione dictionis, vt doceat, hoc genus Carminum viginti duas exigere litteras, quattuordecim motas, (ac proinde Versum hunc esse quattuordecim syllabarum) octo verò quiescentes. Et adducit exemplum quattuor Carminum iuxta hanc mensu-

ram

ram constructorũ, supponens singulos Versus prædictæ Formulæ, non solùm per singulas partes & pedes, sed etiam per singulas litteras, Formulam supernè, & Carmina infernè sic. Quod obserua, talis est enim doctrinæ methodus apud Arabes de Carminibus.

فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ مُفَاعَلَتُنْ وَفَا

أَصَابَتْ بِسَهْمَيْهَا جَوَارِحُنَا قَدَا

Impetierunt sagittis suis duabus amasiæ nostræ, & as-

عِلَاتُنْ مَفَاعِلُ مَفَاعِيلُ قَاعِلُنْ

رَكُونِي بِهَمَّةٍ كَوَقْعَيْهِمَا سَوَا

secutæ sunt me cum dolore, secundùm casum ipsarum adæquatè.

فَمَا زَايَرَانِي فِيهِمَا حُبَّتَاهُمَا

وَلَا يَدُ طُولَاهُنَّ يَعْتَادُهَا الْوَفَا

Et quod ad meas affectiones respectu earum, fateor, gratas habui.

Neque manus est tam longa, vt simile perficere possit.

Sic iunguntur bini Versus, ita vt liceat (iuxta appositum exemplum) etiam separare dictionem, & pars priori, pars posteriori tribuatur. Et constat eiusmodi Versus, vt patet, ex Syllabis quattuordecim, & in fine habent Rhythmi concinnitatẽ singuli Versus exempli appositi: at Versus, quibus Auctor Chazragiacus tradit doctrinam, habent consonantiam tantùm alterni, iuxta morem Italici carminis. Prosequitur igitur Auctor, doctrinam de Carminibus Carmine tradens, postquam dixit.

فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ مُفَاعَلَةً وَفَا

عِلَاتُنْ أُصُولُ السِّتِّ فَالْعَشْرُ مَا حَوَى

Sunt Formulæ iam Carminis فعولن *&c. vt supra dictum est.*

Radices sex, aut decem, quotquot contineat Versus.

فَرَتِّبْ إِلَى الْيَازِنْ دَوَائِرَ خَقْ لَشِقّ

أُولَاتِ عَدٍّ جُزْءٌ جُزْءٌ ثُنَا ثُنَا

Et

Et dispone iuxta mensuram circulos quinque,

In quibus est apparatus: pars ad partem: iungeq. binos.

Hìc autem animaduertendum, Auctorem apposuisse duas dictiones in fine prioris Carminis, nempe خَقْ لَشِقّ, non pro significatu quem continere possunt, خق enim significat *alleuia, facilem redde*, & لشق *declarationem*, seu *propter separationem:* sed accepit has dictiones خق لشق pro litteris quas continent, & sunt quinque, iuxta numerum Circulorum (prout dicunt diuersa Carminum genera) qui numerantur quinque: & quælibet littera ex quinque indicat denominationem vnius Circuli; singulæ singulos indicantes, prout litteræ in Denominationinibus singulorum continentur. Quare littera prima خ denotat Circulum, seu genus Carminum quod dicitur اَلدَّائِرَةُ الْمُخْتَلِفَةُ *Circulus varius*, qui continet tria Carminum genera, nempe

اَلطَّوِيلُ	اَلْمَدِيدُ	اَلْبَسِيطُ
Longum.	*Extensum.*	*Expansum.*

Cuius Circuli, seu generis Carminũ, mensura est مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ, ideſt continet quattuordecim Syllabas, decem longas, & quattuor breues: seu (quod idem est) vigintiquattuor litteras, quattuordecim motas, & decem quiescentes. Hanc mensuram tribuit Carmini Expanso Auctor libri Chamus, suo loco, his: البسيط ثالث بحور العروض ووزنه مستفعلن فاعلن ثماني مرات

Expansum est tertium genus Carminum, cuius mensura est مستفعلن فاعلن *octies replicata.* Et obseruandum est, quòd Auctor Chamus, & alter quilibet, dum mensuram Carminum indicant, de Distícho significant: quare, si quis velit vnius dumtaxat Carminis mensuram agnoscere, medietatem accipiat.

Distinguuntur autem species eiusdem Circuli, nempe Expansum ab Extenso, & Extensum à Longo, non per hoc quod habeant plures, seu pauciores Syllabas, sed quia litteras quiescentes non habent in eodem loco seu gradu Carminis, vt ex dicendis patebit.

Per secundam litteram ق intendit secundum genus, seu Circulum, qui dicitur اَلدَّائِرَةُ الْمُؤْتَلِفَةُ *Circulus compositus*, quo continentur duo Carminum genera, اَلْوَافِرُ *Exuberans*, & اَلْكَامِلُ *Perfectum*.

Et vtrumque genus constat ex quindecim Syllabis, nouem breuibus, sex longis: seu (quod idem est) quodlibet Carmen constat ex litteris viginti & vna, quindecim mo-

motis, & sex quiescentibus: & satis assimilantur huiusmodi Versus, in fine, Carminibus Italicis, prolabentibus, Italicè appellatis *Sdruccioli:* diuerso tamen ordine Perfectum & Exuberans: nam Carminis quod dicitur الوافر *Exuberans*, mensura est مُفَاعَلَتُنْ مُفَاعَلَتُنْ مُفَاعَلَتُنْ, ideſt, quindecim Syllabæ, quarum longæ sunt secunda, quinta, septima, decima, & duodecima: prout etiam testatur Auctor Chamus, dicens: الوافر البحر الرابع من العروض ووزنه مفاعلتن ست مرات *Exuberans, quartum genus est Carminum, cuius mensura est* مفاعلتن *sex vicibus replicatum:* scilicet in Disticho; nam Versus vnicus triplici replicatione completur مفاعلتن. Deinde subdit Chamus والموفور والموفر منه ما جاز ان يحرم قلم يحرم *& inde deriuatum est* الموفور والموفر *ideſt Carmen illud dictum Elmauphuro, seu Elmuaffaro, quod licet vt truncetur prima Syllaba alicuius partis, & tamen non est truncatum*, quare Plenum & Exuberans est.

Carmen autem, quod dicitur الكامل *Perfectum*, quamuis sit eiusdem Circuli & Generis; constat quidem ex litteris viginti & vna, quindecim motis, & sex quiescentibus; ac profecto quindecim Syllabis, nouem breuibus & sex longis: diuerso tamen ordine disponuntur; nam longæ erunt Syllabæ tertia, quinta, octaua, decima, & decimatertia; nam eius mensura est مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ. Sic testatur Chamus suo loco, dicens, الكامل من شطور العروض متفاعلن ست مرات *Perfectum, est ex generibus Carminum, cuius mensura est* متفاعلن *sex vicibus replicatum:* scilicet in Disticho. Itaque vnius Carminis Exuberantis mensura est مُفَاعَلَتُنْ مُفَاعَلَتُنْ مُفَاعَلَتُنْ, quæ importat longitudinem secundæ, septimæ, & duodecimæ, præter Syllabas quintam & decimam. Carminis autem الكامل *Perfecti* mensura est مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ, quæ importat productionem (præter quintam & decimam) Syllabæ tertiæ, octauæ & decimætertiæ.

Per litteram ش, memoratis dictionibus contentam, intendit Auctor genus Carminum, quod continetur Periodo quæ dicitur أَلدَّائِرَةُ ٱلْمُشَبَّهَةُ *Circulus similis*. seu *Imitans*. Et constat quodlibet Carmen huius generis ex duodecim Consonantibus motis, & octo vel nouem quiescentibus, ita vt fiant duodecim Syllabæ, ex quibus octo sint longæ, tres breues, vltima enim Syllaba ad libitum disponitur: & sunt hæc, simillima Carminibus Italicis duodecim Syllabarum, qui dicuntur Sdruccioli: & est eorum mensura مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ. Et debet penultima esse breuis, & antepenultima longa, quamuis liceat in cæteris conniuentia. Triplex autem species pertinet ad hunc Circulum, nempe

الرجز

أَلرَّمَلُ أَلرَّجَزُ الهَـزَجُ

Cantilena, Madrigale. Satyra, Improuisa modulatio. Breue Carmen:

Mensura horum trium, vt diximus, duodecim est Syllabarum. Et Auctor Chazragiacus pro prioti specie, quæ dicitur أَلْهَزَجُ *Cantilena*, affert hoc exemplum.

وَبَسْهَبٍ ٱلدِّيمَ بَأْسًا يَذُودُهُمْ

كَذَاكَ وَلَوْ مَاتُوا مُوسَى آمِرٌ وَدُنَا

Et per desertum Dsim, seu montuosum, tristis duxit eos:

Ita, & si mortui sunt, tamen Moyses aderat heros.

Secundæ speciei, quæ dicitur أَلرَّجَزُ *Carmen ex tempore*, seu *Satyra*, mensura est مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ, prout testatur Chamus, dicens الرجز ضرب من الشعر وزنه مستفعلن ست مرات سمّى لتقارب اجزايه وقلة حروفه وزعم الخليل انه ليس بشعر وانما هو انصاف ابيات واثلاث والارجوزة كالقصيدة منه *Improuisum Carmen est species Metri, cuius mensura est* مستفعلن *sex vicibus replicatum. Et dicitur sic ratione breuium partium eius, & paucitatis litterarum. Et existimauit Elchalil non esse speciem Carminis, sed medietates seu partes Versuum, vel potius tertiam partem. Et inde dicitur* الارجوزة *Carmen ex tempore, seu eructatum, siue breue.* Dixit autem hoc Elchalil, esse scilicet tertiam partem Versus, quia per quaternas Syllabas eadem replicatur mensura, cum totius Carminis regula sit مستفعلن مستفعلن مستفعلن, quæ non est aliud, nisi replicatio eiusdem, tribus vicibus. quare cùm sit eadem regula ter replicata, datur locus diuisioni Carminis in tres partes, ita vt dici possit Italicè *Terzetto*, & quodlibet constet ex tribus Versibus quaternarum Syllabarum, iuxta formam مستفعلن, diuidendo sic singula Carmina, ab Auctore in exemplum adducta, in tres partes.

مَـا أَقْبَلَـتْ الاَّ أَتَـا بِعِلْمِـهَـا

nunquam venit nisi afferat per scientiam suam.

مُبَشِّرُنَا يَا حَبَّذَا مَا بِهِ أَتَى

Bonus nuncius noster, ò dilecte, vah quid attulit nobis!

Numquam venit, nisi afferat aliquid scientia sua
Euangelizator noster, ò dilecte, papè quid attulit!

Tertia ſpecies Carminum Circuli ſeu Periodi, quæ dicitur *Similis*, appellatur اَلرَّمَلُ *Exilis, breue*, ſumpta metaphora ab arena, quæ dicitur اَلرَّمْلُ. Videtur enim procedere tamquã arena, minutatim, diſiunctis partibus: Eſt enim eius mẽſura فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ, ideſt duodecim Syllabæ, omnes longæ, exceptis tribus: & longitudo Syllabarum tam frequens, videtur veluti diſiungere partes, vt tamquam arena videatur profluere diſiunctim, non ad inſtar aquæ, quæ cum continuatione fluit. Dicitur etiam Exilis, quia ad inſtar præcedentis ſpeciei, diuiditur in tres partes æquales per quaternas Syllabas: & poteſt quælibet pars integer cenſeri Verſus, ita vt ex tribus Verſibus, ex quaternis Syllabis cõſtantibus, videatur hoc Carmen compoſitum. Et poſſit hoc modo diſponi, ſeiunctis partibus.

Per litteram ل intendit Auctor quartum Circulum, qui dicitur اَلدَّائِرَةُ اَلْمُجْتَلِبَةُ *Circulus Contractus*, ad quem pertinent ſex Carminum ſpecies, nempe

اَلسَّرِيعُ	اَلْمُنْسَرِحُ	اَلْخَفِيفُ
Velox.	*Emiſsum.*	*Leue.*
اَلْمُضَارِعُ	اَلْمُقْتَضِبُ	اَلْمُجْتَثُّ
Simile.	*Conciſum.*	*Conuulſum.*

Prima ſpecies, quæ dicitur السريع *Velox*, faciunt ex ſeptem Syllabis, vt ſunt Carmina Alchorani cap. اَلْمُرْسَلَاتُ *de Miſſis, ſeu Nuncijs:* vbi replicatis iuramentis, quaſi ludens, ſic loquitur:

وَالْمُرْسَلَاتِ عُرْفًا	*Per demiſſos crines, ſeu Nuncios probos.*
فَالْعَاصِفَاتِ عَصْفًا	*& procelloſos ventos.*
وَالنَّاشِرَاتِ نَشْرًا	*Per ſparſas diſſipationes.*
فَالْفَارِقَاتِ فَرْقًا	*& ſeparatrices ſeparationes.*

Secunda ſpecies, quæ dicitur اَلْمُنْسَرِحُ *Carmen emiſſum*, non conſtat ex vna cẽrta menſura, ſed ex pluribus collectis, prout ſolent Itali in ijs quæ vocant *Cantilenas*: ſeu *Madrigale*. Et modò Verſus admittitur ſeptem Syllabarum, modò vndecim, modò duodecim, &c. vt profectò dici poſſit المنسرح *ad volũtatem emiſſum quoquo*: vt conſtat per totum ferè Alchoranum, Mahumetem Carmina protuliſſe, prout in buccam caderet. Et سُورَةُ اَلنَّجْمِ *capite de ſtella* talia profert.

و

وَالنَّجْمِ إِذَا هَوَى	*Per ſtellam quando ceciderit.*
مَا ضَلَّ صَاحِبُكُمْ وَمَا غَوَى	*Non errat doctor veſter, neque decipit.*
وَمَا يَنْطِقُ عَنِ الْهَوَى	*& non loquitur ad voluntatem.*
إِنْ هُوَ إِلَّا وَحْيٌ يُوحَى	*& quidem non eſt niſi inſpiratio.*
عَلَّمَهُ شَدِيدُ الْقُوَى	*docuit eum fortis robore,*
ذُو مِرَّةٍ فَاسْتَوَى	*Sapiens, & didicit.*

Aliqui hanc ſpeciem المنسرح *Carminis emiſſi* non referunt ad aliquod genus ex quinque Circulis, quia inquiunt pertinet ad omnes: propterea & liber Chamus, dum ſuo loco tractat hanc dictionem, non aſſignat illi menſuram peculiarem, ſicut cæteris in proprijs locis, ſed tantũmodo dicit المنسرح جنس من العروض *Emiſſum eſt genus Carminum*. Alij autem volunt huc pertinere ad Circulum Attractum, qui eſt Circulus continens eas ſpecies Carminum, quæ conſtant ex duodecim Syllabis: & huius Carminis quod *Emiſſum* dicitur, peculiarem eſſe menſuram, nempe فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ. Emiſſum verò dictum in alia acceptione المنسرح & eſſe æquiuocationem nominis, dum ſumitur pro Carmine conſtante ex diuerſis generibus. In hoc autem Circulo recenſendum, quia conſtat ex duodecim Syllabis. Hi quoque, propter eandem cauſam, ſpeciem quam recenſuimus, conſtantem ex ſeptem Syllabis, denominatione السريع *velox*, non referunt ad hunc Circulum, ſed ad Circulum primum, qui continet eas ſpecies Carminum, quæ conſtant ex quattuordecim Syllabis: Carmen verò السريع *velox*, conſtans ex ſeptem, eſſe medietatem, quare referri ad Circulum المختلف *Diuerſum*. Alij verò qui ad hunc Circulum المجتلبة *Attractum* referunt, volunt eſſe duodecim Syllabarum, & menſura, quam ei tribuunt, eſt فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ, quæ coincidit cum præcedenti. Alij verò dicunt eius menſuram مستفعلن فاعلاتن مستفعلن

Tertia ſpecies, quæ dicitur الخفيف *leuis*, conſtat ſecundùm aliquos ex octo Syllabis, eiusque menſuram faciunt فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ, prout ſunt Carmina Alchorani سورة المرسلات *cap. de miſſis Nuncijs*, ſub initium.

فاذا

فَإِذَا ٱلنُّجُومُ طُمِسَتْ — *Quando obſcurabuntur ſtellæ.*

وَإِذَا ٱلسَّمَآءُ فُرِجَتْ — *Et quando cælum ſcindetur.*

وَإِذَا ٱلْجِبَالُ نُسِفَتْ — *Et quando montes complanabuntur.*

وَإِذَا ٱلرُّسُلُ أُقِّتَتْ — *Et quando nuncijs præfinietur tempus.*

لِأَيِّ يَوْمٍ أُجِّلَتْ — *Quo die conſtitutum eſt.*

Huiuſmodi menſuram octo Syllabarum tribuit *Leui* Auctor Libri Chamus, dicens الخفيف ما كان من العروض على فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ *Leue eſt quod ex Carminibus eſt iuxta menſuram* فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ. Alij verò, qui volunt huiuſmodi Circulum eſſe omnium ſpecierum conſtantium ex duodecim Syllabis, aſſerunt menſuram eſſe ſex vicibus replicatum فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ ست مرات Sed quæſtio eſt de Nomine: ſufficit nobis, vtriuſque generis Carmina reperiri, & duodecim, & octo Syllabarum. Alius habet tantùm فاعلاتن ter pro menſura.

Quarta ſpecies, quæ dicitur أَلْمُضَارِعُ *Similis*, eſt etiam duodecim Syllabarum, eiuſque menſura مَفَاعِيلُنْ فَاعِلَاتُنْ مَفَاعِيلُنْ.

Quinta ſpecies dicitur أَلْمُقْتَضَبُ *Conuulſum*, & menſura eius eſt مَفَاعِيلُنْ مفاعيلن مفاعيلن, ſic duodecim Syllabæ, nouem longæ, & tres breues.

Sexta ſpecies dicitur أَلْمُجْتَثُّ *Conciſa*, eiusque menſura eſt مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ, ideſt duodecim Syllabæ, nouem longæ, & tres breues: nempe tertia, ſexta, & decima, prout indicat menſura. Sic etiam teſtatur liber Chamus ſuo loco, dicens وبحر المجتث وزنه مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ *Et Carmen Conciſum, cuius menſura eſt* مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ.

Et patet ex præmiſſis, ſpecies eiuſdem Circuli non differre in quantitate ſeu numero Syllabarum, ſed tantùm in earum diſpoſitione, prout indicant Formæ: ſic enim diſtinguendi ſunt Circuli: nempe vt primus, qui dicitur *Varius*, contineat omnes ſpecies Carminum conſtantium ex quattuordecim Syllabis, & ſunt tres, nempe Carmen quod dicitur *Longum*, *Extenſum*, & *Expanſum*. Secundus Circulus, qui dicitur *Compoſitus*, contineat eas ſpecies Carminum, quæ conſtant ex quindecim Syllabis: prout ſunt duæ ſpecies, nempe Carmen *Perfectum*, & *Exuberans*. Tertius

tius autem Circulus, qui dicitur *Similis*, non eſt præcipuus Circulus, ſed reducitur ad quartum, qui eſt primarius omnium ſpecierum conſtantium ex duodecim Syllabis: & cum his ſentio. Circulus autem tertius aſſignatur diſtinctus à quarto, quia continet tres ſpecies Anomalas, *Cantilenas*, *Improuiſa* ſeu *ex Tempore*, & *Breuia*. Quæ vt ſupra diximus, quidam non recenſent inter Carmina. Et dicitur Circulus *Similis*, quia ex duodecim Syllabis ad inſtar quarti, qui dicitur Circulus *Contractus*, & præcipuus omnium ſpecierum, conſtantium ex duodecim Syllabis; quamuis aliqui, diuerſi generis intermiſceant, vt diximus; & ſeptem, & octo Syllabarum.

Proſequitur Auctor Chazragiacus, & pro quinta littera ق intendit quintum Circulum, qui dicitur أَلْمُتَّفِقُ *Conueniens*, qui continet duas ſpecies Carminum, quæ vnico nomine cenſentur, nempe أَلْمُتَقَارِبُ *Coniunctum*: & dicitur ſic, quia habet pedes frequentiores Paxillos quam Chordas, vnde dicit Chamus المتقارب فعولن ثماني مرات وفعولن فعولن فعل مرتين لقرب اوتاده من اسبابه *Coniunctum eſt genus Carminis, cuius menſura eſt* فعولن *octies replicata: item & menſura altera* فعولن فعولن فعل *duabus vicibus: & denominatur Coniunctum propter frequentiores Paxillos quàm Chordas.*

Igitur duæ ſunt ſpecies Carminis Coniuncti: prior, cuius menſura eſt فَعُولُنْ فعولن فعولن فعولن, prout ſunt Carmina, quæ refert Chamus in Particula وا

وَا بِـأَبِـى أَنْـتَ وَفُـوكَ ٱلْأَشْنَـبْ

كَأَنَّمَـا دُرَّ وَعَلَيْـهِ ٱلزَّرْنَـبْ

Vah, pater meus es tu, & os tuum albis reſperſum puſtulis,

Perinde ac margaritæ, aſperſæ odoratis vnguentis.

Ad hanc etiam ſpeciem pertinent Carmina, quæ affert Libellus Centum regentium, dum tractat Particulas aſſimilatas Verbis, ſic dicens:

كَأَنَّـكَ بَعْـرَةٌ فِى أَمْـتِ كَـبْشٍ

مُنَطَّوِحَـةٌ وَٱلْكَبْـشُ يَمْـشِى

Perinde ac tu fimus ad clunes arietis,

Pendulus, dum aries incedit.

كَأَنَّـكَ بُقْلَـةٌ فِى أَرْضِ هَـشٍّ

فَجَاءَهَـا وَابِـلٌ فَبَرَكَهَـا قَـشِّ

Quaſi

Quasi tu portulaca in terra molli,

Et superuenit violentus imber, & relinquit eam inanem.

Huc etiam referuntur Carmina Alchorani circa finem capitis, cui titulus est سورة النبإ, dum dicit:

ذَٰلِكَ ٱلْيَوْمُ ٱلْحَقُّ فَمَن شَآءَ

Ille dies est verus: & qui voluerit,

ٱتَّخَذَ إِلَىٰ رَبِّهِۦ مَـَٔابًا

Assumet sibi ad dominum suum confugium:

إِنَّآ أَنذَرْنَٰكُمْ عَذَابًا قَرِيبًا

Enimuero nos comminati sumus vobis tormentum vicinum.

Et huc reuocantur omnia Carmina constantia ex vndecim Syllabis, dummodo penultima sit longa, & quamuis videatur deficere vna Syllaba, hoc est ex licentia, de qua infra dicemus. Quare huc etiam referuntur Carmina quædam vndecim, & etiã decem Syllabarũ, quæ reperiuntur in Alchorano: & præsertim سورة الانسان cap. de Homine, vbi sic loquitur:

وَيُسْقَوْنَ فِيهَا كَأْسًا — *Et bibent in ea poculum,*

كَانَ مِزَاجُهَا زَنجَبِيلًا — *Cuius mixtio est Zinziber:*

عَيْنًا فِيهَا تُسَمَّىٰ سَلْسَبِيلًا — *Fons est in ea vocatur Salsabil.*

Et initio capitis النبإ dicit, intermiscens Versus, huc pertinentes, Carminibus septem & nouem Syllabarum.

عَمَّ يَتَسَآءَلُونَ — *pro quo interrogabunt;*

عَنِ ٱلنَّبَإِ ٱلْعَظِيمِ — *de fama, seu nuncio grandi.*

ٱلَّذِى هُمْ فِيهِ مُخْتَلِفُونَ — *de quo ipsi inter se dissident;*

كَلَّا سَيَعْلَمُونَ — *nequaquam ipsi noscent;*

ثُمَّ كَلَّا سَيَعْلَمُونَ — *iterum dico, nequaquam ipsi noscent.*

Et

Et Versus intermixti, septem Syllabarum, pertinent ad quæ supra diximus eiusdem mensuræ. Versus autem nouem Syllabarum pertinent ad alteram mensuram carminis *Coniuncti*, cuius mensura est فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعَلْ, idest nouem Syllabæ. Et hoc potest duplici modo occurrere, vel ita vt penultima Syllaba sit longa: & hoc est ex licentia, vt factum est in vltimo ex Carminibus mox adductis.

Alio autem modo penultima est breuis, & hoc est proprium iuxta adductam mensuram, qua penultima breuis exigitur. Et sunt qui adducunt in medium pro hac mensura exemplum quod adduximus supra pro mensura octo Syllabarum, quã diximus, à quibusdam tribui Carmini quod dicitur *Leue:* & ibi quidem quadrat, si Syllaba secunda ibi liquescat, quod est ad libitum: nam secunda est ا cum Chesro, præcedente Fathho, & potest duplici modo sumi: vel ita vt proferatur cum liquescentia, quasi esset vna Syllaba sic وَاذَا, quasi cum Vasli: & tunc pertinet ad Carmen octo Syllabarum; quod est Carmen pertinens propriè ad speciem septennarij, cui additur vna Syllaba si penultima sit breuis; quia tunc breuitas penultimæ facit vt cum vltima quasi vna censeatur. Ita etiam dicendum de Carminibus duodecim Syllabarum, quæ eandem reddunt consonantiam quam faciunt Versus vndecim dumtaxat: & ratio est, quia morula quam exigit Syllaba longa ad sui prolationem, est duplum eius quod exigit Syllaba breuis. Et hæc est methodus propria circa mensuram Carminis. Itaque, si liquescat secunda Syllaba vel prima Carminum, de quibus est nobis sermo, pertinebunt ad mensuram octo Syllabarum, vt mox diximus: Si autem sumantur in rigore, sine liquescentia, sic وَاِذَا, vt sint tres Syllabæ, tunc proprijssimè erunt huiusmodi mensuræ carminis *Coniuncti*, cum penultima breui ad instar *Sdruccioli:* quamuis plerique velint ع mensuræ فعل hic quiescere, & Carmen esse octo Syllabarum. Sequentia autem sunt ex cap. المرسلات.

فَإِذَا ٱلنُّجُومُ طُمِسَتْ — *quando stellæ delebuntur,* seu *obscurabuntur.*

وَإِذَا ٱلسَّمَآءُ فُرِجَتْ — *& quando cælum scindetur,* seu *aperietur.*

وَإِذَا ٱلْجِبَالُ نُسِفَتْ — *& quando montes funditus euertentur.*

وَإِذَا ٱلرُّسُلُ أُقِّتَتْ — *& quando Nuncijs constitue tur tempus.*

لِأَىِّ يَوْمٍ أُجِّلَتْ — *quo die præfinitum fuerit.*

Itaque ex his habemus, ad mentem Chazragiaci, quinque Circulos seu Periodos Carminum, nempe Circulum ٱلْمُخْتَلِفَةُ *Diuersum, Varium*, constantem ex quatuordecim Syllabis, continentem tres species, nempe ٱلطَّوِيلُ *Longum:* ٱلْمَدِيدُ *Extensum*, & ٱلْبَسِيطُ *Expansum:* quorum mensura est quattuordecim Syllabarũ. Et Auctor Chazragiacus his Carminibus tradit nobis has regulas, ita vt aliud exẽplum

plum adducere non sit necesse, omnia enim carmina Chazragiaci sunt eiusmodi mensuræ.

Secundò, habemus Circulum الْمُؤْتَلِفَةُ *Compositum*, cuius species sunt الْوَافِرُ *carmen Exuberans*, & الْكَامِلُ *Perfectum*, quæ constant ex quindecim Syllabis, iuxta mensuram مُتَفَاعِلُنْ, vel مُفَاعَلَتُنْ ter replicatam. Et huiusmodi duo Circuli satis sunt conformes Latinorum Exametris, quæ sæpissimè sunt quattuordecim vel quindecim Syllabarum, quamuis alia sit ipsis ratio mensuræ, vt sunt Carmina Vergilij:

Arma, virumque cano, Troiæ qui primus ab oris,
Italiam fato, profugus, Lauinaque venit.

Vtrumque ex quindenis constat Syllabis, vt patet. Sic etiam quindenarum, vel quaterdenarum Syllabarum sunt sequentes ex eodem, habita ratione, vel neglecta Sinalœpha, vt

Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas.
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris:
Obuertunt pelago proras, tum dente tenaci
Anchora fundabat naues: & littora curuæ
Prætexunt puppes. Iuuenum manus emicat, ardens,
Littus in Hesperium: quærit pars semina flammæ,
Abstrusa in venis silicis: pars densa ferarum
Tecta rapit, syluas, inuentaque flumina monstrat.

Et sunt singuli ex quattuordecim vel quindecim Syllabis: & sic frequentissimè apud Poetarum principem reperiet, si quis curiosiùs inquirat. Ad instar igitur Latinorū, eiusmodi Carmina procedūt horum Circulorum, quattuordecim vel quindecim Syllabarum: & cum eadem grauitate videntur incedere, vt patet hoc Carmine, quod affert Auctor Chamus in dictione طحن, dicens:

أَسْمَعُ جَعْجَعَةً وَمَا أَرَى طَحِينًا

Sentio molituræ fragorem, at non cerno farinam.

Sic bene consonat Carmen Arabicum, ad instar Exametri Latini: quod nec assequitur ipsa nunc Italica lingua: quidam enim olim experti sunt, frigescere carmina Italico sermone, ad instar Exametri, vel Pentametri Latini: dixit enim aliquando Ludouicus Dulcius:

Giulia cara, à Dio, non parto senza dolore:
Giulia mi parto, Giulia cara, à Dio.

Ecce quomodo frigescunt: Arabici autem Versus non ita: qui & ad instar Italorum, tam Hetrusco quàm Latino sermone constructi, satis bene consonant. Et ratio, vt puto, est, quia Tuscia lingua vix habet Consonantem in fine, & semper Vocali terminat suas dictiones; quare nimia dulcedo tollit grauitatem, quam efficit aspe-

asperitas illa, & collisio consonantium. Arabica autem lingua dat plerumque terminum suis dictionibus littera Consonante, ratione Tanuini, & litterarum quiescentium: quare pertingit illam grauitatem Latini idiomatis, vel etiam superat, ratione maioris asperitatis, quod non obtinet Tuscius sermo.

Et quia Arabica lingua est etiam conformis Etruscæ, propter concomitantiam quam exigit Vocalium & Consonantium continuatam: vix enim vnam tantummodo patitur esse quiescentem inter litteras motas, vt ex dictis in Grammatica constat: & propterea si in duobus Circulis memoratis habet Versus ad instar linguæ Latinæ, quattuordecim vel quindecim Syllabarum; in sequentibus Circulis habet Versus consimiles Etruscæ, duodecim, & vndecim, septem, & octo; insuper & nouem Syllabarum, vt constat ex dictis.

Habemus enim tertium Circulum, qui dicitur *Similis*, & quartum qui dicitur *Contractus*, continentes Carmina duodecim Syllabarum: item & quintum qui dicitur Circulus *Consentiens*, continentem Carmina non solùm duodecim, sed etiam nouem Syllabarum. In tantum vt fiant quindecim species, & quinque genera Circulorum. Et hoc est quòd intendit Auctor Chazragiacus, dum dicit, *Et dispone secundùm mensuram Circulos quinque* خف لشق, ideſt, *Circulum Diuersum: Compositum: Contractum: Similem; & Consentientem.*

Post hæc, prosequens doctrinam de Carminibus, addit hæc Chazragiacus:

فَمِنْهَا ٱلْبَيْتُ ٱلْمُصْرَاعُ وَٱلْبَيْتُ مِنْهُ

وَٱلْقَصِيدَةُ مِنْ أَبْيَاتٍ يُجَرِّ عَلَى ٱسْتِوَا

Et ex ipsis compaginatur ostium, domusque ex eo:
Et Poema ex domibus Carminum, iuxta æquationem.

وَقُلْ آخِرَ ٱلصَّدْرِ ٱلْعَرُوضَ وَمِثْلَهُ

مِنَ ٱلْعَجْزِ ٱلضَّرْبُ ٱعْلَمْ ٱلْفَرْقَ بِٱعْتِنَا

Et dic dictionem vltimam primi Versus العروض, ideſt, *oblationem rhythmi, & similiter*
Vltimam posterioris voca ٱلضَّرْبُ *pulsationem: agnoscito differentiam secundùm formalitatem.*

Sic eleganter tradit Chazragiacus doctrinam de Carminibus Carmine, iuxta mensuram primi Circuli, constantem ex quattuordecim Syllabis, variè tamen, ita vt modò sit Carmen *Longum*, modò *Extensum*, modò *Expansum*, iuxta mensuram Circuli *Diuersi*: primum tamen Carmen est potius iuxta mensuram quarti Circuli, cùm sit duodecim Syllabarum, pensatis etiam Poetarum licentijs, de quibus infra. Deinde sex Versus subdit idem Chazragiacus, intendens explicationem terminorum, seu Denominationem partium quæ occurrunt in Carminibus: quæ quamuis ad modicum sint vtilia, quia non satis explicant; nihilominus libuit hic illa subiunge-

re, ne quid desit de القصيدة الخزرجية Carmine Chazragiaco. Subiungit igitur Carmina sub hoc titulo.

القابي الابيات

Denominationes Carminum.

اِذَا اَسْتَكْمَلَ الْاَجْزَاءَ بَيْتٌ كَحَشْوِهِ
عَرُوضٌ وَضَرْبٌ ثُمَّ اَوْ خُولِفَتْ وَفَى

Cùm completæ fuerint partes, dicitur domus, secundum arcum suum,
Oblatio rhythmi, & pulsatio eius, completa: vel diuersa à perficitur.

بِزَهْرِهِمَا وَازْدَادَ سَقْفُكَ حَائِدٌ
اَخِيرُهُمَا فَالْفَرْقُ بَيْنَهُمَا اَجْلَى

Cum eleganti vtriusque concursu: & adiunctum fuerit tectum tuum prominens:
Vltimum vtriusque: & discretio inter vtrumque sit clara.

وَاَسْقَاطُ جُزْئَيْهِ وَشَطْرٍ وَفُوقَهُ
هُوَ الْجُزْءُ ثُمَّ الشَّطْرُ وَالنَّهْكُ اِنْ طَرَا

Et occursus duarum partium eius, & medietatis: & præcipua est
Ipsa pars, tum medietas. Excellentia autem, si noua proferantur in lucē.

Hæc satis breuiter, & non minus obscurè Chazragiacus, de Cognomentis Carminum. Et quod intendit, si capiam, mens eius est: Quando completæ fuerint partes Carminis, iuxta arcum seu mensuram eius, tunc denominari بَيْتٌ *Domum.* Ita solent Etrusci completam Metri orationem, quæ vt plurimū ex octo constat Versibus, appellare *Stanza*, quasi domum. Deinde subiungit, perfici domum per complementum rhythmi, qui completur duabus dictionibus; extrema prioris Versus, quæ dicitur عَرُوضٌ *Oblatio*, & vltima posterioris, quæ dicitur ضَرْبٌ *Pulsatio*.

Quòd si diuersa fuerit Pulsatio ab Oblatione, ita vt non sit similiter desinens, saltem sit similiter cadens, vel certè suppleatur talis defectus elegantia quadam, vel acumine; ita vt sit discretio inter vtrumque, & non replicatio eiusdem.

Quòd autem dicit de Medietate, intelligit de Quiete illa seu Pausa, quam exigit Versus antequam finiatur, & frequenter circa medietatem Versus, quam Latini vocant *Penthemimerim*, seu *Semiquinariam*, & *Hephtemimerim*, seu *Semiseptenariam*, prout est quies illa in his Carminibus: *Arma, virumq. cano*, deinde post pausam subiungitur *Troiæ, qui primus ab oris*. Et, *Infandum Regina iubes*, & deinde post pausam, *renouare dolorem*. Sic & in Hetruscis, *Le Donne, i Cauallier*, deinde post pausam, *l'Arme, egli Amori*. Sic etiam: *Canto l'Armi pietose*, deinde post quietem subinfertur, *e'l Capitano*. Hoc est quod intendit Auctor, dum inquit شَطْرٌ *Medietatem:* quia scilicet disponi debet taliter Versus, vt circa medietatem habeat vbi detur pausatio: quæ nec nimia debet esse, ne debita tollatur concatenatio, vt accidit in illo Carmine: *Aurea scribis Carmina Iuli maximè vatum*. Et ad hanc sobrietatem grauissimi Auctores etiam quantitates Syllabarum neglexerunt, vt Virgilius, *Vna, eademque via, sanguis, animusque sequuntur*. Vbi productio Syllabæ vltimæ ly *sanguis*, sustinetur, propter concatenationem. Quare potius derogandum Syllabis, quam Versus compagini: & Regulæ non sufficiunt ad Carminis elegantiam, nisi eiusmodi prudentia adhibeatur: quam adhibuit noster Chazragiacus in exemplis allatis, afferens cū sobrietate pausæ bene compaginatos Versus, dicens أَصَابَتْ بِسَهْمَيْهَا ecce pausationem: deinde prosequitur Versum جَوَارِحُنَا قَدَا.

Sic etiam in posteriori Versu رَكُونِي بِهِمَّةٍ hic pausatur: deinde profertur vsque in finem كَوَقْعَيْهِمَا سَوَا. Et sic, siquis inspiciat, pausationem reperiet in singulis Versibus. Hucusque Chazragiacus.

Eius tamen doctrina non sufficit ad rem tam nouam Latio inferendam, propterea & alia Carmina circa eamdem materiam hic subiungemus Auctoris non minus eruditi: imò qui &, propter suam celebritatem, eruditorum & Poetarum princeps apud Arabes cognominatur, nomine Bader Aladinus Damamianus: & sunt hæc:

شعر

ملك المتادبين بدر الدين الدماميني

Carmen Regis Poetarum Bader Aladini Damamiani.

De Metro.

فَلِلْجُزْءِ حَتْمًا وَيْلُ مَنْ فَاتَ نَرْدَهُ
جَوَازًا فَجُرَّ حَدَّسَكَ فَوْهُ أَخِي ذُكَا

Et pars imbrem exigit manna: & si libuerit,
Licentiam sume poeticam, & profer tui intellectus acumen.

وَمَعْنَاهُ أَنِ الْبَحْرَ يُمْكِنُ نَظْمُهُ
عَرِيًّا عَنِ الْجُزْءِ الَّذِي فِيهِ قَدْ جَرَى

Et sensus est, quòd Carmini licet textura,
Priuata seu deficiens ea parte, quam regulariter exigit.

وَلٰكِنْ إِذَا مَا حَلَّ بَيْتًا فَإِنَّهُ

يَكُونُ بِبَاقِي ٱلنَّظْمِ حَتْمًا بِلَا مِرَا

Sed quamdiu conueniens Carmen, vtique illud

Erit in reliquo texturæ congruum, sine suspicione,

وَفِي سَابِعٍ وَٱلتَّاسِعِ ٱلشَّطْرُ سَايِغٌ

وَجُوِّزَ أَيْضًا نَهْكُ زَنْعٍ ذَوُوا ٱلْهُدَى

Et in septima, & in nona, pausatio medietatis optimè cadens:

Et permiserunt excellentiam erroris, i.licentiã poeticam, *magistri poesis.*

وَمَا مِنْهُمَا عِنْدَ ٱلْعُرُوضِ وَاجِبٌ

فَكُنْ فُطْنًا وَٱتْرُكْ سَبِيلَ مَنِ ٱعْتَدَى

Quid autem ex his licentijs Poetæ conueniat,

Esto prudens, & fuge viam transgredientis.

His ergo nos docet Bader Aladinus Damamianus, Poetarum apud Arabes facilè Princeps, posse derogari Syllabis & Partibus Carminum, modò adsit prudentia, quæ discretè licentiam sumat, tunc præsertim, cùm ratione argutæ, grauis, aut elegantis sententiæ opus fuerit. Addit præterea, circa septimam & nonam bene cadere pausam, seu quietem, quam diximus requiri circa medium Carminis: & hoc in eiusmodi Carminibus, quibus ipse doctrinam tradit, quæ sunt primi Circuli, quattuordecim scilicet Syllabarum. Quam autem licentiam Poeta sumere possit, idem Auctor docet sequenti Carmine, cum eiusmodi titulo.

الزحاف المنفرد

De Abiectione litteræ, simplici.

وَتَغْيِيرُ ثَانِي حَرْفِ ٱلسَّبَبِ ٱدْعُهُ

زِحَافًا فَاوِّجْ ٱلْجُزْءَ مِنْ ذٰلِكَ أَمْ خَتَمْ

Et alterationem secundæ ex duabus Chordæ litteris, nomina illam

زحافا, i. *Prolapsum: ac proinde vt* أَوِّجْ, *pars erit, vel vt* خَتَمْ:

Hic exemplum apponit duplex circa Prolapsum, seu زِحَافٌ, qui duplici modo fit: vel priuatione Vocalis, ita vt littera, quæ erat mouenda, quiescat; & apponit primum

mum exemplum أَوِّجْ, vbi secunda littera quiescit. Altero modo Prolapsus fit, reijciendo ipsammet litteram, & ad hoc significandum apposuit secundum exemplum خَتَمْ, pro إِخْتَمْ, denotans litteræ abiectionem. Ac propterea prosequitur, dicens:

وَذٰلِكَ بِٱلْإِسْكَانِ وَٱلْحَذْفِ فِيهِمَا

يَعُمُّ عَلَى ٱلتَّرْتِيبِ فَٱقْضِ عَلَى ٱلْوَلَا

Idq. litterã priuãdo vocali, vel reijciendo penitus, in vtroque. s. Palo, Chorda.

Estque vniuersale secundum regulam: exequere igitur iuxta licentiam.

فَتِلْكَ بِنَائِي ٱلْجُزْءِ ٱلْإِضْمَارُ مُتْبَعًا

بِخَبْنٍ وَوَقْصٍ فَٱدْعُ كُلًّا بِمَا ٱقْتَضَى

Et illa in secunda partis الْإِضْمَارُ, i. *quies secundæ litteræ dicetur: & si sequatur etiam*

خَبْنٌ, i. *reiectio ipsius secundæ litteræ. Et* وَقْصٌ, i. *vtrumque simul,* i. *non solum quies, sed reiectio secundæ litteræ. Voca igitur singula prout decretum est.*

وَرَابِعُهُ لَمْ يَبْتَلَ إِلَّا بِطَيِّهِ

أَيِ ٱلْحَذْفِ إِنْ يُسْكَنْ وَإِلَّا فَقَدْ نَجَا

Quarta autem non tangitur, nisi eius implicatione,

Idest reiectione, si fuerit priuata vocali, alioquin immunis erit.

وَعَصْبٌ وَقَبْضٌ ثُمَّ عَقْلٌ بِخَامِسٍ

وَكَفٌّ سُقُوطُ ٱلسَّابِعِ ٱلسَّاكِنِ ٱنْقَضَى

Et عَصْبٌ, i. *quies, seu priuatio quintæ vocali. Et* قَبْضٌ, i. *reiectio quintæ, dum est vltima quiescens. Et* عَقْلٌ, i. *reiectio ipsius quintæ, quamuis non vltimæ.*

Et كَفٌّ, i. *reiectio septimæ litteræ dum est quiescens.* Dicit itaque:

Et priuare vocali quintam, & negligere illam: item reijcere si fuerit quiescens:

Et reijcere septimam, si fuerit quiescens: iam decretum est.

Hæc

Hæc Aladinus, Poetarum Princeps, de licentijs Poetarum. Et contra de his quæ fugienda sunt Poetæ, hæc subiungit cum hoc titulo.

الزحاف المزدوج

De Abiectione Litteræ geminata.

وَطَيُّكَ بَعْدَ ٱلْخَبْنِ خَبْلٌ وَبَعْدَ أَنْ

تَقَدَّمَ إِضْمَارٌ هُوَ ٱلْخَزْلُ يَا فَتَى

Et implicatio tua post خَبْنٌ *ideſt reiectionem ſecundæ litteræ, dicitur* خَبْلٌ, i. *truncatio manus: & poſtquam*

Præceſsit إِضْمَارٌ, i. *priuatio Vocali ſecundæ litteræ, dicitur* خَزْلٌ, i. *reiectio quartæ litteræ cum quiete ſecundæ*; ſeu *dicitur ambulatio cum claudicatione*, ſeu *curuè, ò puer*.

وَكَفُّكَ بَعْدَ ٱلْخَبْنِ شَكْلٌ وَبَعْدَ أَنْ

جَرَى ٱلْعَصْبُ نَقْصٌ كُلُّ ذَا ٱلْبَابِ مُجْتَوَى

Et كَفٌّ *tua*, i. *reiectio ſeptimæ litteræ dum eſt quieſcens, poſt* خبن, i, *poſt reiectionem ſecundæ etiam litteræ, dicitur* شَكْلٌ, i. *figuratio*, ſeu *ad voluntatem componere: & poſtquam*

Præmiſſa eſt عَصْبٌ, i. *quies quintæ litteræ*, ſeu *priuare ipſam vocali, reijcere cum hoc ſeptimam: omnia hæc, defectus fugiendi*.

His igitur nos Bader Aladinus docet quæ liceant, quæ non liceant.

Licet enim primò priuare Vocali ſecundam litteram: licet etiam reijcere ipſam ſecundam, ſiue quieſcens fuerit ſiue mota.

Secundò, licet etiam reijcere quartam litteram, ſi quieſcens fuerit: ſi autem non quieſcat, non tangitur.

Tertiò, licet priuare Vocali quintã. Item licebit reijcere ipſam quintam litteram, ſi iam fuerit quieſcens: mota autem non reijcitur, ſed tantùm Vocali priuari poteſt.

Quartò, licet reijcere ſeptimam quando fuerit quieſcens:

AT NON LICET reijcere, ex forma vnius & eiuſdem Carminis, ſimul ſecundam & tertiam.

Nec licet ſimul priuare ſecundam Vocali cum reiectione quartæ.

Nec licet ſimul reijcere ſeptimam & ſecundam.

Nec

Nec licebit reijcere ſeptimam, quamuis quieſcentem, cùm priuata fuerit motione littera quinta.

Hoc vt melius percipiatur, reuocandæ ſunt in mentem diuerſæ menſuræ Carminum ſuperiùs traditæ, quæ figurantur ſecundùm diuerſas litteras, ſiue Quieſcentes, ſiue Motas, requiſitas iuxta diuerſorum Carminum genera, efformanturque huiuſmodi Formulis فَاعِلَاتُنْ مُفَاعَلَتُنْ فَعُولُنْ مُتَفَاعِلُنْ فَعَلْ مَفَاعِيلُنْ فَعَلْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ. Quibus ſignificantur quæ litteræ debeant quieſcere, quæ debeant moueri, & quot.

Cum ergo dicitur, dari licentiam priuandi ſecundam litteram Vocali, intelligendum eſt cum relatione ad ipſam Formulam, vt ſi exempli gratia Formula Carminis ſit مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ, prout eſt Menſura Carminis, quod dicitur ٱلْكَامِلُ *Perfectum*, liceat loco primi مُتَفَاعِلُنْ ponere مُتْفَاعِلُنْ, ſcilicet vt liceat in hoc Carmine apponere ſecundam litteram Quieſcentem, quamuis Menſura exigat litteram Motam. & eſt ponere مستفعلن pro متفاعلن

Ita cùm dicitur, licere reijcere ſecundam litteram cùm fuerit Quieſcens, intelligendum eſt, exempli gratia, ſi prima pars Carminis fuerit مُسْتَفْعِلُنْ, vel فَاعِلَاتُنْ, in quibus ſecunda quieſcit, poterit apponi pro ipſis quod correſpondeat menſuris مُتْفَعِلُنْ, & فَعِلَاتُنْ.

Cùm item dicitur, quòd licet reijcere quartam litteram, ſi fuerit Quieſcens, intelligendum eſt: ſi fuerit menſura primæ partis Carminis iuxta مُتْفَاعِلُنْ, vbi datur quarta littera Quieſcens, tunc licere, neglecta ipſa quarta littera, apponere quod correſpondeat مُتْفَعِلُنْ. Sic etiam ſi Menſura primæ partis fuerit مُسْتَفْعِلُنْ licebit negligere quartam quia quieſcit, & apponere quod reſpondeat مُسْتَعِلُنْ. Quòd ſi eſſet Menſura iuxta مُفَاعَلَتُنْ, non liceret, neglecta quarta, apponere iuxta مُفَالَتُنْ; quia quarta non eſt Quieſcens: & ſic intelligendum eſt de cæteris.

Sunt igitur licentiæ quæ à Poetis ſumuntur plures, quarum nomina hìc expedit recenſere, vt ſingula diſtinguamus.

Eſt igitur primò licentia, quæ dicitur ٱلْإِضْمَارُ, quam ſic definit Auctor Libri Chamus, إسكان التاء من مُتَفَاعِلُنْ فى الكامل, ideſt, *facere quieſcere*, ſiue *priuare Vocali litteram* ت *partis, iuxta* مُتَفَاعِلُنْ *in Carmine quod dicitur* كامل *Perfectum*. Vbi notandum eſt, quòd dicit in Carmine *Perfecto*, non quaſi hoc ſit proprium ipſius, ita vt alteri tribui non poſſit; ſed quia ipſum Carmen habet pro prima parte menſuram مُتَفَاعِلُنْ, in qua non ſolùm eſt prima littera mota, ſed &

ſecunda & tertia: hoc enim totum eſt neceſſe ad vſurpandam huiuſmodi licentiam: Quòd enim prima ſit Mota, hoc eſt de neceſſitate in omnibus; nec enim initium poteſt ſumi à littera Quieſcente: Quòd ſit etiam ſecunda mota, hoc eſt ex ſuppoſitione licentiæ, non enim poteſt priuari Vocali per hanc licentiam, niſi ſupponatur habere Vocalem: Inſuper etiam tertia debet habere Vocalem, alioquin ſecunda non poteſt priuari; ne fiat concurſus duarum Quieſcentium immediatè, quòd apud Arabes non permittitur. Quare in فَاعِلَاتُنْ huiuſmodi licentia vſurpari non poteſt propter quietem ſecundæ: & in مُفَاعَلَتُنْ vſurpari non poteſt propter quietem tertiæ: exigitur ergo motio omnium trium litterarum, prout eſt مُتَفَاعِلُنْ, quæ eſt menſura Carminis *Perfecti*. Quòd ſi conſimilis menſura detur alterius, in principio habens tres litteras motas, idem de ipſo dicendum.

Secundò, alia licentia eſt اَلْخَبْنُ *Sinuatio*, quæ ſic explicatur in libro Chamus الخبن اسقاط الحرف الثانى فى العروض *Alchabno eſt reiectio ſeu neglectio ſecundæ litteræ in Carmine*. Hoc autem intelligendum, ſi ſecunda quieſcat, ita vt exempli gratia, menſura iuxta فَاعِلُنْ reducatur ad فَعِلُنْ. & ſic in ſimilibus.

Tertiò, licentia alia eſt, quæ dicitur اَلْوَقْصُ *Diminutio*, quam ſic definit Chamus الوقص الجمع بين الاضمار والخبن *Eluachſo eſt copulatio Eledſmaro, & Elchabno*, ideſt, *Coniunctio duplicis licentiæ in ſecunda, non ſolùm priuatio Vocalis, ſed etiam reiectio ipſius litteræ, quamuis motæ, ita vt exempli gratia* مُتَفَاعِلُنْ *reducatur ad* مُفَاعِلُنْ, & ita coniungitur vtraque licentia.

Eſt etiam licentia pertinens ad ſecundam litteram, quæ dicitur اَلصَّدْرُ, prout teſtatur Chamus, ſic dicens الصدر حذف الف فاعلن فى العروض *Elſadro eſt abiectio* ا, *menſuræ iuxta* فَاعِلُنْ, *ita vt reducatur ad* فَعِلُنْ.

Quartò, eſt licentia quæ dicitur طى *Implicatio*, ſeu *inuolutio*, qua denotatur vel priuatio Vocali: vel ſi ſupponatur littera Quieſcens, reiectio ipſius litteræ: de qua dixit noſter Aladinus, وَرَابِعُهُ لَمْ يَبْلَ اِلَّا بِطَيِّهِ *Et quarta littera non tangitur, niſi per* طى *ipſius*. Et mox explicans quid intendat per طى, ſubiungit, dicens: اى الحذف ان يسكن والا فقد نجا *ideſt, reiectione, ſi Quieſcens fuerit; aliàs enim immunis erit*.

Quintò, eſt licentia quædam generalis quæ dicitur اَلزِّحَافُ, quod eſt Nomen deriuatum à Verbo زَحَفَ *repo, ſerpo*, quo ſignificatur acceſſus ad rem ſenſim, abſque

que eo quòd ſentiatur: & denotatur proinde reiectio, ſeu neglectio litteræ ex menſura cum quadam dexteritate, vt eius caſus ſeu neglectio non detrahat de elegantia Carminis: vnde Chamus de ea ſic loquitur الزحاف ككتاب فى الشعر يسقط بين الحرفين حرف فزحف احدهما الى الاخر والشعر مزاحف بفتح الحاء ideſt, *Elzehafo in Carminibus accidit, ſi excidat littera poſita inter duas alias, ac profectò accedat altera ad alteram, ablata intermedia. Et Carmen in quo ſumpta eſt talis licentia, denominatur exinde Mozahafon*.

Sextò, eſt licentia quæ dicitur اَلْعَصْبُ, quæ ſic explicatur in libro Chamus العصب اسكان لام مفاعلتن فى عروض الوافر وردّ الجزء بذلك الى مفاعيلن ideſt, *Ela-ſbo eſt ſpoliare Vocali* ل *menſuræ* مُفَاعَلَتُنْ *in Carmine, quod denominatur Exuberans, ita vt exinde reducatur pars ad menſuram* مُفَاعِيلُنْ. Eſt itaque licentia hæc reſpectu quintæ litteræ, vt ſcilicet liceat quinto loco apponere, pro mota ſeu habente Vocalem ſeu pro vocalata, litteram quieſcentem.

Septimò, etiam circa quintam litteram datur licentia quæ dicitur اَلْعَقْلُ *Colligatio*, ideſt quando permittitur vt quinta littera, ſi ſit quieſcens, reijciatur. Et ſic etiam explicat Chamus, dicens: العقل اسقاط الياء من مُفَاعِيلُنْ *Ela-clo eſt Abiectio* ى *menſuræ* مُفَاعِيلُنْ, ideſt Abiectio quintæ litteræ, quando ſcilicet eſt quieſcens, ſeu quando iuxta menſuram, quinto loco quieſcens exigeretur.

Circa quintam quoque litteram datur alia licentia, quam memorat Aladinus, eamque nominat قَبْضٌ *Contractionem*, & eſt quando quinta eſt vltima partis, & eſt quieſcens, ac proinde negligitur, vt cùm pro menſura فَعُولُنْ apponitur فَعُولْ vel loco فَاعِلُنْ fit iuxta فَاعِلْ.

Octauò, datur licentia Poetis circa ſeptimam, & dicitur اَلْكَفُّ *Ceſſatio, Terminatio, Cohibitio, Continere*: & eſt neglectio ſeptimæ litteræ cùm fuerit quieſcens & vltima partis, vt ſi ponatur juxta مُفَاعِيلْ, loco ponendi iuxta مُفَاعِيلُنْ. Quare ſic explicat Chamus ſuo loco, dicens, الكف فى العروض اسقاط الحرف السابع اذا كان ساكنا كنون فَاعِلَاتُنْ وَمُفَاعِيلُنْ فيصير فَاعِلَاتْ وَمُفَاعِيلْ ideſt, *Elcaffo in Carminibus eſt neglectio ſeu reiectio litteræ ſeptimæ, quãdo fuerit quieſcens, prout eſt* ن *menſurarum* فَاعِلَاتُنْ, مُفَاعِيلُنْ, *ita vt euadant* فَاعِلَاتْ, & مُفَاعِيلْ. &c.

Est præterea alia licentia, quam vsurpant aliqui, sed passim non est sumenda, nisi in Carmine quod dicitur *Exuberans:* & dicitur eiusmodi licentia الخرم *promontorium*, deriuata similitudine ex monte, seu ex parte eius prominentiori: est enim hæc licentia circa primam litteram, quæ quia prima est, prominet magis: & est ipsius primæ litteræ neglectio. Et sic illam explicat Chamus الخرم فى الشعر ذهاب الفاء من فعولن والميم من مفاعلتن والبيت مخروم ideſt, *Elcharmo in Carminibus est neglectio litteræ* ف *ex mensura* فعولن, *& litteræ* م *ex mensura* مفاعلتن, *vnde dicitur Carmen Machrumon*, ideſt Carmen in quo sumpta est huiusmodi licentia. Et huiusmodi licentia est potiùs defectus, & grauiores Auctores non vsurpant nisi in Carmine, quod cognominatur *Exuberans:* idque facilè vsurpari potest, quia cùm Exuberans sit quindecim Syllabarum, vt diximus, vsurpata hac licentia, euadet quattuordecim Syllabarum, quod constare potest cùm sint Carmina iuxta hanc mensuram Syllabarū quattuordecim ex primo Circulo. Quare eiusmodi licentia respectu Carminis Exuberantis, vocatur alio nomine العضب ideſt *Seiunctio*. De qua sic habet Chamus, العضب الاعضب فى عروض الوافر مفتعلن مخروما من مفاعلتن ideſt, *Ela dabo in Carmine Exuberanti est appositio partis iuxta mensuram* مفتعلن, *neglecta prima littera ex mensura* مفاعلتن. Itaque hæc licentia Exuberanti quadrat, ratione multitudinis Syllabarum.

Insuper & alia licentia vsurpatur in Carmine Exuberanti, quam dicunt العقص *implicationē*, & est reiectio alterius litteræ: nempe post reiectionem primæ litteræ ex prima parte Carminis, reijcere etiam primam alterius partis: ita vt Carmen exinde euadat tredecim Syllabarum. Vnde dicit Chamus, apponens etiam exemplum Carminis quod inde prouenit, dicens; العقص خرم مفاعلتن فى الوافر بعد العضب وبيته, ideſt, *Elachas est reiectio primæ litteræ mensuræ* مفاعلتن *in Carmine Exuberanti, post alteram consimilem reiectionem: & Carmen huiusmodi prouenit exinde.*

لَوْلَا مَلِكٌ رَؤُوفٌ رَحِيمٌ تَدَارَكَنِى بِرَحْمَتِهِ هَلَكْتُ

Nisi rex clemens & misericors Subuenisset mihi misericordia sua, perijssem.

Et exemplum cadit supra secundum, prior enim Versus est vndecim Syllabarum.

Datur præterea aliqua licentia, qua non solùm liceat, prout diximus, auferre & diminuere, sed etiam addere, vt est additio illa in fine Carminis, cognomento *Perfecti*, quam additionē nomināt الترفيل *amplificationē*, & est additio non vnius dū-

taxat

taxat litteræ, sed duarum litterarum, ita vt fit additio pedis vnius, nempe Chordæ leuis, & hoc in fine Carminis *Perfecti*, ita vt مُتَفَاعِلُنْ euadat مُتَفَاعِلَاتُنْ: & in fine Carminis *Expansi*, ita vt mensura فَاعِلُنْ vertatur in فَاعِلَاتُنْ: Quare inquit Chamus de hac licentia الترفيل dicens: اَلتَّرْفِيلُ إِنْ يُزَادُ فِى اَلْكَامِلِ سَبَبٌ عَلَى مُتَفَاعِلُنْ فَيَصِيرُ مُتَفَاعِلَاتُنْ, *Eltarphil est, si addatur in fine Carminis Perfecti Chorda super* مُتَفَاعِلُنْ, *ita vt euadat* مُتَفَاعِلَاتُنْ. Dicitur autem eiusmodi additio الذَّيْلُ *fimbria*, quia se habet, respectu Carminis, sicut fimbria ad vestem, tamquam ornamentum extremitatis eius. Et ipsum Carmen, habens huiusmodi fimbriam, denominatur مُذَالٌ *fimbriatum*. Sic testatur Auctor Chamus in dictione ذيل, dicens: والمذال من البسيط والكامل ما زيد على وتده من اخر البيت حرفان كان ذلك الحرف بمنزله الذيل للقميص *Et Elmodalo dicitur Carmen Expansum illud, vel Perfectum, cui additæ sunt post Paxillum in fine Distichi duæ litteræ, quæ se habent loco fimbriæ respectu vestis.* Hoc autem tunc bene quadrat, cùm in fine aliqua sententia, vel Epiphonema, vel aliquid graue, vel argutum acclamatione dignum, profertur: vt fieri solet in conclusione Epigrammatis: vel cùm grauitas materiæ maiorem exigit sententiæ amplitudinem, ita vt ab ordinario recedatur: vt fecisse constat Vergilium, cùm propter materiæ grauitatem, Exametris Dactylicis intermiscuit Spondaicum, dicens:

Clara Deùm soboles, magnum Iouis incrementum.

Memorat præterea noster Aladinus tres alias Poetarum licentias, quas nominat اَلْمُعَاقَبَةُ *successionem alternatiuam*. وَالْمُرَاقَبَةُ *& mutuum conspectum*, seu *inuicem se respicere*, وَالْمُكَانَفَةُ *& mutuam saluationem, inuicem se adiuuare*, seu *supplementū*. Et de his tribus, *Successione, Respectu, & Supplemento*, immediatè post prædicta sic loquitur cum tali titulo.

المعاقبة والمراقبة والمكانفة

Succesio. Respectus. Supplementum.

إِذَا اَلسَّبَبَانِ اَسْتَجْمَعَا لَهُمَا اَلْحَجَا

أَوِ اَلْفَرْدُ حَتَّا فَالْمُعَاقَبَةُ اَسْمُ ذَا

Cum duæ Chordæ immediatè concurrerint, erit vtrique saluatio,

Quòd si esset vnica, foret optimum: & hoc Successio dicitur.

للاول

لِلْأَوَّلِ أَوْ ثَانِيهِ أَوْ لِكِلَيْهِمَا
آسْمُ صَدْرٍ وَعَجْزٍ قَبْلُ وَالطَّرَفَانِ جَا

Priori vel posteriori, vel vtrique pariter
Nomen est initij, & finis antea. Et extremitates ambæ, euenit,

تَحُلُّ بِيَحْدُوْ كَاهِنٌ بِي وَجُزْؤُهَا
بَرِيَّ مَتَى تُفْقَدْ وَقَدْ جَازَ أَنْ تُرَى

Vt liceant in (ly يَحْدُوْ كَاهِنٌ بِي, i. *dirigit*, seu *ducit me Sacerdos*, seu *Procurator*. Et est ly يَحْدُوْ pars constans ex duabus Chordis, vtraque leui, nempe يَحْ, & دُوْ: sunt itaque duæ Chordæ immediatè; & hæc est Successio, quam dicit licere) deinde prosequitur: *& pars eius.*

Non incongrua apparebit quando expendetur, & iam licet vt videatur.

Et mens Aladini in his quattuor Carminibus, dum dicit *Priori, & Posteriori, vel vtrique pariter, nomen initij & finis*, est, nempe quòd concursus huiusmodi duarum Chordarum immediatè, non solùm permitti potest in priori Versu Distichi, qui superiùs dictus est صَدْرٌ *initium:* sed etiam in posteriori, quæ dicta est عَجْزٌ *postremum*, seu *posterior pars*. Deinde cùm subiungit *Et extremitates duæ accidit vt liceant*, id-est, duæ Chordæ immediatè licent: & propterea apponit exemplum partis يحدو, constantis ex duabus Chordis, prout explicauimus: eamque partem non esse incongruam, sed accommodam & aptam; idque facilè comprobaturum eum qui expendere & considerare voluerit.

Et sensus etiam esse potest, dum dicit وَالطَّرَفَانِ جَا *Et extrema duo euenit*, ideſt, vtrumque fieri potest, & hoc & illud, scilicet, vt permittantur duæ Chordæ immediatè vna post alteram, & vt non permittantur: & hæc sunt duo Extrema dicta quæ vocat اَلطَّرَفَانِ *duos modos*, vnum vt liceat permittere duas Chordas immediatè, & hoc vocat اَلْمُعَاقَبَةُ *Successionem:* & quòd prohibeantur esse duæ Chordæ immediatè, quod deinde dicit اَلْمُرَاقَبَةُ *Respectum*. Illud priùs hucusque iam dixerat: hoc posteriùs mox subiungit, dicens:

وَمَنْعُكَ لِلْعَجْزَيْنِ مَبْدَأُ شَطْرِأَمْ بِأَرْبَعِهَا كُلُّ مُرَاقَبَةٌ دَعَا

Et prohibitio tua contra hæc duo, initio medietatis, vel in quarta, Respectus dicitur,
وابحر

وَأَبْحُرٌ طُبِّيَ جُزْ مُكَانَفَةٌ لَهَا
بِكُمَّلِهَا فَافْعَلْ بِهَا أَيَّهَا تَشَا

Et Maria, seu Poemata implicata seu truncatæ partis, cum eius tamen supplemento,
Cum complementis eorum, fac in eis quidquid volueris.

Tres igitur sunt licentiæ, quas hic explicat Aladinus: permissio duarum Chordarum immediatè, quam vocat اَلْمُعَاقَبَةُ *Successionem*, quia vna Chorda succedit post alteram.

Prohibitio eiusmodi Successionis, quam vocat اَلْمُرَاقَبَةُ *Respectum*, siue *Correspondentiam*, seu *mutuam respicientiam*. Quia exinde prouenit eiusmodi Respectus in Carminibus, vt scilicet singulæ Chordæ habeant immediatè Palum, quem respiciant, & cui innectantur. Vel quia ex hac licentia frequenter accidit in Carminibus, vt pars modo sit truncata, modo integra, exempli gratia مُفَاعِيلُنْ est pars in qua conueniunt duæ Chordæ immediatè, constat enim ex Paxillo coniuncto, & duabus Chordis leuibus. Est enim مُفَا Paxillus coniunctus, & عِ prior Chorda leuis, لُنْ autem altera: quare si prohibenda sit eiusmodi Successio, reijcienda erit ن, ac proindè remanebit مُفَاعِيلُ; & ita fiet vt mensura sit quandoque مُفَاعِيلُنْ quandoque مُفَاعِيلُ: & ita eueniet inter partes, vt ita se respiciant adinuicem. Quare, inquit Auctor Chamus in dictione رقب de huiusmodi respicientia والمراقبة

فى عروض المضارع والمقتضب ان يكون الجزء مرّة مفاعيلُ ومرّة مفاعيلُنْ

Et Elmorachabato in Carmine, quod dicitur Simile, & Carmine quod dicitur Concisum, si pars vna vice ponatur iuxta مفاعيل, *altera vice apponatur iuxta mensuram* مفاعيلُنْ. Hic est igitur Respectus, qui hic intenditur.

Tertia autem licentia, quam hic Aladinus asserit, illam vocans اَلْمُكَانَفَةُ *Supplementum*, seu *Saluationem*, est quandocumque suppletur per aliud, quod aliter detractum est; vt si ex vna parte truncetur littera, addatur alteri in eodem Carmine. Et hæc est licentia amplissima: sed non sine prudentia vsurpanda.

Prædicta omnia sunt quæ licent. DEFECTVS autem qui vsurpantur, sed cum Carminis detrimento, & non à peritis aut grauibus Auctoribus, plures etiam sunt. Et primò, recensetur Defectus, qui dicitur اَلْخَبْلُ *Truncatio manus*, & est quando cum reiectione secundæ reijcitur etiam tertia, & tunc videtur Carmen

quasi

quasi truncum. Quare de huiusmodi Defectu sic loquitur Chamus الخبل ذهاب السين والتاء من مُسْتَفْعَلٌ فى البسيط والرجز لان الساكن كانّه يد السبب فاذا ذهب فكانه قطعت يده. *Elchablo est abiectio litterarum* ت & س *mensuræ* مُسْتَفْعَلُنْ, *quod accidit in Carmine Expanso, & in Carmine Improuiso seu Breui: enimuero littera Quiescens est quasi manus Chordæ; quando ergo abijcitur quasi truncatur manu.*

Secundò, Defectus alius est, qui dicitur أَلْخَزْلَةُ *dorsi fractura*, & tunc accidit, quãdo simul priuatur Vocali secũda littera, & reijcitur quarta Quiescẽs, vt si مُتَفَاعَلُنْ vertatur in مُفْتَعَلُنْ. Sic testatur Chamus, dicens: أَلْخَزْلَةُ سقوط الالف وسكون التآء من مُتَفَاعَلُنْ كَالْخَزْلِ بالفتح. idest, *Elchazlo est reiectio* ا, *& quies litteræ* ت *mensuræ* مُتَفَاعَلُنْ. *Dicitur etiam cum Fathho.* الخَزْلُ

Tertiò, Defectus etiam est qui dicitur شَكْلٌ *Figuratio*, & tunc est, quando reijcitur simul & littera secunda & littera septima, quãuis quiescẽtes, vt si فَاعِلَاتُنْ vertatur in mensuram فَعِلَاتُ. Quare, inquit Chamus, الشكل الجمع بين الخبن والكفّ, idest, *Elsciachlo est iungere simul licentiam quæ dicitur* الخَبْنُ, *& alteram simul quæ dicitur* الكَفُّ. Illa enim permittit reiectionem secundæ quiescentis, altera autem reiectionem septimæ.

Quartò, Aladinus memorat alium Defectum nomine generali النَّقْصُ *Defectus*, retinens nomen Generis ad significandam Speciem, & intendit quando quis vsurpat duplicem licentiam pariter, nempe priuando quintam Vocali, & reijciendo septimam quamuis quiescentem. Et hos omnes Defectus sub Titulo duplicatæ licentiæ, seu sub Titulo أَلزِّحَافُ ٱلْمُزْدَوِجُ iam præmisit, & recensuit inter licentias, quasi minus reputans; prohibet tamen ne vsurpentur: alios tamen postea recenset Defectus sub proprio Titulo; postquam dixerat de illa triplici licentia, *Successione, Respectu, & Supplemento*, sic dicens.

العلل

Defectus.

وَمَا لَمْ يَكُنْ مِمَّا مَضَى ٱدْعُ بِعِلَّةٍ
زِيَادَتَهُ وَٱلنَّقْصَ فَرْقًا لِذِى ٱلنُّهَى

Quod

Quod autem non est ex præmissis, tu vocato Defectum:
Excessum & Defectum, vt distinguat qui prohibeat illa.

فَزِدْ سَبَبًا خِفًّا لِتَرْفِيلِ كَامِلٍ
بِغَايَتِهِ مِنْ بَعْدِ جَزْءٍ لَهُ ٱهْتَدَا

Et adde Chordam leuem in amplificationem cognomento Perfecti,
In fine namque eius, post partem, non dedecet illud,

وَمَجْزُوٌّ هَجْ ذَيِّلْهُ بِٱلسَّكْنِ ثَامِنًا
وَسَبِّغْ بِهِ ٱلْمَجْزُوَّ فِى رَمَلٍ عَرَا

Et cui addita est pars هَجْ, idest, Chorda leuis, *fimbriam da illi cum quiete octauo loco.*

Dicit octauo loco, quia cùm eiusmodi licentia conueniat Carmini Perfecto in fine eius, eiusque mensura sit مُتَفَاعَلُنْ, quæ est septem litterarum, additio vtique illa, in fine adueniens post septimam litteram, non aduenit nisi octauo loco. Deinde sequitur:

Et comple simili Chorda leui, tribuendo similem partem Carmini cognomento رمل, idest, *Exile & breue, quod nudum est.*

وَإِنْ زِدْتَ صَدْرَ ٱلشَّطْرِ مَا دُونَ خَمْسَةٍ
فَذَلِكَ خَزْمٌ وَهُوَ أَقْبَحُ مَا يُرَى

Et si addideris initio prioris Carminis Distichi minus quã quinque litteras;
Illud erit خزم *transfixio, omnia superans deformitate.*

وَحَذْفٌ وَقَطْفٌ قَصْرٌ أَلْقَطْعُ خَدُّهُ
وَصَلْمٌ وَوَقْفٌ كَشْفٌ ٱلْخَرْمُ مَا ٱنْفَرَى

Et reiectio, & laceratio, & decurtatio, & concisio Fouea eius:
Et mutilatio, & firmatio, discoopertio ignominia, & præcisio primæ: hæc deturpant.

مَوَاقِعُهَا إِعْجَازُ ٱلْأَجْزَآءِ إِنْ أَتَتْ
عَرُوضًا وَضَرْبًا مَا عَدَى ٱلْخَرْمِ فَٱبْتَدَا

 Horum

Horum incursus est debilitatio partium, si incidant,
Siue in Rhythmi oblatione, siue in Pulsatione, excepto Charmo, quod tantùm initio cadit.

فَفِي حَاسُبُوكَ ٱلْحَذْفُ لِلْخَفِّ وَٱلْقَطْعُ
بِهِ إِثْرَ سُكْنٍ بُدَّ وَٱلْأَثْقَلُ ٱنْتَفَى

Itaque in parte hac حَاسُبُوكَ *est reiectio, siue casus Chordæ leuis, item & laceratio,*

Est enim vestigium quiescentis, quæ est pars Chordæ; quare pondus optimum euanescit.

Obscurè satis: nam breui sermone multa complectitur: incipit enim explicare exemplis Defectus, quos in superioribus enumerauerat: & quia primo loco recen. fuerat الْحَذْف *reiectionem*, siue *casum Chordæ leuis in fine:* Et simul memorauerat secundo loco Defectum الْقَطْف *laceratione*m, quando scilicet Partis aliquid abijcitur & aliquid remanet, vnde fit laceratio partis. Et propterea apponit exemplum vtriusque Defectus in ly حَاسُبُوكَ. Et vt percipiatur quomodo, animaduertendum est, Partes omnes esse vel trium vel quinque vel septem litterarum, vt supra patet in Formulis: ly autem حَاسُبُوكَ est sex litterarum, si in fine adesset septima quiescens, esset completa pars ad instar mensuræ فَاعِلَاتُنْ, constantis ex tribus pedibus, Chorda leui in principio, Paxillo coniuncto in medio, & altera Chorda leui in fine: at حاسبوك continet & Chordam leuem in principio, Paxillum coniunctum in medio: at deest Chorda leuis in fine; hic igitur est Defectus prior, nomine الحذف *Abiectio*, seu *Deficientia Chordæ leuis in fine*; prout reddit testimonium Chamus in dictione الحذف dicens: والمحذوف فى العروض ماسقط من اخره سبب خفيف *Et Elmahdufo in Carminibus est illud, cui in fine debita deest Chorda leuis*. Et hic Defectus ostenditur in allegato exemplo حاسبوك. Quia verò est in fine ipsius pars tantummodò Chordæ leuis, nempe vna littera ك, propterea patet etiam eodem exemplo alter Defectus, nomine القطف *Laceratio*. Deinde prosequitur exẽpla de ceteris, dicens.

وَحُسْبُكَ فِيهَا ٱلْقَصْرُ حَذْفُكَ سَاكِنًا
وَتَسْكِينُ حَرْفٍ قَبْلَهُ إِذْ حُكِيَ ٱلْعَصَا

Et

Et in حُسْبُكَ *est Decurtatio, reiectio nempe tua quiescentis.*

ideſt, in ly حُسْبُكَ ostenditur tertius ex memoratis Defectibus, nempe ٱلْقَصْرُ *Decurtatio*, seu *truncatio litteræ quiescentis finalis*. Et hoc patet in ly حُسْبُكَ, quæ est quattuor litterarum tantummodo, & deficit à perfectione partis iuxta mensuram فَاعِلُنْ, vnica tantum littera quiescente in fine.

Et priuare Vocali litteram ante alteram quiescentem, quando est Paxillus,
vel *Vt cùm dicitur* عَضًا, loco eius ponere عَضْ.

كَذَا ٱلْقَطْعُ لٰكِنْ ذَاكَ مِنْ سَبَبٍ جَرَى
وَفِي وَتِدٍ هٰذَا وَجَهْزٌ لَهُ حَوَى

Hoc est Truncatio, & quidem de Chorda iam dictum est: seu *in Chorda non officit.*

At in Paxillo hoc accidit, & ly جَهْزٌ *continet illud.* nam est Palus.

Prosequitur itaque explicare quartum Defectum ex memoratis, nempe القطع *Concisionem*, seu *Truncationem*, dicens: Et si priuetur Vocali littera ante quiescentem, vt si pro عَضًا dicatur عَضْ, hoc esset ٱلْقَطْعُ *Concisio*, seu *Truncatio*, memoratus Defectus; qui tunc accidit, quando ex tribus litteris, seu ex Paxillo reijcitur littera quiescens, & priuatur Vocali littera mota: sic etiam docet Auctor Chamus in dictione القطع, dicens: والمقطوع شعر فى آخره وتد فاسقط ساكنه وسكن متحركه *Et Elmactuo*, ideſt *Truncatum, dicitur illud Carmen, in cuius fine est Paxillus, sed reiecta est littera eius quiescens, & quæ mouenda erat est priuata Vocali.* Propterea & Aladinus noster subiungit, hunc Defectum القطع *Concisionis*, seu *Truncationis* non accidere in Chorda, sed in Paxillo. Deinde prosequitur explicare recensitos Defectus, dicens:

وَحَذْفُكَ مَجْمُوعًا دَعَوْا خَدَّ كَامِلٍ
وَإِلَّا فَصَلْمٌ وَٱلسَّرِيعُ بِهِ ٱرْتَدَى

Et reiectionem tuam ex Paxillo coniuncto vocauerunt Foueam Perfecti.
Sin autem, erit Palus disiunctus in fine, & Velox corrumpitur illo.

Hic explicat quintum & sextum Defectum ex simul recensitis, nempe الخد *foueã*, & ٱلصَّلْمُ *mutilationem*. Et Foueam asserit denominari Carminis Perfecti, si reij-

ciatur aliqua ex litteris eius Paxilli coniuncti: est enim mensura Carminis Perfecti مُتَفَاعِلُنْ ter replicata; & est pes constans ex duabus Chordis, priori graui, posteriori leui; & Paxillo coniuncto: si ergo vltimus Pes, qui est Paxillus coniunctus, truncetur, remanebit Carmen Perfectum imperfectum.

Deinde explicans sextum Defectum, nempe صَلْمٌ *mutilationem*, inquit: Si non sit prædicto modo Fouea Carminis Perfecti per reiectionem alicuius litteræ ex Paxillo eius coniuncto; poterit accidere alius Defectus cognomento صَلْمٌ *Mutilatio*, seu *nasi, & aurium decurtatio*: Qui defectus tunc accidit, quando apponitur in fine Carminis Paxillus disiunctus. Deinde subiungit, id maximè perdere, inter cætera, Carmen cognomine اَلسَّرِيعُ *Velox:* quia scilicet Velox exigit penultimam breuem omninò; Palus autem Disiunctus in fine facit penultimam longam. Deinde prosequitur

وَوَقْفٌ وَكَشْفٌ فِي الْمُحَرَّكِ سَابِعًا
فَاسْكِنْ وَأَسْقِطْ جُزْءَ طَيٍّ وَلَهُ الْهُدَى

Et Firmatio, & Discoopertio accidit si septima moueatur:
Et fac quiescere, & reijce per inuolutionem partis, & corrigetur.

Hìc explicat Defectus septimo & octauo loco supra memoratos, nempe وَقْفٌ *Firmationem*, & كَشْفٌ *Discoopertionem*, seu *Opprobrium*; asseritque tunc accidere huiusmodi Defectus, quando septima littera habet Vocalem: & si sit sine Tanuino, erit propriè *Firmatio:* Si autem cum Tanuino, dicetur propriè *Discoopertio*, seu *Opprobrium*. Deinde docet quomodo vtrique occurratur Defectui, nempe vt Vocalis illius litteræ septimæ reijciatur, ita vt exinde quiescat: vel reijciatur ipsa septima littera, si commodè fieri potest; alioquin reijciatur aliqua præcedens per implicationem seu inuolutionem partis, vt inquit, idest reijciendo litteram quam potest reijcere Poetica licentia, ita vt septima quiescat: Et sic inquit corrigitur talis error. Sed animaduertendum, quòd sæpè littera ـُ, Affixum tertiæ personæ masculinæ, non computatur. Prosequitur deinde Aladinus alios numerare Defectus.

وَقَطْعُكَ لِلْمَحْذُوفِ بِتُرْبٍ سَبَسْبٍ
وَقِيلَ الْمَدِيدُ اخْتُصَّ بِاسْمِهِ فِي الدُّعَا

Et Truncatio tua in reiecto, seu *à quo reiectum est in ly* تُرْبٍ سَبَسْبٍ, idest *terra mollis.*

Et dicitur, q̃ Carmini Extenso propria sunt duo prædicta in inuocatione.

Hìc dat exemplum in dictionibus تُرْبٍ سَبَسْبٍ *terra molli*, de duobus defectibus

bus, nempe اَلْقَطْعُ *Concisione, truncatione*, & اَلْحَذْفُ *Reiectione*, prout peculiarem Defectum significant: & Truncationis exemplum dat in dictione تُرْبٍ, quæ apponitur pro تُرَابٍ *terrenum, terra*. vbi reiecta est ا quiescens, & priuata est Vocali ر, & ex تُرَابٍ factum est تُرْبٍ: & hic est Defectus qui dicitur اَلْقَطْعُ *truncatio*, quando scilicet Paxilli littera quiescens abijcitur, & littera mota priuatur Vocali, vt etiam testatur Chamus, sic dicens: والمقطوع شعر فى اخره وتد فأسقط ساكنه وسكن متحركه *Et Carmen habens Defectum Truncationis, est illud, in cuius fine est Paxillus, sed reiecta est littera eius quiescens, & altera littera mouenda priuata est Vocali.* Quare attulit exemplum تُرْبٍ pro تُرَابٍ: reiecta ا, & priuata Vocali littera ر, quæ erat mouenda; & ita truncatus est Paxillus تُرَا in dictione تُرَابٍ.

Exemplum etiam Defectus اَلْحَذْفُ *Reiectionis* apponit in altera dictione سَبَسْبٍ, indicans illa replicatione duarum litterarum سَبْ, figurato modo, Defectum hunc consistere in reiectione duarum litterarum immediatè, nempe Chordæ, sed leuis, vt asserit Chamus in dictione الحذف dicēs: المحذوف ما سقط من اخره سبب خفيف *Carmen in quo est Defectus Reiectionis est illud, in cuius fine Chorda leuis desideratur:* Vnde acutè satis noster Aladinus apposuit pro hac re exemplum سَبَسْبٍ. Deinde prosequitur.

وَسَلْ وُدًّا آخِرَ لِلضَّرُورَةِ صَدْرُهَا
وَوَضْعُ فَعُولُنْ ثُلْمَةٌ تَرْمُهُ بَدَا

Et si ponatur سَلْ *esse Paxillus, erit Charmatus propter necessitatẽ initio eius.*
Et positio فَعُولُنْ *cum ruina eius, clara est.*

Hìc explicat quædam peculiaria: & primò circa dictionem Imperatiui سَلْ *pete*, quæ dicitur pro اِسْأَلْ: & asserit, quòd cùm ponitur سَلْ loco Paxilli, est Paxillus Charmatus, idest, cuius prima est reiecta, idque propter necessitatem in initio eius; nam initio eius est ا, quæ est ا Vasli, seu Coniunctionis, & abijcitur; imò nec dici potest cum ا sic اِسَلْ, sed dicitur اِسْأَلْ: & hoc significat dum dicit propter necessitatem initij eius.

Deinde facit etiam mentionem de Defectu, qui accidit circa mensuram فَعُولُنْ illum-

illumque duplici nomine censet, nempe أَلَمّ, & أَلَرّم *ruina*, & asserit Defectum hunc esse circa mensuram فَعُولُنْ, & est coniunctio duplicis Defectus, nempe أَلخَرّم Charmi, *reiectionis primæ*, & أَلقَبّض Chabdi, *reiectionis vltimæ*, ita vt reiectis ف & ن ex mensura فَعُولُنْ reliquum sit tantummodo عُوْلْ. Sic explicat Chamus in dictione ثرم, sic dicens: الثرم الثلم والاثرم فى العروض ما اجتمع فيه القبض والخرم او هو فعولُ يخرم فيبقى عُولْ, ideſt, *Ruina, dirutio, ſeu muri ruptura, & Dirutus in Verſibus dicitur ille, in quo iungitur duplex Defectus, Contractio ſcilicet & Charmatio ſeu primæ reiectio, vel eſt menſura* فعول *quæ Charmatur, atque adeò remaneat* عول. Deinde ſequitur Aladinus.

وَوَضْعُ مُفَاعِيلُنْ لِخَرْمٍ وَشَتْرِهِ
وَلِلْخَرْبِ أَعْرِفْ بِالْمَرَاتِبِ مَا خَفَا

Et appoſitio مفاعيلن *cum Charmo & Seiatro eius,*
Et propter vaſtationem agnoſce in diſpoſitis, quod latet.

Hic explicat Defectus accidentes circa menſuram مُفَاعِيلُنْ, & dicit أَلخَرّم Charmum, primæ ſcilicet abiectionem, & أَلشَّتْر Elſciatro, quem dicit Chamus eſſe Defectum continentem pariter أَلخَرّم & أَلقَبّض, reiectionem primæ, & reiectionem vltimæ: quem Defectum hìc nominat Aladinus أَلشَّتْر reſpectu مُفَاعِيلُنْ; ſicut priùs cognominauerat ثَلّم, & ثَرّم reſpectu menſuræ فَعُولُنْ. Admonet deinde, vt aduertantur hæc omnia ſecundum ordinem, ne Verſus patiantur ruinam. Deinde ſubiungit Defectus pertinentes ad aliam menſuram, dicens:

مُفَاعَلَتُنْ لِلْعَضْبِ وَالْقَصْمِ وَالْجَمّ
وَخَرّمٌ وَنَقْصٌ فِيهِ عَقْصٌ وَقَدْ مَضَى

Et menſura مفاعلتن *cum* العضب & القصم. *Item* الجمّ,
Et خرّم, & نقصٌ, *in quo eſt* عقصٌ: *& iam præceſſit.*

Hìc memorat Defectus qui accidunt circa menſurã مُفَاعَلَتُنْ, qui ſunt العَضْبُ, ideſt:

ideſt: cùm truncatur prima ipſius partis, ita vt مُفَاعَلَتُنْ vertatur in مُفْتَعِلُنْ. Sic explicat Chamus ſuo loco, dicẽs: العضب الاعضب فى عروض الوافر مُفْتَعِلُنْ مخروماً من مُفَاعَلَتُنْ, ideſt, *Eladsbo in Carmine quod dicitur Exuberans, eſt* مُفْتَعِلُنْ *Charmatum ex* مُفَاعَلَتُنْ. ideſt, cùm ablata fuerit prima littera eius. Et القَصْمُ, ideſt *fractio*, & الجَمّ *confuſio*.

Deinde claudit ſermonem, dicens: Iam præmiſſam eſſe explicationem de خَرّم *Charmo*, ideſt reiectione primæ. Et نَقْصٌ, ideſt *Defectus*. & عَقْصٌ, ideſt *Charmatio ſecunda vice in eodem Carmine*, prout explicat Chamus ſuo loco his verbis: العَقْصُ خرم مُفَاعَلَتُنْ فى الوافر بعد العَضْبِ, ideſt, *Elachas eſt Charmatio, ſeu reiectio primæ litteræ ex menſura* مُفَاعَلَتُنْ *in Carmine quod cognominatur Exuberans, poſt Eladsbo*, ideſt, *poſt alteram priorem Charmationem*, ſcilicet reiectionem primæ litteræ. Et hi ſunt omnes Defectus, quos fugiendos hic docet Aladinus.

Deinde paucos ſubiungit Verſus modicæ vtilitatis reſpectu quantitatis, plura repetens ex his quæ priùs dixerat; & ſub titulo de vno, de varijs documenta proponit: ſed ne de Aladini Carmine quicquam deſideretur, ſatiùs hìc apponere duximus, quàm negligere. Eſt autem Carmen hoc, & talis titulus.

مَا أَجْرِى مِنَ الْعَلَلِ مَجْرَى الْأَزْحَافِ

Quod ſumitur ex Defectibus tamquam Prolapſus.

وَشُعْثُ كُنِ الْخَرْمَ وَحْدَهُ اقْطَعَنْهُ اِضْمَرَا
بِخَبْنٍ وَأُولَى رَحْذَفَتْ وَلَا سِوَى

Et diſſolue ly كُنِ *Charma Paxillum eius, truncã inflexione*
Cum Chabno, ſeu Sinuatione: & primam Rhadafaſti, ideſt, *litteram mollem quieſcentem ei ſubiunxiſti; & non aliter.*

Hìc docet, quo nam modo liceat vſurpare ex his quæ ſuperius enumerata ſunt inter Defectus, dicens: Diſſolue, dictionem كُنِ, quæ eſt Imperatiuum Verbi كَانَ *fuit*, quod dicitur pro كُوْنِ, & ipſum Imperatiuum eſt originaliter كُوْنِ trium litterarum, quare eſt Paxillus: propterea hoc exemplum apponit; & in hoc vno tria docet, nempe diſſolui poſſe huiuſmodi partem ſeu Paxillum, Charmando

ſeu

ſeu primam reijciendo, ita vt duo tantùm remaneant. Quod tunc faciendum eſt, quando debet corrigi aliquid in Carmine, prout ſupra diximus, agentes de Defectibus, præſertim de الوَقْفُ, & الكَشْفُ, ideſt, De *Firmatione* & *Diſcoopertione*: ſeu *Opprobrio*, & de remedijs eorum, vbi diximus ne accidat moueri indebitam litteram, reijci poſſe aliquam ex præcedentibus: vnde Aladinus vtitur verbo شَعِّثْ, quo ſignificatur Diſſolutio partis in conſimili cauſa; vt explicat Chamus ſuo loco, dicens: وَالْمُشَعَّثُ كمعظم فى العروض ما سقط احد متحركى وتده كانك اسقطت من وتده حركه فى غير موضعها فتشعّث الجزء *Et Elmoſciaato in Carminibus dicitur illud, ex cuius Paxillo reiecta eſt alterutra ex eius litteris motis: quia ſcilicet tu reieceris de Paxillo eius motionem*, ſeu *vocalem, cùm non eſſet in loco ſibi debito; ac propterea ſit diſſoluta pars.*

Secundum documentum hoc eodem exemplo tradit, poſſe truncari partem ſeu Paxillum per licentiam إِضْمَارًا *implexionem*, de qua ſupra dictum eſt ſatis, dum licentias recenſeremus; & eſt cùm ſecunda priuatur Vocali. Et tertiò addit, poſſe etiam reijci ſecundam, per licentiam quæ dicitur الخَبْنُ *ſinuatio, criſpatio, duplicatio veſtis, vel mappæ*, vt cum aliquid intra continetur: inde deſumpta eſt metaphora. Et de hoc etiam ſupra dictum eſt inter licentias.

Subiungit deinde documentum, de quo nondum dixerat, nempe poſt primam addi poſſe litteram mollem quieſcentem, ſcilicet vel ا, dum ipſa littera præcedens, habet Vocalem Fathh: vel و, dum habet Vocalem Dſam; vel ى, dum habet Vocalem Cheſrum; & hoc vult dum dicit وَأُولَى رَجْذَفْتَ *Et primæ ſubiunxeris*. Et dicit رَجْذَفْتَ pro رَدَّفْتَ.

فَصَدْرًا فَحَشْوًا قُلْ عَرُوضًا وَضَرْبَهَا
تَغَيَّرَتِ الْأَجْزَاءُ فَاخْتَلَفَ الْكُنَى

Et tam initio quàm in medio, dic oblationem rhytmi, eiusq. pulſationem. vel *Et ab initio ſit ſermo viuidus, conceptibus plenus, ſeu argutus vſque ad rhytmum, & vſque ad conſonantiam eius.*

Et ſic licebit variatio partium, & diuerſificatio cognomenti earum.

فَقِيلَ ابْتِدَاءٌ وَاعْتِمَادٌ وَفَصْلُهَا
وَغَايَتُهَا الْمُخْتَصُّ مِنْهَا بِمَا جَرَى

Et

Et dictum eſt initium, & innixio, & ſeparatio earum,
Et terminus earum proprius, prout conuenit eis:

وَإِنْ تَنْجُ فَالْمَوْفُورُ يَتْلُوهُ سَالِمٌ
صَحِيحٌ مُعَرًّى لَا تَدَعْ ذَلِكَ الْهُدَى

Et ſi Carmen fuerit integrum, erit vtique exuberans, liberum,
Sanum, nudum: non deponas eiuſmodi documentum.

وَقَدْ تَمَّ أَحْمَالًا فَخُذْهُ مُفَصَّلًا
لَهُ وَلِأَلْقَابٍ وَبِالرَّمْزِ يُهْتَدَى

Et cùm completum fuerit omnibus abſolutum menſuris, ſume illud per partes
Eius, & Cognominum ipſius; & nutu, ſeu *facilè dirigetur:*

فَالْأَوَّلُ بَحْرٌ فَالْعَرُوضُ فَضَرْبُهُ
وَغَايَتُهَا سِينٌ فَدَالٌ تَلَتْ فَطَا

Et præcipuũ eſt mare, ſeu poema integrum, & rhythmus, & concordãtia eius.
Et ſi finis eius fuerit littera س, *ſicut & litteram* د *ſequetur littera* ط.

Hìc incipit doctrinam tradere de conſonantijs, ſeu rhythmis in fine Carminum, nempe العروض *oblatione rhythmi prioris carminis*, & الضرب *pulſatione* ſeu *reſpondentia conſonantiæ in fine poſterioris*. Et aſſerit, non ſolùm poſſe ſibi reſpondere inuicem in fine Carminum, ad conſonantiam rhythmi, duas litteras eiuſdem generis, vt ن cum ن, ل ad ل, ر ad ر, ب cum ب; ſed etiam litteras ſimilis conſonantiæ, vt ſicut ط poteſt reſpondere ad conſonantiam د, ita ص ad س, & ita ض ad ظ, & ſic de cæteris, ſi qua alia reperiantur ſimilia.

فَخُذْ مِنْهُ مَا فِيهِ الزِّحَافُ وَسَالِمًا
وَمَا حَشْوُهُ مُلْغًى دُنَاهُ ارْعَ لَا الْقُصَا

Et elige ex eo illud in quo eſt Prolapſus, ſeu *licentia Poetica, & integrum,*
Et illud, in quo eſt ſermo viuidus & argutus, ſerua illud, non reſpuas ipſum.

Poſt hæc Aladinus addit tractatum de Conſonantijs, in quo pleniorem doctrinam de ipſis tradit cum hoc titulo.

القوافى والعيوب

De Rhythmis, & Diſsonantijs.

وَقَافِيَةُ ٱلْبَيْتِ ٱلْأَخِيرَةُ بَلْ مِنَ
ٱلْحَرَكِ قَبْلَ ٱلسَّاكِنَيْنِ إِلَىٰ ٱنْتِهَآ

Et conſonantia Metri eſt vltima Syllaba: inſuper ex
Littera, Vocali mota, ante duas quieſcentes, vſque in finem:

تَحُوزُ رَوِيًّا حَرْفًا ٱنْتَسَبَتْ لَهُ
وَتَحْرِيكُهُ ٱلْجَرَى فَإِنْ قُرِنَا بِمَا

Complectitur conſonantiam litteræ, quæ refertur ad eam,
Et motionem ſeu *Vocalem ei debitam. Quòd ſi annectantur cum quo*

يُدَانِي فَذَا ٱلْإِكْفَآ وَٱلْإِقْوَا وَبَعْدَهُ
ٱلْإِجَازَةُ وَٱلْإِصْرَافُ وَٱلْكُلُّ مُتَّقَى

Adiungitur; hoc erit ſatietas, & roboratio: & poſt ipſam, ſeu *minùs perfecta*
Eſt Permiſſio, & aptatio ſimiliter cadentis: & omnia bene procedunt.

فَوَصْلًا بِهَا لَيِّنًا وَهَآءُ ٱلتَّفَادِ
وَٱلْخُرُوجُ بِذِي لَيِّنٍ لَهَا ٱلْوَصْلُ قَدْ قَفَا

Et adiuncta, quæ eſt littera lenis, & 8 perſonale,
Et finis, habens litteram mollem poſt litteram Rhythmi, conſonantiam facit.

وَرَدِّفًا حُرُوفُ ٱللِّينِ قَبْلَ ٱلرَّوِيِّ لَاسِوَى
أَلِفٌ مَعَهُمَا ٱلتَّحَرُّكُ خُذْ وَذَا

Et Adiectio litteræ mollis ante litteram Rhythmi, non alia niſi
Litteræ ا cum ambabus, ſcilicet و & ى, *& motionem, ſume & iſtud.*

Hìc itaque doctrinam nobis tradit Aladinus, ſeu ipſe etiam Chazragiacus: non enim patet in exemplari vtri potius aſcribatur: & aſſerit ſiue hic ſiue ille, rhythmũ ſeu conſonantiam conſiſtere in vltima Carminis littera, incipiendo à littera præcedenti

denti mota, etiam ſi intercedant vna vel duæ litteræ quieſcentes: quod poteſt accidere, quando vna littera ex quieſcentibus eſt mollis, & altera eſt virtute Teſdid immiſſa, vt conſtat ex dictis in Grammatica, exempli gratia اِضْرِبْنَانِّ *percutite vos omnino plures mulieres*, hic ſunt immediatè duæ quieſcentes ان ante vltimam litteram motam, & concurrunt ambæ cum littera vltima mota ad cõſonantiam rhythmi, vna cum motione præcedenti: quare ex duabus Syllabis vltimis dictionis اِضْرِبْنَانِّ nempe نَانِّ, omnia concurrunt, excepta prima littera ن; ſcilicet Vocalis eius, quæ eſt Fathhum, ا & ن quieſcentes, & finale ن cum ſua Vocali Cheſro: quare reſpectu اِضْرِبْنَانِّ optima erit conſonantia, non ſolùm أَنْصُرْنَانِّ, ſed etiam قَانِّ, دَانِّ, ضَانِّ, رَانِّ. & ſic de cæteris. Quod ſi intercedat vnica tantùm quieſcens, illa dumtaxat cum præcedenti motione & vltima littera eiuſque Vocali faciet rhythmum, vt طُرَّدْ, فُرَّدْ, قُرَّدْ: in his conſonantia eſt *Ardo*, vt patet. Si autem nulla intercedat quieſcens, ita vt penultima ſit breuis, tunc duæ Syllabæ ſufficiunt, vt نَصَرْ, & قَصَرْ: ſed ſatius eſſet ſi etiam antepenultimæ motio concordaret, vt نَصَرْ, قَصَرْ, & نَصَرْ; Tunc maximè cum ipſa antepenultima Syllaba eſſet longa, vt نَاصِرْ, & قَاصِرْ. Sed hoc eſt neceſſariò requiſitum.

Addit præterea, aliquas eſſe dictiones, quæ duplici modo legi poſſunt, vt ſunt quæ in fine habere poſſunt & ا breue & ا productum cum annexione Hamzat in fine, vt ſunt nomina إِرْمِيَا, حَانِنِيَا, زَخَرِيَّا, مَلَكِيَّا, quæ legi poſſunt etiam cum Maddo ſeu productione & Hamzat ارميآء, حانيآء, زخريآء, ملكيآء: De his igitur & ſimilibus, ſi concordatio omnimoda fiat, & legatur cum Hamzat addito, & Maddo, ait hoc pertinere ad robur, perfectionem maiorem, imò ad ſatietatem rhythmi.

Subiungit deinde, Permiſſionem eſſe minoris admodum perfectionis, vt cùm toleratur littera conſimilis ſoni, vt quando oblationi دَاوُدَ redditur pro conſonantia جَلُوطَ. Item minoris etiam perfectionis eſſe rhythmum, qui fit non per ſimiliter deſinentem, ſed per ſimiliter cadentem, vt ſunt conſonantiæ Alchorani cap. ſeu سورة الذاريات *de ventilantibus, ad ventum ſpargentibus*, dum inquit,

وَٱلذَّارِيَاتِ ذَرْوًا — *per ventilatrices ventilationes.*
فَٱلْحَامِلَاتِ وِقْرًا — *& per geſtantes onus.*

فَٱلْجَارِيَاتِ يُسْرًا *Et currentes faciliter.*

فَٱلْمُلْقِيَاتِ أَمْرًا *Et assequentes negotium.*

Et eiusmodi omnes Consonantiæ non sunt similiter desinentes, sed cadentes tantummodo: & hoc etiam bene procedere asserit Aladinus, siue sit Chazragiacus.

Deinde dum subiungit فوصلا, &c. prosequitur explicare quot & quales sint litteræ, quæ concurrunt ad Rhythmi consonantiam in fine dictionis: & asserit, etiam litteras molles, nempe ا, و, ى, adiunctas in fine, concurrere ad Rhythmi perfectionem, vt sunt quæ in fine harum dictionum نَصِرَا, نَصِرُوا, نَصِرِى. Item litteram ه adiunctam in fine, affixam personalem, vt نَاصِرُهُ *adiutor eius.*

Deinde dum subdit وَرِدْفًا, non solùm, docet, concurrere ad Rhythmum ipsam vltimam litteram, etiam si fuerit ا, و, ى, ه adiunctæ in fine, prout explicatum est; sed etiam ipsas litteras molles واى quiescentes immediatè ante litteram Rhythmi, concurrere ad ipsum Rhythmum componendum: Hoc enim denotat ly الرِّدْفُ in Carminibus, vt suo loco testatur Chamus, dicens: الردف فى الشعر حرف ساكن من حروف المدّ واللين يقع قبل حرف الروىّ ليس بينهما شىء idest, *Elredfo in Carminibus, est littera quiescens ex litteris productionis & leuibus, cadens ante litteram Rhythmi, ita vt nihil mediet inter vtramque.* Has itaque litteras immediatè quiescentes ante litterã Rhythmi, vult esse computandas ad Rhythmi complementum, cum motione etiam litteræ præcedentis, vt sunt consonantiæ كَيْنِ, بَيْنِ, سَيْنِ quæ sunt per Fathhum vel Chesrum, ى quiescens, & ن cum suo Chesro. Huiusmodi consonantiam faciunt Versus Alchorani cap. cui titulus est سورة الرحمان, vt

أَلرَّحْمَانُ *Misericors.*

خَلَقَ ٱلْإِنْسَانَ *Creauit hominem.*

عَلَّمَهُ ٱلْبَيَانَ *Docuit eum discretionem.*

أَلشَّمْسُ وَٱلْقَمَرُ بِحُسْبَانٍ *Sole & Luna aspicientibus.*

وَٱلنَّجْمُ وَٱلشَّجَرُ يَسْجُدَانِ *Stella & Arbore adorantibus.*

وَٱلسَّمَآءَ رَفَعَهَا وَوَضَعَ ٱلْمِيزَانَ *Et Cælum extulit ipsum, & posuit libram.*

Et post prædicta prosequitur Aladinus, siue Chazragiacus tradere doctrinam de Con-

Consonantijs & Rhythmis: & postquam dixerat Rhythmũ consistere præcipuè in ipsa vltima littera mota: deinde addidit doctrinam circa penultimam, seu immediatam ipsi litteræ Rhythmi: nunc verò prosequitur documenta in medium afferre de littera antepenultima, seu quæ est secunda ab ipsa littera Rhythmi, cùm mediet vna inter vtramque: sequitur itaque, dicens:

وَتَأْسِيسًا ٱلْهَاوِىْ وَثَالِثَةُ ٱلرَّوِىِّ

مِنْ كِلْمَةٍ أَوْ أُخْرَ ٱضْمَارِ مَا تَلَا

Et basim quoque sume, nẽpe litteras هاوى, *& tertia ab ipsis est littera rhythmi,*

Ex dictione, vel vltima pronominalis, quæ Affixa sequatur:

Vult itaque Auctor, litteram antepenultimam, quiescentem scilicet, dum est ex his quattuor هواى aliqua, concurrere ad Rhythmum, vocans illam تَاسِيسًا *basim, fundamentum, initium,* Rhythmi scilicet: hoc enim quoque denotat, vt fidem facit etiam Chamus suo loco, dicens: والتاسيس فى القافية الالف ليس بينها وبين حرف الروىّ الّا حرف واحد idest, *Et Eltasiso in consonantia Rhythmi est* ا *illa, inter quam & litteram Rhythmi non intercedit nisi vnica littera.* Dum autem dat exemplum de ا, intelligendus est de similibus ه ى و, prout docet hic Aladinus seu Chazragiacus. Deinde immediatè post dicta, ad maiorem explicationem huius initialis litteræ, addit duo Carmina cum huiusmodi consonantia, dictus Auctor Chamus ex Anabega Dibanio, dicens: كقول النابغة الذبيانى *Sicut dictum Anabega Dibani.*

كُلَيْتِى بِهَمٍّ يَا أُمَيَّةَ بِنَاصِبٍ

وَلَيْلٌ أَقَاسِيَّةٌ بِطَىِّ ٱلْكَوَاكِبِ

Renes mei cum dolore, Omia, iam lassati sunt,

Et nox est dura cum obscuratione stellarum.

In his duobus Carminibus illud ا ante ص, & alterum ا ante ك sunt initialia & basis, de qua hic loquitur Aladinus, seu Chazragiacus. Deinde sequitur:

وَفَتْحَةُ قَبْلَ ٱلرَّسِّ بَعْدَ ٱلدَّخِيلِ حَرْ

رَكُوهُ بِٱسْبَاغٍ فَمَنْ سَانَدَ ٱعْتَدَى

Et Fathhum præcedens est Rasso, sequens est Dachilo seu intromissa, mouerunt eam Vocali producta: qui ergo diuersificat penultimam, errat.

بذا

بِـــذَا وَبِتَأْسِيـــسٍ وَحَـــذْوٍ وَرَدْفُهَـــا

وَتَوْجِيهُـــهَا مِثْـــلُ ٱرْتَـــدِعْ دُعْ وَدُعْ فُشَـــا

In hoc, & in baſi, & correſpondentia, & in penultima eorum:

Et motionis eius diuerſitas, vt دُعْ *&* دُعْ *&* اِرْتَدِعْ *vulgata eſt.*

Proſequens itaque Chazragiacus, ſeu Aladinus doctrinam de Conſonantijs, docet, Fathhum ſeu Vocalem ante litteram Initialem, Vocalem quoque litteræ intermediæ computari inter Vocales productas, ac proinde non eſſe diuerſificandas: eos autem qui aliter faciunt, errare: quod vt intelligatur, afferamus in medium hoc exemplum, Rhythmi paulò ſuperiùs allati Diſtichi, nempe نَاصِبْ, cum كَوَاكِبْ in his illæ ا ا ſunt initiales: illæ ص & ك ſunt litteræ intermediæ, & vtraque dicitur اَلدَّخِيلُ *intromiſſa*, quia ſcilicet videtur veluti diſiungere duas præcipuas partes conſtitutiuas Rhythmi: & hæc dicit Auctor, cenſetur mota Vocali producta, quamuis breuis videatur: quia ſcilicet vltima, quamuis ſit mota, plerumque cenſetur tamquam quieſcens, quare ſi quis Vocales diſſimiles apponeret correſpondentibus, perderet Rhythmi concinnitatem, vt ſi diceret نَاصِبْ cum كَوَاكِبْ, pro كَوَاكِبْ cum نَاصِبْ: & erraret, inquit Chazragiacus ſeu Aladinus, non ſolùm in hoc, ſed etiam ſi apponeret diuerſas litterales initiales, vt ſi faceret correſpondentiam نُوصِبْ cum كَوَاكِبْ: & error etiam eſt, incipiendo à Vocali ſeu motione quæ eſt ante litteram initialem, in ipſa littera initiali, in Vocali litteræ intromiſſæ, & tandem in ipſa littera finali & Vocali eius; ſi hæc quinque diuerſa ſint, & in his omnibus Rhythmi non ſibi reſpondeant. Deinde Auctor affert exemplum de eiuſmodi diuerſitate, prout accidit in penultima littera, dicens: vt ſi quis reddat Rhythmo propoſito اِرْتَدِعْ loco conſonantiæ, دُعْ, vel دُعْ, quæ non bene reſpondent, & huiuſmodi vitanda monet: deinde proſequitur.

وَمُسْتَكْمِـــلُ ٱلْأَجْـــزَاءِ ٱلْعَدِيـــمُ سِنَادُهُ

هُـــوَ ٱلْبَـــاءُ ثُـــمَّ ٱلنَّصْـــبُ يُؤْمَـــنُ يُخْتَشَى

Et complementum partium eſt ſi abſit huiuſmodi diuerſitas:

Eſt electio ipſarum, tum liberatio conſonantiæ à corruptela, audeatur & timeatur.

وَمُطْلَقُـــهَا بِاللَّـــيِّنِ وَٱلْهَـــاءُ سِتُّـــهَا

وَتَبْلُـــغُ تِسْعًـــا بِٱلْمُقَيَّـــدِ عَكْـــسُ ذَا

Et

Et liberè procedant cum lenitate, ſeu mollibus litteris, & ه, & ſex ſunt,

Et pertingent nouem, ſi applicentur conſonantiæ colligatæ.

His monet nos, qualiter partes Carminis bene diſponantur, & enumerat ſex quæ ad hoc ſeruentur: Primum abſentia diuerſitatis, quæ dicitur سِنَادٌ, quam ſic explicat Chamus السناد اختلاف الردفين فى الشعر, ideſt, *Aſſenàdo eſt diuerſitas penultimarum in Carminibus:* & hoc eſt primum.

Secundum dicit eſſe اَلْبَاءُ: & aliqui explicant pro littera ب, & non abre, quia ـب eſt Particula Giarri, elegantiorem plerumque reddens ſermonem; elegantiùs enim dicitur مَا كُنْتُ بِعَالِمٍ, quàm مَا كُنْتُ عَالِمًا *non ſum doctus*. Tum etiam ـب, quia mediante hac Particula, obtinere poſſumus diuerſitatem deſinentiæ, de An, in In, vt patet in exemplo allato. Melius verò intelligitur ly اَلْبَاءُ, non pro littera, ſed pro اَلْفَخْرُ *excellentia, ſelectione*, nempe vt partes non ſint communes & rudiores, ſed elegantes & veluti elaboratæ, & ſtudiosè concinnatæ.

Tertium eſſe اَلنَّصْبُ, ideſt, vt ſint dictiones conſtituentes Rythmum perpolitæ, ſine confuſione aut barbarie: Sic enim explicat Chamus, dicens: النصب فى القوافى ان تسلم القافية من الفساد, ideſt, *Ennasbo in Conſonantijs, ſi immunes ſint à corruptela & barbarie.*

Quartum ſi يُؤْمَنُ وَيُخْتَشَى *audeatur & timeatur:* optimum quippe documentum, ſi enim Auctor non confidat & audeat, mediocria non excedet, nec in altum erigetur volatus, niſi confidentiæ adſint pennæ. Sed adeſſe debet & timor ne Icari pennæ ſumantur, ne potiùs ruina ſuccedat quàm volatus.

Quintum مُطْلَقُهَا بِاللَّيِّنِ, vt excurrant cum quadam facilitate partes, ne præpediatur lingua in eorum prolatione, quaſi per ſpinoſa incedens & cliuoſa: & hoc addunt aliqui fieri per litteras molles اى و: & Sextò, inquit ipſe Chazragiacus ſeu Aladinus, fieri per litteram ه. Demum addit, ſi hæc tria vltima applicentur conſonantiæ, quæ dicitur اَلْمُقَيَّدَةُ *colligata, compedita*, prout eſt نَاصِبْ cum كَوَاكِبْ In quibus litteræ penultimæ ص & ك, veluti implicant conſonantiam tamquam dimidiantes Rhythmum. Et ſic, ait, peruenient vſque ad nouem. Deinde ſequitur:

فَجَرِّدْهَـــا أَرْدِفْهَـــا أَسِسْهُمَـــا

وَٱلْأَوَّلُ قَدْ يُولِى ٱلْخُـــرُوجَ فَيُجْتَـــدَى

Fac

Fac igitur clara sit vtraque Consonantia, præpone eis immediatè litteras molles quiescentes, appone eis bases, scilicet fac habeant litteras molles quiescentes ita vt sint antepenultimæ.

Et primum ex his tribus exigitur necessariò ad rhythmi exitum.

Hìc tria docet, primùm vt Rhythmi consonantia sit pura, simplex, clara, dum dicit جَرِّدْهَا *nudas fac consonantias*, nempe vt si littera oblationis Rhythmi habeat Chesrum, etiam Chesrum habeat Pulsatio, exempli gratia, si Oblatio sit إِثْنَانِ, reddatur Oblatio نَاصِرَانِ etiam cum Chesro, non verò cum alia Vocali, vt si redderetur Pulsatio رُمَّانٌ, vel سِنَانٌ cum Dhammo vel Fathho: & hoc prohibet, quamuis in Praxi multi non seruent, tamen defectus est, nec spernendus.

Secundò, dum dicit أَرْدِفْهُمَا *adiunge Consonantijs penultimas molles quiescentes*, monet, satis augere elegantiam Rhythmi penultimam quiescentem ex litteris mollibus, vt facit in his رُمَّانٌ, سِنَانٌ, quia huiusmodi molles litteræ claram satis reddunt Vocalem sibi præmissam, vt patet ex dictis etiam in Grammatica.

Tertiò, dum dicit أَسِّسْهُمَا *funda vtramque consonantiam*, docet elegantem etiam reddi Rhythmum si fundetur: fundamentum autem hoc seu basis Rhythmi dicitur illa quiescens, seu illud و vel ى, quiescens; quod est ante litteram immediatam litteræ Rhythmi, prout est in his نَوَاصِبُ, & كَوَاكِبُ. Et hoc dicitur fundatio, quia videtur in ipsa littera veluti fundari Rhythmus, & ipsa initium habere: Propterea & Vocalis immediatè præcedens eiusmodi basim dicitur رَسٌّ *Initium*, quia scilicet ab illa Vocali incipit Rhythmus, & in sequenti littera fundatur, vt patet consideranti, & in exemplo allato, & in similibus. Deinde sequitur

وَرَوِّضْ بِالسَّكَنَيْنِ حَدًّا وَبَيِّنْ ذَا

بِمَا دُونَ خَمْسٍ حُرِّكَتْ فَصِلُوا ابْتَدَا

Et quandoque ante litterã Rhythmi duæ sunt immediatè quiescentes, & in bis Minus quàm quinque mouentur, etiam si sequentis adiungas initium.

Hìc monet aliquando posse dari duas quiescentes immediatè ante litterã Rhythmi, vt accidit in his أَنْصُرْنَانِ, & اِضْرِبْنَانِ: nihilominus, inquit, non peruenire ad quinque litteras, quæ ad Rhythmum concurrant. Deinde subiungit:

فَوَاتِرْ وَدَارِكْ رَاكِبٌ أَجِفَّ تَكَاوُسَا

وَتَضْمِينُهَا إِخْرَاجُ مَعْنًى لِذَا وَذَا

Appo-

Appone itaque consonantiam, in qua sit littera mota inter duas quiescentes, vt مَفَاعِيلُنْ: *& appone consonantiam in qua sint duæ litteræ motæ inter duas quiescentes,* vt est مُتَفَاعِلُنْ: *compone, seu adijce, Pulsationem scilicet super Rhythmi oblationem: coniunge pariter, annectendo quattuor litteras motas immediatè vna post aliam, vt* كَضَرَبَ, quæ constat ex duabus Chordis grauibus.

Et implicatio significationis sensus eius quod profertur in priori versu cum altero versu. vel *si implicatio sit in consonantijs, ita vt dictio eadem materialiter replicetur in Pulsatione & in Oblatione, tunc proferatur in diuersam significationem.*

وَتَكْرِيرُهَا الْإِيطَاءُ لَفْظًا وَرُجِّحُوا

وَمَعْنًى وَتَرْكُوا قَيْدَهُ كُلَّمَا دَنَا

Et replicatio eius prolatione tantùm accommoda est, superexcedens autem Si repetitio sit etiam significatione: & repulerunt deformitatem eius quãdocumque occurrisset.

وَالْإِقْعَادُ تَنْوِيعُ الْعَرُوضِ بِكَامِلٍ

وَقُلْ مِثْلَهُ التَّجْرِيدُ فِي الضَّرْبِ حَيْثُ جَا

Et defectus accidens circa perfectionem Oblationis Rhythmi, dicitue Ecaado: ideſt, *Claudicatio.*

Et similiter Defectus accidens in Pulsatione appellatur Tabrido, ideſt, *Diſtortio.*

Hucusque Chazragiacus & Aladinus, de Metro, Carminibus, Consonantijs, eorumque Defectibus. Quæ omnia non sufficit sic exposuisse, nisi adijciantur exempla: propterea hìc quædam subijciemus Carmina antiquorum, decerpta ex selectis libris Orientalium, qui seruantur in Bibliotheca Illustrissimi & Eruditissimi viri, floris antiquæ Romanorum Nobilitatis, Petri de Valle. Et primum apponemus exinde Carmina septem & octo Syllabarum Alì Generi Mahumet, qui quamuis Mahumeti sectator, hæc de Deo protulit. Et primo loco apponimus, quia ordine Alphabetico omnium litterarum Rhythmicam consonantiam docet. Dicit ergo

قصيدة على بن ابي طالب فى المناداة

Carmen Alì filij Abi Taleb de Inuocationibus.

يَا سَامِعَ الدَّعْوَاتِ — *O exauditor deprecationis:*

وَيَا رَافِعَ السَّمَاءِ — *Et ò Exaltator cælorum:*

وَيَا دَائِمَ ٱلْبَقَآءِ	*O perennis existentia.*
وَيَا وَاسِعَ ٱلْعَطَآءِ	*O largus munificentia.*
يَا عَالِمَ ٱلْغُيُوبِ	*O Scrutator occultorum.*
وَيَا غَافِرَ ٱلذُّنُوبِ	*O dimissor peccatorum.*
وَيَا سَاتِرَ ٱلْعُيُوبِ	*O Opertor macularum.*
وَيَا كَاشِفَ ٱلْكُرُوبِ	*O leuator mestitiarum.*
يَا فَائِقَ ٱلصِّفَاتِ	*O excellens gloriarum.*
وَيَا مُخْرِجَ ٱلنَّبَاتِ	*Et ô productor plantarum.*
وَيَا جَامِعَ ٱلشَّتَاتِ	*O aggregator disiunctorum.*
وَيَا مُنْشِرَ ٱلرَّفِيَّاتِ	*O disiunctor coniunctorum.*
يَا مُنْزِلَ ٱلْغَيَاثِ	*O demissor pluuiarum.*
مِنَ ٱلدَّلْجِ ٱلْحَمَاتِ	*Ex aquario impulsarum.*
عَلَى ٱلْحَزْنِ وَٱلرِّمَاثِ	*Super mæstitia & pressione curarum.*
إِلَى ٱلْجَوْعِ ٱلْفَرَاثِ	*In fame causa delitiarum.*
يَا خَالِقَ ٱلْبُرُوجِ	*O creator Syderum.*
سَمَآءٌ بِلَا فُرُوجِ	*Cælum semper clausum.*
مَعَ ٱللَّيْلِ ذِي ٱلْوُلُوجِ	*Cum nocte sat obscura.*
عَلَى ٱلضَّوْءِ ذِي ٱلْبُلُوجِ	*Super lucem satis claram.*

يَا فَالِقَ ٱلصَّبَاحِ	*O disruptor Auroræ.*
وَيَا مُرْسِلَ ٱلرِّيَاحِ	*O excitator Ventorum.*
بُكُورًا مَعَ ٱلرَّوَاحِ	*Summo mane cum flatibus.*
يُحَوِّلْنَ فِي ٱلنَّوَاحِ	*Peruolantium in regionibus.*
يَا مُرْسِيَ ٱلرَّوَاسِخِ	*O stabilitor montium.*
أَوْتَادِهَا ٱلشَّوَامِخِ	*Summitatum eorum cælestium.*
فِي أَرْضِهِ ٱلْوَاخِخِ	*In terra sua lutosa.*
أَوْطَادِهَا ٱلْبَوَاذِخِ	*Perticarum eius sublimium.*
يَا هَادِيَ ٱلرَّشَادِ	*O director dirigentis.*
وَيَا مُلْهِمَ ٱلسَّدَادِ	*Iuditor conuenientis.*
وَيَا رَازِقَ ٱلْعِبَادِ	*O cibator assectarum.*
وَيَا مُحْيِيَ ٱلْبِلَادِ	*Viuificator Prouinciarum.*
يَا مَنْ بِهِ أَعُوذُ	*O is ad quem confugio.*
وَيَا مَنْ بِهِ ءَالُوذُ	*O is quem corde excipio.*
وَمَنْ حُكُّهُ ٱلنَّفُوذُ	*Et cuius tactus est intimus.*
فَمَا عَنْهُ مَنْ شُذُوذٌ	*Et ab eo non datur exemptus.*
يَا مُطْلِقَ ٱلْأَسِيرِ	*O dimissor aduincti.*
وَيَا جَابِرَ ٱلْكَسِيرِ	*O colligator confracti.*
وَيَا مُغْنِيَ ٱلْفَقِيرِ	*O ditator indigentis.*

وَيَا غَاذِىَ الصَّغِيرِ	*Et ò nutritor lactentis.*
يَا مَنْ بِهِ اَعْتِزَازِى	*O in quo mea altitudo.*
وَيَا مَنْ بِهِ اَعْتِرَازِى	*Et ò in qua mea fortitudo.*
مِنَ الذُّلِّ وَالْخَازِى	*Ex vilitate & confusione.*
وَالْأَفَاتِ وَالْمَرَازِى	*Et nocumentis & oppressione.*
مِنْ جِنَّةٍ وَاِنْسِ	*A dæmonibus & hominibus.*
لِذِكْرِ الْمَعَادِ مِنْسِى	*Recordatione reditus obliuiosi.*
لِلْقَلْبِ عَنْهُ مَقْسِ	*Corde propter illud oppressi.*
مِنْ شَرِّ مَخْشَى نَفْسِ	*De malo effugium animæ.*
يَا مُنْزِلَ الْمَعَاشِ	*O largitor ciborum.*
عَلَى النَّاسِ وَالْمَوَاشِ	*Hominibus & bestijs.*
وَالْأَفْرَاخِ فِى الْعَشَاشِ	*Pullis in nido iacentibus.*
مِنَ الطَّعْمِ وَالرِّيَاشِ	*Plumis & cibo carentibus.*
يَا مَالِكَ النَّوَاصِى	*O Rex Magnatum & Principum,*
مِنْ طَائِعٍ وَعَاصِ	*Obedientium & superborum.*
فَمَا عَنْهُ مِنْ مَنَاصِ	*Et non est ab eo effugium.*
لِعَبْدٍ وَلَا خَلَاصِ	*Seruo, nec saluatio:*
يَا خَيْرَ مُتَفَاصِ	*O bonum exuberans,*
لِمَحْضِ الْيَقِينِ رَاضِ	*Qui simplici veritate delectaris.*

بما

بِمَا هُوَ عَلَيْهِ قَاضِ	*Quam ipse tu decreuisti.*
مِنْ أَحْكَامِهِ الْمَوَاضِ	*Ex iudicijs tuis præteritis.*
يَا مَنْ بِنَا مُحِيطٌ	*O qui nos est circundans.*
وَعَنَّا الْأَذَى مُمِيطٌ	*Et à nobis mala propellens.*
وَمِنْ مُلْكِهِ الْبَسِيطُ	*Et cuius regnum est amplum.*
وَمِنْ عَدْلِهِ الْقَسِيطُ	*Et cuius est iusta æquitas.*
يَا رَائِىَ الْخُطُوطِ	*O inspector intuituum.*
وَيَا سَامِعَ اللُّفُوظِ	*Et, ò auscultator prolationum.*
وَيَا قَلَّمَ الْحُظُوظِ	*O distributor partium & dotium.*
بِاَحْصَائِهِ الْحَفِيظِ	*Tuo peruigili computo.*
يَا مَنْ هُوَ السَّمِيعُ	*O qui est auditor.*
وَمِنْ عَرْشِهِ الرَّفِيعُ	*Cuius thalamus sublimis.*
وَمِنْ خَلْقِهِ الْبَدِيعُ	*Et cuius creatura mirabilis.*
وَمِنْ جَارِهِ الْمَنِيعُ	*Et cuius inaccessus est circuitus.*
يَا مَنْ حَبَا فَأَسْبَغَ	*O qui attingit & perficit.*
مَنْ قَدْ جَنَى فَسَوْغَ	*Qui aduenit & delectat:*
يَا مَنْ كَفَى فَبَلَّغَ	*O qui sufficit & supereſt.*
مَا قَدْ كَفَى فَأَفْرَغَ	*Qui operatur & vacat.*
يَا مَلْجَا الضَّعِيفِ	*O refugium infirmorum.*
وَيَا مَفْزَعَ اللَّهِيفِ	*Et, ò fors oppressorum.*

تبارك

تَبَارَكْتَ مَنْ لَطِيفٌ	*Benedictus es qui es affabilis.*
رَحِيمٌ بِنَا رَؤُوفٌ	*Misericors nobiscum & clemens.*
يَا مَنْ قَضَى بِحَقٍّ	*O qui iudicas veritatem.*
عَلَى نَفْسِ كُلِّ خَلْقٍ	*Super animam omnis creaturæ.*
وَفَاقَ لِكُلِّ وَفْقٍ	*Et excedis omnem decorem.*
فَمَا يَنْفَعُ ٱلتَّوْقُ	*Et quodcumque bonum & vtile.*
تَرَانِي وَلَا أَرَاكَ	*Vides me, & non te conspicio.*
وَلَا رَبَّ لِي سِوَاكَ	*Et Dominum præter te non aspicio.*
فَقُدْنِي إِلَى هُدَاكَ	*Dirige me directione tua.*
وَلَا تُغْشِي رِضَاكَ	*Et non abscondas beneplacitum tuum.*
يَا مَعْدَنَ ٱلْجَلَالِ	*O fons nobilitatis.*
وَذُو ٱلْعِزِّ وَٱلْكَمَالِ	*Perfectionis & maiestatis.*
وَذَا ٱلْكَيْدِ وَٱلْمَحَالِ	*Prudentiæ & sapientiæ.*
وَذَا ٱلْمَجْدِ وَٱلتَّعَالِي	*Et gloriæ & celsitudinis.*
أَجِرْنِي مِنَ ٱلْجَحِيمِ	*Libera me à gehenna,*
وَمِنْ هَوْلِهَا ٱلْعَظِيمِ	*Et timore eius vehementi,*
وَمِنْ عَيْشِهَا ٱلذَّمِيمِ	*Et à vita eius ignominiosa,*
وَمِنْ حَرِّهَا ٱلْمُقِيمِ	*Et ab ardore eius perpetuo.*
وَأَصْحِنِي ٱلرَّحْمَانَ	*Et mane præueni me, tu pius.*
وَأَسْكِنِّي ٱلْجِنَانَ	*Et excipe me paradiso tuo:*

وَزَوِّجْنِي ٱلْحِسَانَ	*Et socia me cum bonis.*
وَبَلِّغْنِي ٱلْأَمَانَ	*Et fac perueniam ad securitatem.*
إِلَى نَعْمَةٍ وَلَهْوٍ	*Ad voluptatem & ludum,*
بِغَيْرِ ٱسْتِمَاعِ لَغْوٍ	*Sine verbositatis strepitu.*
وَلَا بِٱذْكَارِ شَجْوٍ	*Absque necessitatis memoria.*
وَلَا بِٱعْتِبَارِ شَكْوٍ	*Sine infirmitatis periculo.*
إِلَى ٱلْمَنْظَرِ ٱلتَّرِيهِ	*Ad amplas conspiciendas plateas.*
ٱلَّذِي لَا لُغُوبَ فِيهِ	*In quibus non est iocus.*
وَطُوبَى لِسَاكِنِيهِ	*Planas ibi commorantibus.*
وَطُوبَى لِعَامِرِيهِ	*Et beatitudo conuiuentibus.*
إِلَى مَنْزِلِ تَعَالَا	*Ad habitaculum Dei viuentis.*
بِٱلْحَقِّ قَدْ تَوَالَا	*In veritate regnantis.*
بِٱلنُّورِ قَدْ تَلَالَا	*In luce refulgentis.*
تَلَقَّى بِهِ ٱلْجَلَالَا	*In decore radiantis.*
إِلَى ٱلْمَفْرَشِ ٱلْوَطِي	*Ad apparatum thalamum.*
إِلَى ٱلْمَطْلَعِ ٱلْبَهِي	*Ad speculam fulgentem:*
إِلَى ٱلْمَطْعَمِ ٱلشَّهِي	*Ad cibum concupitum.*
إِلَى ٱلْمَشْرَبِ ٱلْهَنِي	*Ad potum nutrientem.*

Hæc satis eleganter, Carmine ex septem Syllabis, vt patet, Alì filius Abì Taleb, quamuis intermisceat quædam secundum suam sectam, vt in Consonantia أن, vbi,

quamuis

quamuis nos aliter explicuerimus, tamquam Mahumetis sectator, deceptus, inquit, أَصْبَحَنِى ٱلْقُرْاٰن وَزَوَّجَنِى ٱلْحُسَانَ commendans suum Alchoranum, & carnis voluptates loco beatitudinis expetens.

Quia verò per litteras omnes ordine Alphabetico in prœmisso Carmine Rhythmi habentur, propterea vnusquisque poterit doctrinæ iam præmissæ in ipsis exempla cernere: ibi enim inueniet in Consonantia seu Rhythmo ا, exuberantiam illam perfectionis, cùm legatur etiam simul cum ء: inueniet etiam adiunctionem illam litterarum mollium in fine in Consonantia ز, & لا: item initialem cum Fathho præcedenti, quod dicitur أَلْدَّخِيْل *Initium*, cũ littera intromissa quæ dicitur أَلْرَّسّ reperiet in Rhythmo ج. Et ita, si attentè singula inspiciat, exempla omnia doctrinæ superiùs traditæ facilè animaduertet: insuper & in Rhythmo, qui completur per ء reperiet vsurpasse licentiam, quam dicunt أَلْفَصْل *Separationem*. per quam licet vltimam Carminis dictionem separare, & ab ipsa aliquid detrahere, quod sæpè vsurpauit Aladinus & Chazragiacus in suis Carminibus dicentes, truncatis dictionibus, اِبْتَدَا, اِنْتَهَا: item جَا, pro جَاءَ, quod in fine licet, non autem in medio. Ita Alì in fine quoque vsurpauit أَلْتَّرْبِيه, pro أَلْتَّرَارِيه, quod est Plurale à Singulari أَلْتَّرْهَة, quod significat Plateam amplam, vt suo loco testatur Chamus. Alij autem alium dant illi sensum, deriuantes à Radice رأى. Quare explicant الى المنظر التربيه *ad visionem Intuitiuam*.

Habes itaque ex dictis quinque diuersos Carminum circulos, quibus quindecim diuersæ continentur Versuum species, quattuordecim, quindecim, duodecim præcipuè, item octo, septem, & nouem Syllabarum. Insuper ex Circulo, qui dicitur Similis, tres species أَلْهَزَج *Cantilenam*, seu *Madrigale*: أَلْرَّجَز *Carmen breue*, seu *Dimidiatum*, & أَلْرَّمَل *Carmen Exile*: in quibus habentur etiam Carmina Tenuia trium, quattuor, & quinque Syllabarum, quamuis illa trium & quinque sola non reperiantur, sed tantùm alijs intermixta, propterea & ab أَلْرَّمْل *arena* denominationem sumpserunt.

Constructurus igitur Arabico sermone Carmina, inspice mensuram, & secundùm eius Syllabas & Litteras applica tuas dictiones, prout ostendit Chazragiacus sub initio suorum Carminum applicans his Formulis فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ مُفَاعَلَه وَفَا Carmen quod apponit in exemplum, أَصَابَتْ بِسَهْمَيْهَا حَوَارِحُنَا وَدَا, & ita facilis erit tibi structura.

Nec tibi mirum quod tam multiplices dixerim Arabum Versus, vt non solùm quin-

quindecim; sed, adiunctis licentijs, etiam sexdecim, duodecim & vndecim, quattuordecim & tredecim, vsque ad trium Syllabarum. Hoc etiam habent & alia nobiliora idiomata, præcipuè Latinum, quo & iuuari poteris in construendis Arabicis: licet enim tibi exempla etiam inspicere in elegantibus S. D. N. VRBANI PAPAE VIII. feliciter sedentis, Poematibus; non solùm duodecim, sed & trium, & septem, octo, & vsque ad quindecim Syllabarum: ipse enim quandoque in primæua ætate, exercens mentem illam, quæ erat ad summum Sapientiæ & Dignitatis fastigium prouehenda, dixit, Canticum Moysis Latino Carmine referens.

Terra meas audi voces, audite loquentem.
Sidera.
Concrescant sensus mihi mentis, vt imber;
Et fluat eloquium labijs, ceu roscidus humor; &c.

Ita etiam & Versus quinque Syllabarum, qui dicitur Adonius, non solus, sed alijs intermixtus reperitur, vt cum Sapphicis: sic etiam habetur in Poematibus eiusdem Sanctissimi Domini, quibus ad Clementem VIII. ad leuamen podagræ alter Octauus tunc futurus, sed felicior, inquit Carmine Sapphico.

Sirius sæuit canis, æstuansque
Contrahit puros fluuius liquores,
Et decus prati moritur, siletque
Spiritus auræ.
Stridulo tantùm sonitu cicada
Obstrepens aures ferit: o leuamen,
O quies ægræ lyra blanda mentis
Incipe carmen.

Sic etiam apud Arabes eiusmodi Versus trium, quattuor, & quinque Syllabarum, non vsurpantur puri, sed alijs intermixti, vt Sura seu capite المدثر *De cooperto*.

يَا أَيُّهَا ٱلْمُدَّثِّرُ	*O tu qui es opertus,*
قُمْ فَأَنْذِرْ	*Surge, & fac votum.*
وَرَبَّكَ فَكَبِّرْ	*Et Dominum tuum magnifica.*
وَثِيَابَكَ فَطَهِّرْ	*Et laua tua vestimenta.*
وَٱلرُّجْزَ فَٱهْجُرْ	*Et indignationem elonga:*
وَلَا تَمْنُنْ تَسْتَكْثِرُ	*Et ne verearis te multiplicandum.*
وَلِرَبِّكَ فَٱصْبِرْ	*Et Dominum tuum sustine.*

Similiter & in سورة والطور cap. *Per montem*.

وَٱلطُّورِ	*Per montem.*
وَكِتَابٍ مَسْطُورٍ	*Per scripturam delineatam.*

فِي رَقٍّ مَنْشُورٍ	*In pagina expansa.*
وَٱلْبَيْتِ ٱلْمَعْمُورِ	*Per domum habitatam:*
وَٱلسَّقْفِ ٱلْمَرْفُوعِ	*Et per tectum elatum.*
وَٱلْبَحْرِ ٱلْمَسْجُورِ	*Et per mare feruens.*

In quibus permixti sunt Versus trium & quinque Syllabarum, sicut & in loco aliquanto superiùs allegato ex cap. *De Misericorde*, etiam quattuor Syllabarum inter Versus sex, septem, octo, & etiam quindecim, vt patet in memoratis exemplis.

Carmina verò quæ quintam Syllabam excedunt per se sola subsistunt, & etiam mixta alijs, tam apud Latinos quàm apud Arabes: vt ex eodem Sanctissimo Domino pluribus in locis, & præsertim in eleganti Paraphrasi Psalmi centesimi decimitertij, sic Deo canente:

Laudate regem syderum
Gentes per Orbem disitæ:
Omnes & populi canant
Diæ laudis honores,
Nam perstat eius efficax
Nos protegens clementia,
Inconcussaque veritas
Omni permanet æuo.

Patri simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Nunc sit iugiter vt fuit,
Omni gloria sæclo.

Sic semper redoluit, quo plenus semper fuit: tam suauibus Carminum floribus indicium præbens pomorum & fructuum, qui modò feliciter suprema in arbore sedent, ad sui odorem trahentes Orbem. Sed modicum, quod huc transtulimus, inspiciat Librum eius Poematum, qui doctrinam inquirit Carminum; omnium enim genera texuit, ita vt nullum etiam in viridiori ignorarit ætate. Tam multa segete præsetulit, quanta foret spica deinceps plenitudine cumulanda. En, ex eius horreis per totum Orbem Terrarum vniuersis Linguarum Idiomatibus, quasi tot saccis, comportantur Sacræ Doctrinæ frumenta, in æternitatis alimentum: non solùm Latinis, Græcis, Hebraicis; sed & Illyricis, Aethiopicis, Armenis, Arabicis, Chaldaicis, Persicis, & Indicis: insuper vt paginis etiam modicis ipsum totum imbuere valeat Orbem, Argumentosa APIS, prudenti excogitauit sagacia, quæ illi ingenita est, Sacra Biblia Arabico simul & Latino in lucem sermone proferre: quod modo sub prosperis eius imperijs & auspicijs exequimur, omni conatu & diligentia: vt Latinis characteribus Septentrio & Occidens doctrinæ alimenta percipiat, & Arabicis Oriens & Auster Christi sapientia imbuatur. Prudens quippe & Peruigil Pastor.

Sed si non valemus omnia complecti sermone, & omnium generum Carmina, quæ prolocutus est, huc transferre: si opus sit silere de cæteris, quæ scilicet octo, nouem, decem, vndecim, & duodecim extant Syllabarum ex eius sapientia; illorum tamen quæ ex quindecim edidit, opus est aliquot recensere: quamuis enim superiùs ex Virgilio ostenderimus, Hexametros Versus esse plerumque quindecim Syllabarum, hoc tamen est illis accidentale; nam esse etiam possunt decem & septem, & etiam tredecim, prout Dactyli vel Spondæi in primis quattuor variantur: at sunt de sui Constructione semper 15. Syllabarum, quos Sanctissimus protulit, titulo

ASPER-

ASPERSIONE SACRI CINERIS EXCITATVS IMPLORAT opem Christi ad eius sectanda vestigia.

Pluere dum Sacerdos
Illinit crines mihi, qui nunciat imminentem
Interitum, expauesco
Horridum cæli sonitum, quo vocor ad tribunal,
Quod penes est in omnes
Vlla cui non est potior, nec similis potestas: &c.

Sed hic alternant Versus septem & quindecim Syllabarum: Poemate autem quinquagesimo, & quinquagesimo primo, pura quindenarum Syllabarum grauibus sententijs Carmina protulit, & sub titulo VERITATI CALVMNIA SVCCVMBIT, sic est prolocutus:

Feruidi cordis tumultus ira, & æmulatio,
Curtas res, grauis senectus, languor ægri corporis
Spiritus turbant quietem, quam minùs non atterunt
Terror hostis ingruentis, carcer, & captiuitas,
Aedibus pelli paternis, squalidæ morsus famis,
Quæque serpit huc & illuc pestilens contagio.
Hæc acerba sunt; sed angit acriùs calumnia:
More noctis, obtegentis aerem caligine,
Vera cælat, atque ficta sæpè miscens, credulam
Audientium, dolosa voce, mentem decipit;
Fida nulli, perpes aulæ suspicacis assecla,
Inuidorum, culta plausu, germen astus fertile,
Peruicax rixas & iras nutrit inter Principes,
Non amicos, non propinquos absque noxa præterit;
Blanda probri machinatrix, fœda fraudis artifex, &c.

Carmina aliarum mensurarum, nouem, decem, vndecim, ac duodecim Syllabarum, quæ elegantissima protulit, non opus est recensere: hæc pauca ex quindecim constantia huc transtulimus, quæ admodum rarò conspiciuntur apud alios Auctores.

Apud Arabes paucos etiam reperi Versus ex quindecim constantes, non quidem censeo quia apud ipsos rari sint, sed quia in manus nostras eiusmodi Poemata non peruenerunt. In Alchorano autem cap. De Misericorde reperi alijs intermixtos, vbi hæc habentur:

ٱلرَّحْمَـٰنُ	*Misericors.*
خَلَـقَ ٱلْإِنْسَـٰنَ	*Creauit hominem.*
عَلَّمَهُ ٱلْبَيَـٰنَ	*Indidit ei discretionem.*
وَٱلسَّمَآءَ رَفَعَهَا وَوَضَعَ ٱلْمِيزَانَ	*Et cælum extulit illud, libramq. adæquauit.*
وَٱلنَّجْمُ وَٱلشَّجَرُ يَسْجُدَانِ	*Et Stella & Arbor adorantes.*

أَلشَّمْسُ وَٱلْقَمَرُ بِحُسْبَانٍ *Sole & Luna conteſtibus.*

Sunt quattuor, ſex, ſeptem, vndecim, & quindecim Syllabarum. Quattuordecim verò ſunt apud Arabes frequentiſſimi: hic autem apponentes exempla de cæteris, ſuperfluum duximus de ipſis apponere; quia ſufficiunt Carmina Chazragiaci & Aladini, quæ vt plurimum ſunt quattuordecim. Sufficiat igitur Metricam hanc claudere cum aliquot exemplis de cæteris. Et primò ex cap. De Ficu:

وَٱلتِّينِ وَٱلزَّيْتُونِ *Per ficum & oliuam.*

وَطُورِ سِينِينَ *Et per montem Syna.*

وَهَذَا ٱلْبَلَدِ ٱلْأَمِينِ *Et per hanc Prouinciam fidelem.*

Sunt ſeptem & quinque Syllabarum. Et in fine capitis النبا *de Nuncio.*

يَوْمَ يَنْظُرُ ٱلْمَرْءُ *Die qua videbit vir*

مَا قَدَّمَتْ يَدَاهُ *Quid manus eius obtulerit.*

وَيَقُولُ ٱلْكَافِرُ *Et dicet infidelis:*

يَا لَيْتَنِي كُنْتُ تُرَابًا *Vtinam puluis fuiſſem.*

Sunt ſeptem & nouem Syllabarum: & omnia quæ in Alchorano, ſatis inſipida, quamuis numeroſa, ſed nihil viuidum & argutum in ipſis. Elegantiora ſatis ſunt Carmina علی بن ابی طالب *Alì, filij Abì Taleb,* ex quibus expedit hìc pauca recenſere, & primò hæc, decem & vndecim Syllabarum.

هَذَا زَمَانٍ لَيْسَ إِخْوَانُهُ *In hoc tempore non eſt fraternitas.*

يَا أَيُّهَا ٱلْمَرْءُ بِإِخْوَانِ *O vir in fratribus.*

إِخْوَانُهُ كُلُّهُمْ ظَالِمٌ *Amici huius temporis omnes iniqui ſunt.*

لَهُمْ لِسَانَانِ وَوَجْهَانِ *Ipſi ſunt bilingues, & bifrontes.*

يَلْقَاكَ بِٱلْبَشْرِ وَفِي قَلْبِهِ *Occurrit tibi lætus, at in corde*

دَاءٌ يُوَارِيهِ بِكِتْمَانِ *Malum doloſè cælat;*

حَتَّى إِذَا مَا غِبْتَ عَنْ عَيْنِهِ *Vt cum receſſerit, & retro fuerit*

رماك

رَمَاكَ بِٱلزُّورِ وَبُهْتَانٍ *Imponat tibi falſa paradoxica.*

هَذَا زَمَانٍ هَكَذَا كُلُّهُ *Hoc tempus omne tale.*

بِٱلْوُدِّ لَا يَصْدُقُكَ ٱثْنَانِ *Fideles nec duos inuenies:*

يَا أَيُّهَا ٱلْمَرْءُ فَكُنْ مُفْرِدًا *O vir eſto tu ergo ſolitarius.*

دَهْرُكَ لَا تَأْنَسْ بِإِنْسَانِ *Sæculum hoc, humanum non eſt ſæculum.*

Idem Ali Carminibus duodecim Syllabarum ſic etiam cecinit.

إِذَا ٱلْمَرْءُ لَمْ يَرْضَ مَا أَمْكَنَهُ *Cum vir non eſt contentus eo quod poteſt,*

وَلَمْ يَأْتِ مِنْ أَمْرِهِ أَزْيَنَهُ *Et non operatur quod eſt optimum,*

وَأَعْجَبَ بِٱلْعَجْبِ فَٱقْتَادَهُ *Et delectatur ſequi extrauagantia,*

وَتَاهَ بِهِ ٱلتِّيهُ فَٱسْتَحْسَنَهُ *Et obſtinatus malum cenſet bonum,*

فَدَعْهُ فَقَدْ سَاءَ تَدْبِيرُهُ *Recede ab eo, malum iam carpit iter.*

سَيَضْحَكُ يَوْمًا وَيَبْكِي سِنَةً *Ipſe diem ridebit, tum lacrymabitur æuum.*

Dixit item aliàs Carminibus idem Alì.

رُبَّ فَتًى دُنْيَاهُ مَوْفُورَةٌ *Aliquis puer vita huius mundi ei abundans.*

لَيْسَ لَهُ مِنْ بَعْدِهَا آخِرَةٌ *Non eſt ei poſt hanc vita futura.*

وَآخَرُ دُنْيَاهُ مَذْمُومَةٌ *Et alter, vita mundi ei eſt miſera,*

يَتْبَعُهَا آخِرَةٌ فَاخِرَةٌ *Quam conſequitur altera, ſat proſpera,*

وَآخَرُ قَدْ حَانَ كِلْتَيْهِمَا *Et alter ita perdidit vtramque,*

لَيْسَ لَهُ دُنْيَا وَلَا آخِرَةٌ *Vt non ſit ei hæc vita, neque altera.*

أَرْبَعَةٌ فِي ٱلنَّاسِ مَيَّزْتُهُمْ *Quattuor ego diſtinxi in hominibus,*

أَحْوَالُهُمْ مَكْشُوفَةٌ ظَاهِرَةٌ *Conditiones apertas euidentes.*

فواحد

فَوَاحِدٌ دُنْيَاهُ مَقْبُوضَةٌ — *Vnus, cuius vita hic est misera.*

يَتْبَعُهُ آخِرَةٌ فَاخِرَةٌ — *Quem altera consequitur cum gloria.*

وَوَاحِدٌ مِنْ دُنْيَاهُ مَحْمُودَةٌ — *Et alter ei mundus est laudabilis.*

لَيْسَ لَهُ مِنْ بَعْدِهَا آخِرَةٌ — *Debinc non est ei alter commendabilis.*

وَوَاحِدٌ مِنْ بَيْنِهِمَا ضَائِعٌ — *Et alius est qui perdidit vtramque:*

لَيْسَ لَهُ دُنْيَا وَلَا آخِرَةٌ — *Non habet neque terram, neque celum.*

Cecinit item idem Alì.

أَلْفَضْلُ مِنْ كَرَمِ الطَّبِيعَةِ — *Perfectio est ex liberalitate Naturæ.*

وَالْمَنُّ مُفْسِدَةُ الصَّنِيعَةِ — *Defectus autem ex artis corruptela.*

وَالْخَيْرُ أَمْنَعُ جَانِبًا — *Et bonitas est securius effugium,*

مِنْ قُلَّةِ الْجَبَلِ الْمَنِيعَةِ — *Quàm cacumina montium sublimium.*

وَالشَّرُّ أَسْرَعُ جَرْيِهِ — *Malitia autem velociùs deficiens,*

مِنْ جَرْيَةِ الْمَاءِ وَالسَّرِيعَةِ — *Quàm torrens aquæ, quamuis rapidissimæ.*

تَرْكُ التَّعَاهُدِ لِلصَّدِيقِ — *Derelictio pacti & amicitiæ*

تَكُونُ مُوجِبَةُ الْقَطِيعَةِ — *Est res non decens homini, sed bestiæ.*

لَا تَلْتَطِخْ بِوَقِيعَةٍ — *Non deturpes maledicentijs*

فِي النَّاسِ تَلْطَخُكَ الْوَقِيعَةُ — *Inter homines, namque deturpaberis.*

إِنَّ التَّخَلُّقَ لَيْسَ يَمْكُثُ — *Nam consuetudo non moratur,*

انْ يَؤُلْ إِلَى الطَّبِيعَةِ — *Vt in naturam conuertatur.*

Initium autem dedit suis Poematibus Carmine quod sequitur.

الناس

أَلنَّاسُ مِنْ جِهَةِ التِّمْثَالِ آكْفَاءُ — *Homines tamquam statuæ computantur.*

أَبُوهُمْ أَدَمُ وَالْأُمُّ حَوَّاءُ — *Pater ipsorum Adam, & mater Eua.*

وَإِنَّمَا أُمَّهَاتُ النَّاسِ أَوْعِيَةٌ — *Et quidem matres hominum sunt vasa*

مُسْتَوْدَعَاتٌ وَالْإِحْسَانُ أُبَّاءُ — *Depositæ: at patres excellentia.*

فَإِنْ يَكُنْ لَهُمْ فِي أَصْلِهِمْ شَرَفٌ — *Quòd si in radice eorum sit nobilitas,*

يُفَاخِرُونَ بِهِ فَالطِّينُ وَالْمَاءُ — *Gloriantur: sed quid? lutum & aqua.*

وَإِنْ أَتَيْتَ بِفَخْرٍ مِنْ ذَوِي حَسَبٍ — *Quòd si gloriam quæris ex progenie,*

فَإِنَّ نِسْبَتَنَا جُودٌ وَعَلْيَاءُ — *Est prosapia nostra sublimis & grandis,*

لَا فَضْلَ إِلَّا لِأَهْلِ الْعِلْمِ إِنَّهُمْ — *Non est nobilitas, nisi eruditis; enimuero*

عَلَى الْهُدَى لِمَنِ اسْتَهْدَى أَدِلَّاءُ — *Ipsi directi, & dirigentes alios.*

وَقِيمَةُ الْمَرْءِ مَا قَدْ كَانَ يُحْسِنُهُ — *Et stabilitio viri est id quo bonus redditur.*

وَالْجَاهِلُونَ لِأَهْلِ الْعِلْمِ أَعْدَاءُ — *Et stulti semper hostes sunt sapientibus.*

فَقُمْ بِعِلْمٍ وَلَا تَبْغِي بِهِ بَدَلًا — *Persiste in sapientia, cõmutationẽ nõ appetas;*

فَالنَّاسُ مَوْتَى وَأَهْلُ الْعِلْمِ أَحْيَاءُ — *Mortui sunt homines, soli eruditi viuentes.*

Sed ne Mahumetis sectator nostrum Carminibus suis claudat Librum, expedit hic subiungere aliquot Versus eruditissimi ac religiosissimi Viri, Natione Maronitæ, nomine جرابيل بن القلاعى الماروني *Gabriel filius Chelai*, qui sic de Sacrosancta cecinit Trinitate.

أَبْدَاءُ بِاسْمِ اللهِ الْعَظِيمِ — *Incipiam in Nomine summi Dei,*

الْأَبِ وَالْإِبْنِ الرَّحِيمِ — *Patris & Filij misericordis,*

وَرُوحِ قُدْسِهِ يَا فَهِيمُ — *Et Spiritus Sancti eius, ò intelligens:*

ثالوث

ثَالُوثٍ لَيْسَ نَعْبُدُ سِوَاهُ	*Trinitatis, non colimus præter eam.*
سُبْحَانَهُ رَبٌّ قَدِيرٌ عَالِي	*Ipſi laus, qui eſt Dominus Potens, Excelſus,*
سَمِيعٌ نَاظِرٌ بَصِيرٌ	*Auditor, Videns, Inſpector:*
مَا لَهُ شَبِيهٌ وَلَا نَظِيرٌ	*Cui non eſt ſimilis, nec æqualis.*
قَدِ ٱحْتَجَبَ فِي نُورِ ضِيَآهِ	*Qui eſt abſconditus in luce ſplendoris ſui.*
رَبٌّ مُثَلَّثٌ بِٱلصِّفَاتِ	*Dominus Trinus in Perſonis.*
جَوْهَرٌ وَاحِدٌ بِذَاتِ	*Subſtantia vna quoad eſſentiam.*
خَالِقُ جَمِيعِ ٱلْكَائِنَاتِ	*Creator omnium exiſtentium.*
هُوَ يَرَى وَلَا يُرَى	*Ipſe videt, & non videtur. &c.*

Ex his habes exempla de omnibus Carminibus, quindecim, quattuordecim, tredecim, duodecim, vndecim, decem, nouem, ſeptem, & vſque ad trium Syllabarum. Nunc ad huius Libri calcem, ſubnectemus Carmina, quæ in noſtra Apologia Latina & Reſponſione Arabica ad obiectiones Ahmed filij Zin Alabedin, pro Chriſtiana Religione edidimus: quibus Sibyllina Carmina quæ litteris capitalibus Verſuum referunt hanc ſententiam: IESVS CHRISTVS DEI FILIVS, SERVATOR: CRVX. Sicut fuerunt ex Græco in Latinum verſa, eandem ſeruando ſententiam capitalibus litteris, & habentur libro 8. Sibyllinorum Oraculorum; ita & nos in Arabicum tranſtulimus, ſeruata eadem ſententia in primis litteris Verſuum capitalium, nam ternos eos copulauimus, & ſic habentur in noſtra Arabica reſponſione, tractatu 4. vbi de Diuinitate Chriſti:

ى	يَعْرَقُ ٱلْأَرْضُ عَلَامَةً	*Sudabit terra in ſignum,*
	كَأَنَّهَا أَلِمَّةً	*Quaſi ipſa ingemiſcens.*
	يَنْزِلُ إِلَى ٱلْعَرَآءِ	*Et deſcendet in campum,*
س	سَوْءَ ٱلدُّنْيَا حُكُومَةً	*Malum Orbis iudicaturus*
	بِهِ ٱللَّهُ فَصِيلَةً	*Deus iudicio ſeparationis:*
	مُرَى بِلَا غِطَآءِ	*Viſus hominibus ſine tegumento.*

و

و	وَيَجْلِسُ فِي ٱلْعَرْشِ	*Et ſedebit in throno,*
	مُطَالِبًا لِلْأَرْشِ	*Exquirens vindictam*
	هُوَ مَعَ ٱلْأَصْدِقَآءِ	*Ipſe cum electis.*
ع	عَنْ تُكَثُّرِ ٱلشَّوْكِ	*Ob ſpinarum multitudinem*
	يَخْشَوْشِنُ كُلُّ ٱلسَّوْقِ	*Horreſcet omnis campus.*
	وَيَكُونُ مَكْرُوهَ ٱلِٱنْقِضَآءِ	*Et in fine reijcientur*
ا	أَلْمَالُ بِٱلْأَصْنَامِ	*Diuitiæ cum idolis*
	لِلنَّاسِ فِي ٱلتَّمَامِ	*Ab hominibus tandem:*
	وَمَحْرُوقًا بِٱلنَّارِ	*Et igne comburetur*
	يَكُونُ ٱلْأَرْضُ ٱلْيَمُّ بِٱلْهَوَآءِ	*Terra, mare, & aer.*
ل	لِشَرَّةِ ٱلْخَطَاةِ	*In malum peccatorum*
	ٱلْجَحِيمُ تَشْتَدُّ ضَعَفَاتٍ	*Infernus ſuccendetur multipliciter:*
	وَٱلطَّهَارِى تَكُونُ بِأَبْرِيَآءِ	*Iuſti autem immunes erunt,*
م	مُقِيمِينَ فِي ٱلنُّورِ	*Commorantes in luce,*
	بَلِ ٱلْخَطَاةُ فِي ٱلنَّارِ	*At peccatores in igne,*
	فِي نِيرِ ٱلْأَغْرَآءِ	*Sub iugo reproborum.*
س	سَيُكْشَفُ تَوْبِيخًا	*Diſcooperietur cum obiurgatione*
	مَا صُنِعَ قَبِيحًا	*Quod factum eſt turpiter,*
	مَا فُعِلَ مِنْ سِوَآءِ	*Quod factum eſt iniquè.*

	ى	يَكُونُ ٱللّٰهُ كَاشِفًا	*Erit Deus discoopertor*
		عَمَّنْ هُوَ كَانَ قَشِفًا	*Eius quod erat opertum,*
		وَٱسْتَتَرَ مِنْ وَرَآءٍ	*Et retro occultabatur.*
	ح	حِينَئِذٍ لَا سِرَّ	*Tunc non erit secretum,*
		وَأَسْنَانُهُمْ تَصِرُّ	*Et dentes eorum stridebunt,*
		يَتَأَبَّتُ شَرُّ هَؤُلَاءِ	*Crebrescetquè malum eorumdem.*
	ا	إِنَّ تَظْلَمُّ ٱلشَّمْسُ	*Nam & Sol obscurabitur,*
		وَٱلْقَمَرُ وَٱلْخَمْسُ	*Et Luna simul & quinque,* scilicet Planetæ.
		وَيَنْقَطِعُ ٱلنُّورُ عَنِ ٱلرَّآءِ	*Et deficiet lux à conspiciente.*
	ب	بَطْنُ ٱلْعُمْقِ يَرْتَفِعُ	*Concauitas abyssi extolletur,*
		ٱلْعُلُوُّ لَا يَنْتَفِعُ	*Celsitudo non proficiet,*
		فَتَنْحَطُّ ٱلْجِبَالُ عَنْ عُلْيَاءِ	*Complanabuntur montes à vertice.*
	ن	نَرْسِي غَيْرَ سَفِينَةٍ	*Peruagabimus absque nauigio*
		ٱلْبَحْرَ بِلَا مُعِينَةٍ	*Mare sine adminiculo,*
		بِلَا مَنْعِ ٱلشِّتَآءِ	*Sine hyemis obstaculo.*
	ا	ٱلْحُزُنَةُ تَسْتَوِي	*Iuga & aspera adæquabuntur*
		بِٱلسَّهْلِ وَتَشْتَوِي	*Cum planitie, & exsiccabuntur*
		ٱلْعُيُونُ وَٱلْأَرْضُ بِلَا مَآءٍ	*Fontes & terra sine aqua,*
	ل	لِلنَّارِ وَٱلصَّلَآءِ	*Propter ignem & ardorem*
		مِنْ لَهِيبِ ٱلسَّمَآءِ	*Ex coruscatione cælorum,*
		وَيُنْفَخُ فِي ٱلصُّورِ مِنْ عَلَآءِ	*Clangeturque tuba ex alto.*

	ل	لِنُدْبَةِ ٱلْأَشْرَارِ	*Ad deploranda infortunia,*
		لِوُجُوعِ ٱلْأَبْشَارِ	*Propter dolores hominum,*
		يُصِيحُونَ يَاوَيْلًا بِٱلدَّعَآءِ	*Lamentabuntur, væ væ conclamando:*
	ا	إِذَا ٱلْأَرْضُ تَنْفَلِقُ	*Quando terra debiscet,*
		ٱلْجَحِيمُ لَا تَنْغَلِقُ	*Infernus non claudetur,*
		بَلْ يَنْكَشِفُ ٱلْعُمْقُ بِٱلْجَوَآءِ	*Sed patefient abyssi cataractæ.*
	ه	هُوَ ٱللّٰهُ حَكِيمًا	*Ipse Deus erit iudex,*
		لَا يَكُونُ حَلِيمًا	*Non erit mansuetus;*
		بَلْ يَحْكُمُ بِٱلْقِسْطِ عَلَى ٱلرُّوسَآءِ	*Sed cum iustitia condemnabit capita.*
	ا	ٱلْمَطَرُ تَغْرِيدًا	*Pluuia diffundetur,*
		هُوَ نَارًا وَكِبْرِيتًا	*Igne & sulphure mixta,*
		وَيُنْزِلُ مَوْقُودًا مِنْ سَمَآءِ	*Illaq. de cælo nimium succensa cadebit.*
	ل	لِجَمَاعَةِ ٱلنَّاسِ	*Congregationi hominum*
		يَظْهَرُ فَوْقَ ٱلرَّاسِ	*Apparebit super capita*
		ٱلصَّلِيبُ ٱلْأَمِينُ بِٱلْبَهَآءِ	*Fidele signum Crucis cum splendore:*
	م	مَخُوفٌ لِلْخُطَاةِ	*Ad terrendos peccatores;*
		بَلْ آيَةُ ٱلْحَيَاةِ	*Ad vitæ signum*
		لِأَصْحَابِ ٱلِٱتِّقَآءِ	*Deuotis obsequentibus,*
	خ	خَلَّصَهُمْ لِغَسْلِهِمْ بِٱلْمَآءِ	*Quos saluauit ablutione baptismatis,*
		ٱلَّذِي بِبُشْرَى ٱلِٱثْنَى عَشَرَ أَبَآءِ	*Quæ habetur per prædicationẽ 12. Patrum.*

	ل لِلْأُمَمِ يَقُومُ	*Gentibus exurget*
	نَاهِبُهُمْ يُنَوِّمُ	*Prædo ipsarum, obdormire faciet*
	نَوْمَ ٱلْمَوْتِ بِهِمْ قَبْلَ ٱلْمَسَاءِ	*Somno eos mortis ante vesperas.*
	ل لَقَدْ سَطَّرْتُ لَكَ	*Et iam deseripsi tibi*
	بِهٰذَا ٱلشِّعْرِ ٱلْمَلِكَ	*His Carminibus Regem*
	ٱلْعَظِيمَ ٱلْعُظَمَاءِ	*Dominum Dominantium,*
	م صَانِعَنَا ٱلْكَبِيرَ	*Creatorem nostrum excelsum,*
	مُخَلِّصَنَا ٱلْقَدِيرَ	*Saluatorem nostrum Potentem,*
	صَارَ لِأَجْلِنَا تَحْتَ ٱلْبَلَاءِ	*Qui se exposuit pro nobis tentationibus,*
	ا إِذْ كَانَ سَرْمَدِيًّا	*Cum esset sempiternus,*
	صَمَدًا أَزَلِيًّا	*Permanens & perpetuus,*
	وَهُوَ غَيْرُ ٱنْتِهَاءِ	*Et ipse infinitus.*
	ل لِمَدِّ ٱلذِّرَاعَيْنِ	*Extensione brachiorum*
	مَثَّلَهُ مُوسَى عَلَى ٱلْجَيْشَيْنِ	*Figurauit eum Moyses super exercitibus,*
	قَدِيمُ ٱلْأَنْبِيَاءِ	*Antiquus Prophetarum:*
	من صَلَّى عَلَى ٱلْيَهُودِ	*Orauit pro Iudæis,*
	ضِدَّ عَمَالِيقَ ٱلسُّودِ	*Contra Amalecitas iniquos;*
	فَٱنْهَزَمَ عَمَالِيقُ مِنَ ٱلْأَعْدَاءِ	*Et fractus est Amalec coram hostibus.*

	ل لِتَعْلَمَ ٱلشَّعْبُ ٱلْإِلٰهِيُّ	*Vt nosceret populus diuinus,*
	إِنَّهُ هُوَ ٱلشَّعْبُ ٱلْفَضْلِيُّ	*Quòd ipse esset populus excellens*
	لِعَزِيزِ ٱلْكِبْرِيَاءِ	*Præpotenti supremo.*
	ى يَوْمَ ٱلْجَبَّارِ جَالُوطَ	*Die gigantis Goliath*
	مَثَّلَهُ دَاوُدُ	*Figurauit eum Dauid*
	بِحَجَرِ ٱلْإِرْتِجَاءِ	*Cum Lapide Confidentiæ,*
	ب بِنُصْرِ ٱلْفُقَرَاءِ	*In Adiutorio pauperum:*
	فَآحْزَنَهُ بِدَاءِ	*Et tanto ac tali eum affecit dolore,*
	حَتَّى لَا يُشْفَى بِعَوْنِ دَوَاءِ	*Vt iuuari nequiret vllo medicinæ vigore.*

Et litteræ capitales præcipuorum Versuum, si pariter iungantur, faciunt, sicut ipsa Carmina Sibyllæ, hanc sententiam يسوع المسيح ابن الله المخلص . الصليب
IESVS CHRISTVS FILIVS DEI SALVATOR. CRVX.

Habes itaque ex his, Metricas non tantùm regulas, sed & exempla: & non solùm congrui sermonis agnitionem, prout ad Grammaticum pertinet, sed etiam ornatam orationem, prout exigit Poesis. Modò Diuino prosequente fauore, ad Dictionarium transeamus.

FINIS.

REGESTVM

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

A a B b C c D d E e F f G g H h I i K k
L l M m N n O o P p Q q R r S ſ T t V u
X x.

Omnes ſunt Duerniones, præter ✠ Ternionem.

ROMAE, Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. M. DC. XLII.

SVPERIORVM PERMISSV.